3 1761 04220 5179

B40739

ULII) POLLUCIS

ONOMASTICON

CUM

ANNOTATIONIBUS INTERPRETUM.

CURAVIT

GUILIELMUS DINDORFIUS

VOL. IV.

ANNOTATIONES.

I — V.

211819
29. 4. 27

LIPSIAE

IN LIBRARIA KUEHNIANA

MDCCCXXIV.

IULII POLLUCIS

ONOMASTICON

CUM

ANNOTATIONIBUS INTERPRETUM.

CURAVIT

GUILIELMUS DINDORFIUS

VOL. IV.

ANNOTATIONES.

I — V.

LIPSIAE

IN LIBRARIA KUHNIANA.

MDCCCXXIV.

ANNOTATIONES.

ANNOTATIONES

I. 1.

ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ] P. R. et A. sic incipit, *ἀρχὴ τῶν τοῦ Πολυδεύκους βιβλίων ὀνομαστικῶν.* P. V. caret inscriptione. SEBERUS.

ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ] Noster MS. quo nomine semper *Palatinum* illum eximium intelligo: nec enim alio me uti contigit: aliis vero ex eadem bibliotheca illustrissima principis serenissimi atque laudatiss. usus fuit doctissimus amicus noster *Wolfg. Seberus*: is itaque codex post *Harpocrationis Lexicon*, *τὸ ἐκ τῶν δέκα ῥητόρων συλλεγέν*, vel, ut verius dicam, epitomen illius lexici, quantumque eius subinde apud *Suidam* inspergitur, tacito *Harpocrationis* nomine: post hanc, inquam, descripta habet eadem manu *Pollucis* nostri *βιβλία ὀνομαστικά*, absque ullo ipsorum praefixo titulo, cui tamen in membrana locus relictus est purus, si apponeretur. *Labbaei* autem MS. talem titulum habet, qualem in *Palatino* codice recentiore et *Augustano* invenit etiam *Seberus* noster: *Ἀρχὴ τῶν τοῦ Πολυδεύκους βιβλίων ὀνομαστικῶν.* IUNGERMAN.

Ἰούλιος Πολυδ.] Incipit MS. noster a praefatione libri I. cuius epistolae *ἐπίγραμμα* ordine alio quam in vulgatis, tale scilicet:

Κομμόδῳ Καίσαρι Ἰούλιος Πολυδεύκης χαίρειν.

et ita ubicunque praefationes librorum insequentium in MS. non desunt, ut libro IV, VI, IX et X., quod suis locis quoque indicabo semper. Et id prae vulgato placet, nec putem librarium sic ordinasse. Succurritque gemina plane inscriptio ab eiusdem professionis et aetatis viro, *Phrynichum* dico, qui composuit *σοφιστικῆς παρασκευῆς λόγους* ad eundem Imperatorem, et ipse hunc ordinem servando *ἐπιγράφων*:

Κομμόδῳ Καίσαρι Φρύνιχος χαίρειν.

Quod *Photius* adnotavit in *Eclogis* suis, a priscorum genio in illis superscriptionibus epistolarum, sub Imperatoribus

adulatione gliscente scilicet, sensim discessum fuisse, sicut et in aliis. Iungerman.

Κομμόδῳ] P. R. et A. *κομόδῳ*. Seberus.

πατρὸς ἀγαθοῦ] De *Marco Anton. Xiphilinus* ex *Dionis* lib. 71. *ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε.* Et paulo ante: *ὅτι οὐ προσποιητῶς ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς πάντα ἔπραττε, πρόδηλον. Herodianus* similiter: *ἀρετῆς πάσης ἔμελεν αὐτῷ*, circa principium lib. 1. Sed tali patri quam filius evasit dissimilis! Seber.

πατρὸς ἀγαθοῦ] Imitatur *Pollux Sophoclem*, qui in *Philoctete Ulyssem* introducit ita loquentem cum *Neoptolemo Achillis* filio: *ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ.* Kuehnius.

πατρῷον] A. *πατρώιόν ἐστι κτ. κατ' ἴσ. βασιλείας τε καὶ σοφίας.* P. R. *κτ. κτῆσαι βασιλείαν τε καὶ σοφίαν.* Seberus.

πατρῷον] Codex MS. *Isaaci Vossii*, cuius variae lectiones mecum communicatae sunt, legit etiam *κτῆμα, κτῆσαι βασιλείαν τε καὶ σοφίαν.* Quae lectio sublata interpunctione non malum parit sensum. *πατρώιον* quod habet *Augustanus Codex*, Ionismum redolet. Caeterum si sequamur vulgatam lectionem, vix poterit *Pollux* adulationis absolvi, dum ait, *regnum aeque* (*κατ' ἴσον* quod male *interpres* omisit) *ac sapientiam* in *patrimonio Commodi* esse. Nam sapientia, i. e. Philosophia, *non sequitur haeredem.* Unde nec *Marcus* filio suam sapientiam, nec *Themistocles* suo *Cleophanti* virtutem, nec *Hippocrates* ex se genitis *artem*, nec *Polycletus* suis statuariam, velut *πατρῷον κτῆμα* relinquere potuerunt. At *Palatinus* recentior lectionem aliam, eamque non contemnendam affert, ut *Sebero* paulo ante notatum. Kuehnius.

πατρῷον] Initio epistolae ubi *πατρῷόν ἐστι*, MS. noster habet *πατρῶιόν ἐστι*· quod semel adnotatum volo: sic videlicet in MS. nostro literam *ι* non subscriptam, sed adscriptam *τοῖς α, η, ω*, esse, idque plerumque tamen exilius pronunciatum, quam ubi id *ι* literae *ἐκφωνουμένης* officio fungitur: non tantum in fine vocum, sed etiam in earum medio, ut in isto *πατρῶιον, ῥάιδιον, ὠιδῶν, ὠιδαί, κῶιος*, aliis infinitis: cui rei non attendentes talium librorum editores nuperi, lapsi interdum fuere valde. Notavit eum vetustorum exemplorum morem et *ὁ μακαρίτης H. Stephanus* in suis Paralipom. Gramm. Graecae non longe ab initio: nec id vel ideo hic praetereundem fuerit, quod veneranda vetustas codicis *Palatini* partim inde eluceat. Alias vulgatam

lectionem hic confirmat MS. nisi quod *κατίσον* una voce, ut et eiusmodi fere alia iunctim scribens, habet; eamque bonam puto. *Labbaei* codex, ut ex *Pal.* recentiore *Seberus* adnotavit, *κτ. κτῆσαι βασιλείαν τε καὶ σοφίαν.* IUNGERM.

τὸ μέντοι] MS. noster, *τὸ μέντι.* IUNG. Hoc recepi et paulo post *παρέσχεν. G. D.*

τὸ δὲ ἐν] *Cod. Voss. τὸ δ' ἐν.* KUEHNIUS.

παρεῖχεν ἄν σοι] MS. noster *παρέσχεν ἄν σ.* IUNGERM.

τὸ ἡμῶν] MSS. *τοῦ ἡμῶν ἐ.* SEBERUS.

τὸ ἡμῶν] quod Manuscripti codices habent, commune est; vulgatum autem *Ἀττικώτερον* videtur. V. C. pro *τὸ ἡμῶν* habet *τοῦτο ἡ.* quod admitti posset cum distinctione post *τοῦτο*, vel subintelligendum *κατὰ τοῦτο, hac in parte effecisset, ut mea opera nullus egeres.* caeteroquin verba illa, *τῆς δὲ φωνῆς*, vel absolute sunt intelligenda, vel *ἕνεκα* subintelligendum, hoc sensu: *quod autem eloquentiam vel vocabula attinet, si quidem ipsi vacaret, itidem efficeret, ut mea opera facile carere posses.* KUEHNIUS.

τὸ ἡμῶν] Pro *τὸ ἡμῶν*, ut etiam noster MS. habet, in *Labbaei* MS. fuit, sicut in *Seberi* MSS. *τοῦ ἡμῶν.* IUNG.

2.

ἐπειδὴ δὲ] P. V. et A. *ἐπειδὴ δ'.* P. R. *ἐπεὶ δ'.* SEBERUS.

ἐπειδὴ δὲ] MS. noster ut *Palat.* recentior, *ἐπεὶ δ' ἐκ.* IUNG.

ἕν γε τί σοι] *Unicum tantum, unam saltem partem.* Nam plura ad eloquentiam requiri innuit, praeter hanc symbolam, quam suo *Onomastico* conferet. V. C. *ἓν γέ τί σοι.* KUEHNIUS.

πρὸς εὐγλωττίαν] *Herodian. τὸν δὲ περιόντα Κόμμοδον καλούμενον ὁ πατὴρ μετὰ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας ἀνεθρέψατο, πάντοθεν τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν, ὅπως συνόντες ἀεὶ, παιδεύοιεν αὐτῷ τὸν υἱόν.* SEB.

ὀνομαστικὸν] *ὀνομαστικὸς* diserte MS. non *ὀνομαστικὸν*, quod titulo vulgato litem movere queat. Et in fine lib. III. MS. noster: *Πολυδεύκους ὀνοματικὸς γ'.* et lib. VI. *Πολυδεύκους ὀνοματικῶν ς'*: sic enim MS. ut et hic, ubi quoque *ὀνοματικὸς* fuit scriptum, quod dein in *ὀνομαστικὸς* mutatum: nec male: sic enim et l. 5. in epitoma, *ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ Πολυδεύκους ὀνομαστικῶν* noster MS. habet: et iterum lib. IX. *Πολυδεύκους ὀνομαστικῶν ϑ'.* Sic et horum librorum omnium inscriptio, quam modo protuli, ut exstat in

Seberi MSS. uno et *Labbaei*: *ἀρχὴ τῶν τοῦ Πολυδεύκους βιβλίων ὀνομαστικῶν.* Adeo ut fere malim in singulorum librorum inscriptione *ὀνομαστικῶν* pro *ὀνομαστικὸν* legere. Nil tamen statuo absque eruditiorum assensu. Sane vulgatam *ἐπιγραφὴν Suidas*, ni fallor, nil iuvet, qui in *Πολυδεύκης*, ita tantum habet: *συντάξας βιβλία ταῦτα· ὀνομαστικὸν, ἐν βιβλίοις δέκα.* Alias in neutro et infra tamen est praefatione l. 9. *ὀνομαστικόν τι βιβλίον πεποίηται* etc. statim in initio. Caeterum quod ad *ὀνοματικὸν* attinet, eiusdem nominis liber inter opera *Herodiani* grammatici, et *γνήσια* quidem, recensetur, apud *Etymologum* in *ὑπερκύδαντας*, quamvis illud tantum non in una linea ibi *διττογραφεῖται. ἐν δὲ τῷ ὀνομαστικῷ λέγει* [*Ἡρωδιανὸς*] *ὅτι ὄνομά ἐστι* etc. *τὸ γὰρ ὀνοματικὸν αὐτοῦ ὡμολόγηται εἶναι* etc. *Sylburgius*, quo mortuo ingens damnum diligens librorum correctio accepit, ibi notat, *ὀνοματικῷ* et prius sibi rectius videri. IUNGERM.

μηνύει δὲ] Promittit 1. copiam synonymorum, *ὡς δύνασθαι ὑπαλλάττειν*, ut *phrasin possis variare.* 2. Singularum rerum singula vocabula. adeoque post synonyma interpungerem. KUEHNIUS.

καὶ οἷς ἕκαστα ἂν] MS. alio ordine, *καὶ οἷς ἂν ἕκαστα δηλ.* IUNG.

ὁπόσον εἰς] P. R. *ὅσον εἰς.* SEBER.

τουτὶ] P. R. *τοῦτο.* SEB.

τουτὶ] MS. *τοῦτο τὸ β.* ut Seberi unus: sed alterum, ut *ἀττικώτερον*, notum. IUNGERM.

πάντα ῥᾴδιον ἑνὶ βιβλ.] P. V. *Πάντως ῥᾴδ. ἑ. β. πάντα συλλ.* SEB.

ἑνὶ βιβλίῳ] *ἐν βιβλίῳ* prius fuit in MS. sed emendatum *ἑνὶ*, et statim MS. *περιλαβεῖν* habet, non *συλλ.* IUNGERM.

τὴν ἀρχὴν] P. R. *τὴν μὲν ἀρ.* SEB.

ἀφ᾽ ὧν μάλιστα] *Cic.* 2. de LL. p. 170. *a diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.* Sed *Nazianz.* magis pie:

ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποίει θεόν.

monost. 1. SEB.

ἐπέλθοι] P. R. *ἐπέλθῃ.* SEB.

ἐπέλθοι] P. R. *ἐπέλθῃ. Seber. ὡς ἂν ἕκαστα ἐπέλθοι, ut se singula ingesserint, ut memoriae unumquodque occurrerit*, i. e. nullo ordine, vel fortuito. C. V. *ὡς ἂν ἕκαστον ἐπέλθῃ τάξομαι.* KUEHN.

ἐπέλθοι] *ἐπέλθῃ* in MS. sicut et in *Pal.* rec. *Seberi*: *ἐῤῥωσο* vero adscriptum manu, ut videtur, alia, non tamen recenti. Iungerm.

8.

κεφάλαια τοῦ πρ. βιβλ.] MSS. *τὰ κεφ.* P. V. *τοῦ ά βιβ.* Seb.

κεφάλαια τοῦ πρ. βιβλ.] Capitum recensio a MS. nostro abest. *Labbaei* codex in hoc, quod a cap. 2. singulis titulis praemittit particulam *καὶ*, cum *Seberi* duobus MSS. consentit. Iungerm.

βασιλικὰ ἀνόμ.] P. V. et A. *καὶ βασ.* praemittentes eandem particulam deinceps quoque singulis titulis. Seber.

τάχους καὶ βραδ.] *Labb.* MS. *καὶ τάχ. καὶ βρ. ὀνομασίαι.* Iungerm.

ὀνόματα] Idem *Labb.* MS. omittit *ὀνόματα*, ut et cap. 12. Iung.

περὶ αὐτὸν γιγν.] P. R. *περὶ αὐτόν τε γ.* Seb.

περὶ αὐτὸν γιγν.] MS. *Labb. π. αὐτόν τε γινομένων*, fere ut unus *Seberi*. Iungerm.

4.

ἀρχόντων] P. R. *ἀρχῶν.* Seb.

σκευῆς] MSS. *σκευῶν.* Seb.

σκευῆς] MS. *Labb. σκευῶν.* Iungerm.

πολεμίων] P. V. et A. *πολεμικῶν.* Seb.

πολεμίων] MS. *Labb.* ut *Seberi* duo, *πολεμικῶν.* Iung.

ὀνόματα] Idem MS. *Labb.* omittit *ὀνόματα.* Iung.

ἀρότρου μέρη etc.] MS. *Labb.* habet: *καὶ ἀρότρου μέρη ιϑ. ἁμάξης μέρη. ιε.* Iung.

5.

ϑεῶν καὶ τῶν περὶ α. ὀ.] De titulis semel monendum; quia non iidem semper in editis libris, qui in MSS. codd., nec capitibus ac sectionibus eorum ad eadem utrobique formam praemissi aut praefixi apparent: videri eos *Pollucem* auctorem non habere, quod et Fr. *Sylburg.* lib. 10. cap. 8. ad oram sui libri notavit. Seber.

ϑεῶν καὶ τῶν περὶ α. ὀ.] *H. Stephanus* adscripsit: „*tituli non sunt Pollucis, et stulti plerique, vide Thesaurum in Νικήτης· ubi leguntur ista: apud* Pollucem *l. 3. c. ult. est ῥημάτιον inscriptum περὶ νικητοῦ, quod ita inchoat, ὁ δὲ νικήσας etc. Non est alioqui in frequenti usu hoc verbale* (*sed dicitur potius pro eo νικηφόρος*) *ac dubitari etiam possit, an ibi ab ipso* Polluce *scriptum fuerit; nam aut omnes, aut plerosque titulos non esse eius, persuasum habeo.*“ Sic infra

lib. x. c. VIII. *περὶ τῶν ἐν ταῖς κλίναις ἑπόντων*: adscripsit idem in ora libri: „*ἑπομένων· apparet hinc titulos istos ipsius Pollucis non esse.*“ Titulus vero in MS. nostro talis est huius capitis primi: *Περὶ θεῶν·* in *Labb. Περὶ θεῶν καὶ ναῶν.* Quod vero ad *τμημάτια* nostri *Seberi* attinet, idem *H. Stephano* placuisse ex ipsius codice patet, ubi singulis titulis, qui in capitibus ipsis crebri intercurrunt, numeros adposuit, ut ita capita secarentur in plures particulas, non absque commodo eorum, qui excerpere atque citare auctorem student exactius. IUNGERM.

θεὸς, καὶ θεοὶ, καὶ δ.] Sic MS. noster initio huius capitis: *θεὸς, καὶ θεοὶ, καὶ δαίμονες οἱ θεοὶ παρ' Ὁμήρῳ· καὶ Πλάτων·* interiecta in vulgatis desunt. Sed profecto in prioribus hisce libris MS. noster saepissime malam manum passus est, quae pro libitu admutilat et decurtat *Pollucem*, proque eo nobis interdum vix exhibet illius epitomen. Et sic tamen multa meliora vulgatis inde eruta a nobis bona fide testari possumus: *καὶ τὸ αὐτὸ βοήσει.* Hoc igitur agamus. *H. Stephanus* adnotavit in suo codice, ad *δαίμονες* puta: — *Τοῖς γὰρ ἀλιτροῖς Εἰν ἁλὶ καὶ γαίῃ κατὰ θήκατο μυρία δαίμων. Dionys.* quae sunt apud *Dionys. Alexand. περιηγ.* v. 604. 605. ubi *τὸ δαίμων Eustathii Scholia* exponunt *θεός.* Idem *H. Stephan.* adnotavit hic (unde opt. *Sylburgius*, ut caetera fere omnia, in suum codicem transscripserat) ad *Pollucem: ἡ δαίμων· Εὐσταθ. ἄθυρμα γὰρ ἦν ἡ Κύπρος τῇ δαίμονι.* quae verba leguntur in eiusdem *Eustathii Scholiis* ad *περιηγήσεως* istius versum 509. Sunt autem de *Venere*, eisque haerent continuo ista: *ἀφ' ἧς καὶ Κύπρις παρωνόμασται.* Sed de loco *Platonis* operae certe pretium inquirere, ne in limine quasi operis hunc praetereamus. Eum vel valde fallor, vel *ipsum* reperi, unde et sibi patebit *μέγιστον* male abesse a *Seberi* MSS. Est enim, ut credo, hic, quem in *Politico* observo: *ἐπειδὴ γὰρ πάντων τούτων χρόνος ἐτελειώθη* etc. *τότε δὴ τοῦ παντὸς ὁ μὲν κυβερνήτης, οἷον πηδαλίων οἴακος ἀφέμενος, εἰς τὴν αὐτοῦ περιωπὴν ἀπέστη· τὸν δὲ δὴ κόσμον πάλιν ἀνέστρεφεν εἱμαρμένη τε καὶ ξύμφυτος ἐπιθυμία. πάντες οὖν οἱ κατὰ τοὺς τόπους συνάρχοντες τῷ μεγίστῳ δαίμονι θεοὶ, γνόντες ἤδη τὸ γιγνόμενον, ἀφίεσαν αὖ τὰ μέρη τοῦ κόσμου τῆς αὑτῶν ἐπιμελείας*: ubi vides et ista, *τὸν τοῦ παντὸς κυβερνήτην*, nostrum e *Platone* hausisse. IUNG.

οὕτω γὰρ Ὁμήρῳ] P. P. *Ὅμηρος δοκεῖ δαίμ. Iliad. ά, 222. μετὰ δαίμονας ἄλλους.* ubi br. scholia: *ἐπὶ τοὺς θεούς. οὕτω δὲ δαίμονας καλεῖ τοὺς θεοὺς, ἤτοι δαήμονας· ἔμπειροι γὰρ*

καὶ ἴδριες πάντων αὐτοί εἰσιν, ἢ ὅτι διαιτηταί εἰσι, καὶ διοικηταὶ τῶν ἀνθρώπων. *Eustath.* etiam (quod observ. *Sylburg.*) ἡ δαίμων, de *Venere*: ἄθυρμα γὰρ ἦν ἡ νῆσος τῇ δαίμονι ad v. 508. *Dionys.* Quemadmodum *Homero* eadem ἄναλκις θεός. *Iliad. ε.* 331. *Pallas* vero δεινὴ θεός. *Odys. η.* 41. *Theocr.* ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι, *Hecate*, *Idyl. β.* 36. Rursum *Hom. Iliad. θ'. 7.* θεὸς θήλεια, καὶ ἄρσην. Sed mox v. 20. πάντες τε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι. SEBER.

οὕτω γὰρ Ὁμήρῳ] Huic *Seberi* observationi adde, in Sacris etiam τῇ Baal non semel extare. Ipsi etiam Ethnici saepe ignorabant, utrum Deus an Dea esset, cui cultum praestabant, ideoque ne aberrarent a ianua, utrumque sexum uni eidemque Deo attribuebant. Unde illa dubitandi formula in precibus: *sive tu Deus es, sive Dea.* *Stilpo* tamen cum negaret *Minervam* esse Θεὸν et ea propter causam apud *Areopagitas* diceret, distinxit θεὰν a θεῷ, et *Minervam* Θεὰν, non Θεὸν dici voluit. Verum hoc colore *Areopagitis* tantum abest ut satisfecerit, ut urbe iussus sit excedere; *Laërt.* in eius *Vita*, ubi et *Diodori Athei* verba hac de re leguntur. Inter ea *Aldobrandinus* κόλπον θεάσασθαι male reddidit *pectus spectare.* Nam κόλπος idem significat quod κῆπος muliebris. *Excerpta Cod. Voss.* hic habent, δαίμονες οἱ θεοὶ παρ' Ὁμήρῳ, nec agnoscunt ista verba, δαίμονας καλεῖν τοὺς θεούς, nec videntur esse necessaria. Caeterum satis patet non omnibus idem videri Graecis, quando de Daemonibus loquuntur. Usus quidem loquendi Deos et Daemonas iuxta aestimat, uti ex *Homero Pollux* docet. *Herod.* etiam in *Thal.* εἰ δαίμων ἐθέλει, *si Deus voluerit*, inquit. Elegantiores solent coniungere, ut, οἱ Θεοὶ εἴσονται καὶ τὸ δαιμόνιον, *Deus noverit et daemonium.* *Demost.* in *de Fals. Legat.* et iterum in 2 *Olynth.* δαιμονίαν τινὰ καὶ θείαν εὐεργεσίαν habet. Ubi *Ulpianus* τὸ δαιμόνιον τοῦ θείου παρὰ τοῖς ῥήτορσι οὐδὲν διαφέρει, ἀλλ' ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτό. Quibus ille tacite innuit, alias ista nomina quam longissime a se invicem abire. Nempe in scholis philosophorum docebatur, esse primum et summum, τὸν τοῦ παντὸς Θεὸν, πατέρα τε καὶ βασιλέα: in secundo gradu subsistere τὸ δεύτερον γένος θεῶν. hoc excipere τὰ δαιμόνια, et ultimum agmen claudere *Heroas.* Daemonibus hisce statio sedesque data est circa Lunam et in aëre. Verum hae distinctiones magis in Scholis Gentilium quam in usu constanter fuere. Nam Dei ipsius, quem regem hominumque Deumque agnoverunt, quasi obliti, in Daemonibus colendis occupabantur; eosque in ipsum deorum numerum

transferebant. Unde legimus apud Lxx. ψ. 96. *πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια* (אלילים.) Itaque stylus sacer *ὅλῳ τῷ ἰσθμῷ* Deum a Daemonibus separat passim. Nam *Apostolus* 1 Cor. 10. *ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ θεῷ.* Recte igitur negat *Eusebius*, in sacris daemones in bonam partem accipi, l. 3. *Praepar. Evang.* Kuehn.

μέγιστον] *μέγιστον* abest a P. V. et mox pro *ἐπειδὴ τῆς* MSS. *ἐπὶ δὲ τῆς.* Seber.

μέγιστον] Male abest *τὸ μέγιστον.* Nam locus *Platonis* integer ita se habet: *τότε δὴ τοῦ παντὸς μὲν ὁ κυβερνήτης, οἷον πηδαλίων οἴακος ἀφέμενος εἰς τὴν αὐτοῦ περιωπὴν ἀπέστη· τὸν δὲ δὴ κόσμον πάλιν ἀνέστρεφεν εἱμαρμένη τε καὶ ξύμφυτος ἐπιθυμία. πάντες οὖν οἱ κατὰ τοὺς τόπους συνάρχοντες τῷ μεγίστῳ Δαίμονι θεοὶ, γνόντες ἤδη τὸ γιγνόμενον, ἀφίεσαν αὖ τὰ μέρη τοῦ κόσμου τῆς αὑτῶν ἐπιμελείας,* in *Politico.* Eleganter his locis utitur contra ethnicos *Lactantius* l. iv. de *Ver. Sap.* c. 27. *Si nobis credendum esse non putant* (Deos Gentilium Daemonas esse) *credant Homero, qui summum illum Iovem Daemonibus aggregavit. Sed ex aliis poetis ac philosophis, qui eosdem modo Daemonas, modo Deos nuncupant, quorum alterum verum, alterum falsum est.* vid. et seq. Kuehn.

ἐπειδὴ] Pro *ἐπειδὴ* C. V. habet *ἐπεὶ δὲ.* Kuehn.

ἐπειδὴ] MS. noster ut *Labb. ἐπεὶ δὲ τῆς.* Laudat ista *I. Meursius* Comment. ad *Lycophronem*, non ita longe a fine, quum dixisset, veteres quando *τὸ δαιμόνιον καὶ τὸ θεῖον* dicerent, Deum supremum Divinitatemque mundi moderatricem intellexisse. Placet magis mihi lectio MSS. *Seberi ἐπὶ δὲ τῆς υ. η.* Titulus sequens cum caeteris *τμημάτων*, qui usque ad Segm. 12. interseruntur in MS. deest: in *Labb.* cod. desunt tituli usque ad Segm. 11. Iungerm.

6.

νεώς] Interpres reddit *fanum*, ex *Glossis*, quae *νεώς, ἱερόν, fanum* reddunt. et solent etiam optimi auctores *νεώς, ἱερόν, σηκός, τέμενος* promiscue usurpare per synecdochen. Sunt tamen, qui cum *Polluce* haec accuratius distinctiusque explanant. *Hieron.* in *Ezech.* p. 395. *Edit. Frob.* „*delubra, non templa, quae contra templum Domini surrexerunt, Graecoque sermone appellantur τεμένη* i. e. *fana et delubra. Pausan. Eliac. I. τέμενός τε ἀποτεμομένους οἰκοδομήσασθαι νεών, et in loco consecrato templum condere iussit. Servius* in xi. *Aeneid. Mos fuerat, ut viris fortibus, sive regibus pro honore daretur aliqua agri particula, ut habuit Tarqui-*

nius Superbus in Campo Martio, quod spatium ab Homero τὸ τέμενος dicitur." Alludit ad Il. 6. hos versus:

καὶ μέν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων
καλὸν, φυταλιῆς, καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμοιτο.

Haec τεμένη dicta sunt etiam σηκοί, quia septo inclusa et per hoc profanis usibus exempta erant. Latine *fana* dixeris. Nam quando *Varro fana* nominata vult, *quod pontifices in sacrando fati sunt finem*, L. V. de L. L. nonne τέμενος describit? Ergo τέμενος, σηκὸς, *fanum*, loci definiti nomina περιεκτικὰ sunt, in quo templum, vel ara sine templo, vel simulacrum sine utroque, vel ager sine idolo, aut sacer lucus, aut sepulcrum esse poterant. Ergo unus idemque locus et deo consecrabatur, et ibidem peculiari in sede καθιδρύσεις idolorum fiebant. Interim non abnuerim vocem σηκὸς latius patere quam τέμενος. Nam *Aristot.* l. 6. H. A. c. 8. ait, perdices facere δύο σηκοὺς τῶν ὠῶν i. e. *duos probe munitos et quasi septos ovorum nidos. et fori navium in Glossis* dicuntur σηκοὶ πλοίων, et *caulae, septa ovium*, σηκοὶ τετραπόδων. Caeterum ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ restringitur vocabulum ad *Heroum templa consepto circumdata. Conon* in διηγήσεσι apud *Photium* de capite *Orphei* a mulierib. in Thracia occisi refert, quod illud condiderint tumulo Thraces oraculo admoniti, τέμενος αὐτῷ περιελῥαντες, *sepulcrumque fano et septo muniverint*, ὃ τέως μὲν Ἡρῷον ἦν, ὕστερον δ' ἐξενίκησεν ἱερὸν εἶναι, θυσίαις τε γὰρ καὶ ὅσοις ἄλλοις θεοὶ τιμῶνται, γεραίρεται. Hanc significationem ex Nostro recepit *Thomas* in *Eclog. Attic.* Ναὸς ἐπὶ θεῶν· σηκὸς ἐπὶ Ἡρώων, οὕτω γὰρ καὶ Πολυδεύκης λέγει. *Scholia* in *Oedipod. Tyrannum*, ναὸς καὶ ἱερὸν πᾶν τὸ οἰκοδόμημα, ὑφ' οὗ περιέχεται ὁ βωμός. πρόναον ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ. τέμενος ἐν ᾧ καθιδρύεται τὸ ἄγαλμα. λέγεται τέμενος ἁπλῶς καὶ ὁ ἀποκεκομμένος καὶ ἀνατεθειμένος τόπος τινί. Ναὸς et ἱερὸν est *totum aedificium, quod complectitur aram.* Πρόναος est *locus ante templum*, vel ut *Glossae* per ὑφὲν habent, *ante-templum.* Τέμενος *est ubi collocatur simulacrum. Dicitur tamen* τέμενος *etiam simpliciter omnis locus separatus et alicui consecratus.* Ex his patet *Pollucis* locum melius ita exprimi latine. *Locus equidem, in quo Deos colimus*, ἱερὸν καὶ νεὼς *templum est. ubi autem collocamus eosdem*, σηκὸς, τέμενος, *fanum, cella, delubrum fuerit.* Kuehn.

τέμενος] *Τέμενος* in MS. adscriptum alia manu. Iung.

τὸν τῶν θεῶν] C. V. τὴν τ. θ. τὸ δὲ πρὸ, omissis interiectis. Kuehn.

ὡς οἱ τραγῳδοὶ] *ὡς οἱ τρ. α. ε. σ. θ.* haec non habet MS. Iungerm.

πρόδομος] *Homerus Iliad.* 9. generalius utitur hac voce et *τὸ πρόστωον τοῦ θαλάμου* vocat *πρόδομον*. *Noster* autem nomen generale applicat ad *ante-templum*, quod alii *πρόναον*, *anticam templi partem* aiunt. apud *Pausan.* in *Arcadic.* male legitur *πρόσναος*, ut *Sylburgio* observatum. Caeterum *interpres* videtur haec verba, *τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ*, ita accepisse, quasi *τὸ αὐτοῦ* ad *σηκὸς* pertineat: etiam ad *ἱερὸν* referas, reddasque licet: *anticum templi* vel *quod ante templum est*, *πρόναος*, ex *Varrone* de L. L. *lib.* 4. dicas: *quod in aedibus sacris ante cellam, ubi sedes Dei sunt, Graeci dicunt πρόδομον, quod post, ὀπισθόδομον.* vid. *Leon. Allat.* ep. 1. ad *Morinum* de *Templis Graecorum recentioribus.* Kuehn.

πρόδομος] *Labb.* codex *πρόδρομος*. Iungerm.

ὀπισθόδομος] Athenis postica pars templi *Minervae Poliados* in arce ita dicebatur, quae et aerarium erat publicum, unde in *Gl. Posticula, aerarium, ὀπισθόδομος*. *Noster* infra IX, 40. *καὶ τὸ κατόπιν τῆς ἀκροπόλεως, ὀπισθόδομον. quod retro arcem est ὀπισθόδομον dicas.* Idem dicit *Ulpian. in Demosth. Orat.* contra *Timocratem.* Doctiss. *Meurs. Polluci* et *Ulpiano* errorem impingit propterea, quia debuerant dicere *ὀπίσω τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς τοῦ ἐν τῇ ἀκροπόλει.* Verum enimvero non solent Graeci istis ambagibus uti, cum de re ipsis bene perspecta loquuntur. Nam etsi saepius *ἀκρόπολιν* nominent, tamen templum *Minervae* vel *ὀπισθόδομον* intelligunt *κατὰ συνεκδοχήν*. *Thucyd.* l. 2. *Hist.* Periclem nobis sistit ad calculos revocantem reditus Atheniensium; inter quos recenset *ὑπάρχοντα ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχίλια τάλαντα*, ubi per *ἀκρόπολιν* intellexerim templum *Minervae* et cum eo *τὸν ὀπισθόδομον*, quia ibi aliud pecuniae sacrae et profanae aerarium publicum historia non suggerit, quantum ego quidem memini. Ego et Nostro licuit dicere, *τὸ ὄπισθεν τῆς ἀκροπόλεως* est et dicitur *ὀπισθόδομος*. Duo autem praecipue apud Graecos celebrantur *ὀπισθόδομοι*, quorum alter *Athenis* in arce, alter Olympiae in Iovis Olympii erat. Ille *θησαυροφυλάκιον*, hic in ludis Olympicis, oratoribus, historicis, sophistis auditorium erat, in quo *ἀποδείξεις* et *ἀκροάσεις* faciebant. *Lucianus* de *Herodoto*: *παρελθὼν εἰς τὸν ὀπισθόδομον, οὐ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας.* Kuehn.

ἡ εἴσοδος προπύλαια] *Aditus templi, propylaea. Interpr. porticus* habet, minus recte. Latinis non inusitatum est vocabulum *propylaeum,* ideoque illud retinerem. Haec Atticae arcis propylaea *Pericles* magno sumptu *Mnesicle* Architecto quinquennii spatio admodum splendide fieri curaverat, ut per ea quinque portis in arcem pateret via. Eadem pinxit *Protogenes*, fecitque inibi nobilem *Paralum et Hermionida:* pinxit et *Socrates in propylaeis Atheniensium Charitas. Plin.* l. 36. c. 5. Quantum hoc opere et τηλαυγεῖ προσώπῳ Athenienses superbierint, ex *Demosth.* Orat. contr. *Aristogit.* satis patet, imo inter eximias urbis dotes censebantur haec propylaea. Locus elegans hac de re extat apud *Athenaeum* ex *Phoenicide* l. 14. [p. 652. D.] quem operae pretium erit adscribere:

> μύρτων λέγουσι καὶ μέλιτος ἐγκώμια,
> καὶ τῶν προπυλαίων, καὶ τέταρτον ἰσχάδων.
> τούτων ἐγευσάμην καταπλεύσας εὐθέως,
> καὶ τῶν προπυλαίων· κοὐδὲν ἦν τούτων ὅλως
> πρὸς τὸν ἀταγῆνα συμβαλεῖν τῶν βρωμάτων.
> *myrtorum proferunt mellisque praeconia,*
> *et propylaeorum, ficuumque denique.*
> *haec statim gustavi, simulac navem appuli,*
> *propylaea quoque; sed horum nil omnium*
> *ciborum atageni recte comparaveris.*

Quo loco doctiss. *Casaub.* per προπύλαια intelligit *bellaria, aliasque cupedias in aedium sacrarum aliorumve publicorum vestibulis solitas vaenire.* Malim tamen ipsa simpliciter *propylaea* hic indigitari. Nam ea recenset comicus, quibus se iactabant Athenienses, at cupediis ad propylaea venditis nusquam, quantum memini, superbierunt. Propylaea autem inter ornamenta urbis suae primo loco ponit *Demosth.* in *de Syntax.* Caeterum opinio docti illius viri nata videtur ex τῷ ἐγευσάμην, quod illud in ipsa propylaea non cadat. Sed hunc ictum facile vitaverimus, si eos, qui hic loci loquuntur, respiciamus. Laudat enim, nescio quis hospes, Attica ἀνχήματα et inter ea propylaea, et cum subiecisset, se statim à navi laudata illa bellaria degustasse, alter per parenthesin iocum inserit παρ' ὑπόνοιαν, interrogatque, *num et propylaea gustasset?* καὶ τῶν προπυλαίων; sc. ἐγεύσω. Nec infrequens est apud comicos iocus παρ' ὑπόνοιαν. Et haec hactenus de propylaeis. Antequam autem hinc ad alia pergamus, locum *Strabonis* de partibus templorum Aegyptiacorum visum est annectere, qui ita se habet, l. 17. Κατὰ τὴν

εἰσβολὴν τὴν εἰς τὸ τέμενος, λιθόστρωτόν ἐστιν ἔδαφος, πλάτος μὲν ὅσον πλεθριαῖον etc. *καλεῖται δὲ δρόμος τοῦτο* etc. *διὰ δὲ τοῦ μήκους παντὸς ἑξῆς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλάτους σφίγγες ἵδρυνται λίθιναι* etc. *μετὰ δὲ τὰς σφίγγας πρόπυλον μέγα, εἶτ' ἄλλο προελθόντι πρόπυλον, εἶτ' ἄλλο* etc. *μετὰ δὲ τὰ προπύλαια ὁ νεὼς, πρόναον ἔχων μέγαν καὶ ἀξιόλογον· τὸν δὲ σηκὸν σύμμετρον, ξόανον δ' οὐδὲν, ἢ οὐκ ἀνθρωπόμορφον, ἀλλὰ τῶν ἀλόγων ζώων τινός· τοῦ δὲ προνάου παρ' ἑκάτερον πρόκειται τὰ λεγόμενα πτερά· ἔστι δὲ ταῦτα ἰσοΰψη τῷ ναῷ τείχη δύο, κατ' ἀρχὰς μὲν ἀφεστῶτα ἀπ' ἀλλήλων μικρὸν πλέον, ἢ τὸ πλάτος ἐστὶ τῆς κρηπῖδος τοῦ νεώ· ἔπειτα εἰς τὸ πρόσθεν προϊόντι, κατεπνευούσας* (l. *κατ' ἐκνευούσας*) *γραμμὰς μέχρι πηχῶν πεντήκοντα ἢ ἑξήκοντα.* Legendum dixi *κατ' ἐκνευούσας γραμμὰς*, nam *γραμμαὶ ἐκνεύουσαι* videntur esse lineae, quae quo magis se porrigunt, eo magis a se invicem discedunt, et maius spatium aperiunt suo divortio. Contrarium est *συννεύειν.* videatur ipse *Strabo* l. 5. ab initio. Vulgatae editionis sensum in *κατεπνευούσας γ. ad inclinantes invicem lineas*, plane non assequor. Ex hoc *Strabonis* loco partes templi Aegyptiaci ita ordinandae essent. Primum excipit intrantes *δρόμος*, utrinque sphingum serie obsitus. *δρόμον* sequuntur *προπύλαια* aliquot; haec *πρόναος* cum suis alis utrinque procurrentibus. pronaon *ναὸς*, (*Vitruvio* est l. 3. c. 1. *ναὸς ἐν παραστάσει.*) in *ναῷ σηκὸς* cum idolis. *Ὀπισθοδόμου* nulla hic mentio, nec semper templis videtur additus. Cl. *Salmasius* in *Solin.* p. 1218. primo loco ponit *πρόναον* vel *πρόσδομον*: deinde propylaea vel *πυλῶνα*: tertio *σηκὸν* vel cellam, ultimo *ὀπισθόδομον*, et circa latera, *περιδρόμους*. Kuehn.

7.

τὰ θεραπευόμενα] P. V. et A. in marg. *περὶ εἰκόνων.* Seberus.

τὰ θεραπευόμενα] Quae auctor hic recenset nomina, ea maximam partem quadrant in simulacra arte elaborata. At idolorum cultus à prima sui origine circa truncos, lapides impolitos, asseresque male dedolatos haesit. *Eusebius* lib. 3. c. 8. *Praep. Evang. Callimachi* locum habet, qui huc pertinet, sed a *Vigero* interprete pro conclamato habetur quoad prius distichon. Ascribam versus illos, eosque quantum in me est, emendatiores reddam. *Ἥρας δὲ καὶ Σάμιοι ξύλινον εἶχον εἶδος, ὥς φησι Καλλίμαχος·*

οὔπω Σκέλμιον ἔργον εἰς ξόανον, ἀλλ' ἐπὶ τεθμὸν
δὴ νεόγλυφον ὦναξ θεᾶς ἦσθα σανίς.

ὧδε γὰρ καθιδρύοντο θεοὺς τότε· καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸν λεῖον ἔτευξεν ἕδος.

In priori disticho *οὐδὲν ὑγιές*. Quid enim est *Σκέλμιον ἔργον*, legerem *Σμίλιον ἔ*. Nam statuarius, qui Samiis ligneum fecit Iunonis idolum, *Smilis* fuit Aegineta, filius Euclidis. *οὗτος ὁ Σμίλις ἐστὶν ἡλικίαν κατὰ Δαίδαλον, δόξῃ δὲ οὐκ ἐς τὸ ἴσον ἀφίκετο. Pausan.* in *Achaic.* Cur autem hic *Smilis* obscurior Daedalo fuerit, idem auctor subiicit his verbis: *ὁ δὲ Σμίλις ὅτι μὴ παρὰ Σαμίους καὶ ἐς τὴν Ἠλείαν, παρ' ἄλλους γε οὐδένας φανερός ἐστιν ἀποδημήσας· ἐς τούτους δὲ ἀφίκετο, καὶ τὸ ἄγαλμα ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας ὁ ποιήσας ἐστὶν οὗτος.* Hinc patet *Σμίλιον ἔργον* esse *opus Smilidis*. Sin aliquis maluerit *σκέλμιον ἔργον* interpretari *Celmidis opus*, quia *Celmis* unus ex *dactylis Idaeis* fabrilem artem docuit, libens in *Eusebio* admitterem *Σκέλμιον* vel *Κέλμιον*. Iam deinceps quod restat agamus. Sequitur in versu *εἰς ξόανον*, nullo sensu, qui mox se ingeret oculis, si legamus per *διαίρεσιν* et mutationem *ι* in *η*, *ἐης*: dicit enim *Callimachus* ad Iunonem, *nondum eras simulacrum, opus Smilidis. ἀλλ' ἐπὶ τέθμων δὴ νεογλύφων ὤναξ θεᾶς* (l. *θεὰ*) *η. σ. verum in sedibus recens dedolatis, ô regina dearum, asser eras. ὤναξ* h. l. sequioris sexus est. *Suid.* in *Ἄναξ* notat etiam apud *Aeschylum θηλυκῶς* usurpari hoc vocabulum. Alterum distichon minus salebrarum habet, nisi quod per *λεῖον ἕδος* non intelligo cum *Viger. levigatum lignum vel simulacrum ex ligno levi ac polito, sed rude idolum, λιτὸν ἕδος*. Ita enim solebat simplex et adhuc quasi infans idololatria Deos colere. Caeterum adultior grandes pupas, et arte, auro, ebore, gemmis excultas imagines adoravit. Eadem iam inserta notis in *Pausaniam* vidi postea. sed *δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν*. Kuehn.

εἰκόνες, μιμητὰ τ. etc.] Noster MS. partim *Pollucem* auget, partim restituit. Sic enim habet, *εἰκόνες, μνήματα, μιμήματα, τυπ.* et sic scribendum est. Bene vero *μιμήματα* imagines, quasi imitagines: idem pro vulgato *μιμητὰ*, habuere et MSS. *Seberi*, et MS. *Labbaei*. Iung.

μιμητὰ τυπώματα] MSS. *μιμήματα, τυπώματα*. Seb.

μιμητὰ τυπώματα] C. V. agnoscit tam *μνήματα*, quam *μιμήματα*. Non spernenda lectio Msstorum, quamvis editi omnes servent *τὸ μιμητά*. Ex *Nostro Phav. μιμήματα, εἰκάσματα*, voce *δείκηλα*. Kuehn.

ἰδέαι] Pro *ἰδέαι* MS. noster *εἰδέαι*. Iungerm.

δείκηλον] *δείκηλον* etiam P. V. et Apollon. Argon. 4, 1672. ubi Schol. *δείκηλα, εἴδωλα, φαντάσματα*. Sed R. et A.

δείκελον. Hesych. δείκελον, φάσμα, ὁμοίωμα. Idem: *βρέτας, ξόανον, εἴδωλον, ὁμοίωμά τι παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι, ὅπερ φασὶν οἱ νεώτεροι δείκελον.* Eurip. Alc. 974.

μόνας (ἀνάγκης) δ' οὔτ' ἐπὶ βωμοὺς
ἐλθεῖν, οὔτε βρέτας θεᾶς ἐστίν.

Cl. *Alex. προτρ.* f. 13. *ἐπεὶ δὲ ἀνθρώποις ἀπεικονίζεσθαι τὰ ξόανα ἤρξατο, βρέτη τὴν ἐκ βροτῶν ἐπωνυμίαν ἐκαρπώσατο.* Seb.

δείκηλον] *δείκελον* malim. Possit tamen utrumque admitti, *δείκελον* ut commune, *δείκηλον* ut *Ionicum*, unde et *Hesych.* tam *δείκελον* in *lexico* habet quam *δείκηλα. Phavor.* et *δείκνλον* habet, nescio an vitiose pro *δείκελον. Sch.* in *Argonaut. Apoll. δίκηλον*, inquiunt, *κυρίως τὸ τῷ Διῒ ἐοικὸς ἄγαλμα· καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶν ὁμοίωμα* etc. Caeterum *Noster* nec *θείκελον* nec *βρέτας* in prosa admittit. Ita enim capio haec eius verba: *βρέτας δὲ ἢ δείκηλον οὐκ ἔγωγε προσίεμαι.* Kuehn.

δείκηλον] MS. noster *δίκειλον οὐκ ἔγ. προϊεμαι.* Sed emendatum *προσίεμαι·* et pro altero videtur repositum *δέκηλον*: certe media litera *η* superposita est. *Labbaei* vetus *δείκελλον* habuit. Dicitur vero *δείκηλον* et *δείκελον*: de quo, si lubet, vide *Etymologicum τὸ μέγα.* Alias quod *ἔδη θεῶν* de signis Deorum ait dici noster, de eo G. *Xylander* Annotat. ad *Plut.* vitas in *Periclem*, meminit et Bayfius de Vasculis, ubi ait: *Graeci ἀγάλματα et ἀγαλμάτια dicunt et ἔδη θεῶν, quae nos signa et sigilla dicimus, nisi fallor.*" qui *ἔδη* habet *ψιλῶς*: malim tamen *ἕδη*. quamvis et in nostro MS. hic *ἔδη* sit, et vet. Gloss. *ἔδη, Pulvinarium, Sacrarium*, exhibeat. et apud *Aristoph. schol.* initio ad *Equites*: *πρὸς βρέτας, πρὸς ἱερὸν, πρὸς τέμενος ἢ πρὸς ἕδος.* Sic in Basil. edit. Sed in nova *ἕδος* emendarunt: et in *Nicocle Isocratis θεῶν ἕδη* edidit *H. Steph.* sed melius, ni fallor, idem alibi *θεῶν ἕδη*. Observat etiam F. *Morellus* ad III. *Sylv. Stat.* in *propempt. Metii Celeris*, rite *Pollucem* hic et *Gloss.* vet. *ἕδος* explicare *signum* seu *sacrarium, pulvinariumve*, non ut *Lil. Gyraldus, pavimentum templi.* Et certe differunt *ἕδος* et *ἔδαφος*, quod posterius in iisdem laudatiss. *Gloss.* inter alia *pavimentum* exponitur. Quid *βρέτη*, quid *ξόανα* vero, doctissime et elegantissime, ut omnia, *Heinsius* noster notis ad *Silii Italici* librum VIII. quas adi. Iungerm.

καλοίης τὴν ἐν πρ. etc.] MS. noster: *καλοῖτο ἡ ἐν πρ. ε. η. τ. π. τ. α. ἀνάπτομεν.* Locum hunc adducit L. *Caelius Rhodiginus* 15. *Antiq.* 17. ubi et alia quaedam *περὶ ἑστίας* seu de Vesta congerit. *Natalis Comes* l. 8. *Mythолog.* c. 19. ita interpretatur hoc IV. tmema: *Super quibus sacrifica-*

mus, aut ignem accendimus, altare, acerra, Vesta: nonnulli enim sic appellarunt. Sic sane aptissime illam, quae est in Prytaneo, vocaveris, super qua ignis ille perpetuus ardere solet. Additque *Ovidium* vero sentire 6. *Fastor.* Flammam ipsam *Vestam* fuisse appellatam etc. Iunc.

τὴν ἐν πρυτανείῳ] *Aram* in *Prytaneo* proprie dixeris *ἑστίαν*, in qua pervigil ignis alitur. Doctiss. *Meurs.* in *Athen. Attic.* l. 1. c. 8. *Pollucem* putat dicere *ad Vestae* (*ἐφ' ἧς*) *simulacrum* hunc ignem accendi solitum. Verum dubito an satis graece *τὸ ἐπὶ τῆς ἑστίας* significet *ad Vestae simulacrum.* Neque *ἡ ἐν πρυτανείῳ ἑστία Polluci* est ipsa *Vesta*, sed eius ara, in qua et ipsa erat dedicata, et ignis *ἄσβεστος* vivebat. Et haec ara *Vesta κυριώτατα* dicebatur *ἑστία*. Ita Olympiae fuit Prytaneum cum *ἑστίᾳ* vel foco ex cinere constructo, *καὶ ἐπ' αὐτῆς πῦρ ἀνὰ πᾶσάν τε ἡμέραν καὶ ἐν πάσῃ νυκτὶ ὡσαύτως καίεται. Paus. Eliac.* 1. vid. et *Athenaeus.* Nec aliis Graeciae urbibus defuerunt Prytanea vel Curiae, in quibus focus semper ardens erat. Praeterea in Prytaneis erant *λυχνοκαΐαι*, quas omnino ab igne in focis semper alito distinctas existimo. Nam focus ardens die nocteque soli *Vestae* proprius erat. At *λύχνος ἄσβεστος* in honorem aliorum quoque Deorum in templis appendebatur. Certe in *Minervae Poliadis λύχνον ἄσβεστον* noverat *Strabo* l. 9. *Geogr.* non *ἑστίαν, ἐφ' ἧς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον ἀνάπτεται.* Itaque cum plures aras in uno Prytaneo essent, simul *Vestae* focum ardentem et alteri Deo *λύχνον ἄσβεστον* sacratos fuisse mirum non est. Caeterum C. V. legit *καλοῖτο ἡ ἐν πρυτανείῳ — ἀνάπτομεν.* Kuehn.

8.

ἐσχάρα δ' ἰδικῶς] C. V. omittit *δ' ἰδικῶς*, legendo, *ἐσχάρα δοκεῖ μὲν ο. Scholia Graeca* in *Odyss.* ita de *ἐσχάρᾳ*: *ἔνθα τὸ πῦρ καίεται, τόπος. ἔστι δὲ βωμὸς ἰσόπεδος, οὐκ ἐκ λίθων ὑψούμενος.* Eadem *Hesychius*, nisi quod foedo admodum mendo deformatus sit in voce *φακαραῖα*, unde Cl. *Salmas.* fecit *φοκαρία.* quid si ex *Scholiis Homeri* legendum, *ἑστία σιδηρᾶ, ἐφ' ᾗ καίεται τὸ πῦρ.* id quod et *τὸ πῦρ* videtur postulare. Caetera in *Hesych.* non indigent correctione, nec patiuntur, ut *οὐκ* mutetur in *ὁ ἐκ.* Kuehn.

δ' ἰδικῶς] Haec desunt in nostro MS. ut et, si recte accipio, in *Labb.* qui *ἐσχ. δοκεῖ δὲ ὧδε* habet. et mox pro *ὠνομάσθαι*, MS. noster *ὀνομάζεσθαι.* Iunc.

τῶν περιῤῥαντηρίων] A MSS. abest *τῶν.* insuperque P.

V. et A. *περὶ ῥαντ.* non minus forte mendose, quam de sententia *H. Steph.* Aeschin. orat. contra *Timarchum Ald.* editio: *ἐντὸς τῆς ἀγορᾶς περὶ τῶν ῥαντηρ.* pro *ἐντ. τῶν τῆς ἀγ περιῤῥαντηρίων* f. 175. ubi notandum, quod orator dicit, *τῆς ἀγορᾶς περιῤῥαντήρια. H. Wolf. septa fori.* Sicut et contra *Ctesiph.* f. 299. ubi *H. W. septa fori lustralia.* Nam alias, ut quidem *Gualterus* describit, in templis vasa fuere vel lavacra purgationis in adyti limine constituta: quae transire profanis nefas erat. *Acciaiolus* reddit *lotiones* in illo *Theodoreti*: *τοῖς περιῤῥαντηρίοις τοῖς συνήθεσι χρῆσασθαι* Serm. 7. f. 107. Interp. *Iosephi aspersorium* lib. 3. antiq Iud. c. 5. licet ibi cum unico duntaxat ρ habeat tam edit *Basil.* quam manu exaratus codex, quem habeo. Verba sunt: *ἐνιὸς δὲ τῶν πυλῶν* (sc. *τῆς σκηνῆς ἦν μωϋσῆς ἐποίησεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἢ οὐδὲν ναοῦ μεταφερομένου διέφερεν*) *περιῤῥαντήριον ἦν χάλκεον* (sic MS. cod. cum edit. *Basil. χαλκαῖον* quod *ἐθνικὸν τῆς χάλκης. Steph.* de *Urb.*) *ὁμοίαν αὐτῷ καὶ τὴν κρηπῖδα παρεχόμενον. ἐξ οὗ τοῖς ἱερεῦσι τὰς χεῖρας ἀποπλύνειν, καὶ τῶν ποδῶν καταχεῖν παρῆν. Cl. Alex.* latius videtur extendere, filiam *Pharaonis* venisse, inquiens, ad fluvium, in quem *Moses* coniectus: *λουτροῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις χρησομένην.* interp. *ut se lavaret et aspergeret*, στρωμ. 1. f. 148. Seb.

τῶν περιῤῥαντηρίων] In templo, in foro, ad fores funestarum aedium stabant aquiminalia aqua plena, qua se aspergebant aspergillo aliquo ultro citroque commeantes. In *Onomast. Latino-Graeco* modo *amula*, modo *aspergillum* redditur *τὸ περιῤῥαντήριον.* Kuehn.

τῶν περιῤῥαντηρίων] MS. noster omisso *τῶν*, mendose *περὶ ῥαντ.* habet. Iung.

ἱερὸς] A voce *ἱερὸς* usque ad tmema 8. omnia ab alia manu in MS. nostro sunt addita: inque iis hoc tantum a vulgata lectione discrepat, quod pro *ἁρμόττει ἂν μᾶλλον ε. τ. ου. κ. τ.* ibi sit *ἀνίερος ἥρμοσιο τῇ διανοίᾳ μᾶλλον.* quemadmodum et in MSS. *Seberi* et vet. cod. *Labbaei* fuisse video. Iung.

ἀβέβηλος] Dicit *Pollux* se non legisse apud veterem scriptorem hoc vocabulum, *καίτοι*, inquit, *οὐδέπω ἐντετύχηκα τῷ ὀνόματι.* V. C. qui habet *ἐτετυχηκα* sine dubio mendosus est. Apud recentiores passim obvia vox est. vid. *Procop.* de *Aedif. Iustiniani* p. 4. *Etymolog. Magnum* h. v. *Hesych.* in *βέβηλον. Suid.* in *ἀβέβηλα. Gloss.* reddunt *immaculatus: religiosus* etiam dici posset. Kuehn.

καίτοι] Ex *Labbaei* Excerptis adnotandum et hoc, post *καίτοι* legi *γράφεσθαι καὶ τοιῶδέ που*. IUNGERM.

9.

βέβηλος] Notat auctor non satis exprimi significationem vocis *βέβηλος* per *ἀνίερος*, quo notatur locus *non purus, inquinatus*; at *βέβηλος* dici potest etiam *locus purus, qui neque sacer, neque sanctus est, neque religiosus, sed ab omnibus huiusmodi nominibus vacare videtur*, ut ICti loquuntur. Verbo, *Profanus*. V. C. legit, *τὸ γὰρ ἀνίερος ἥρμοστο τῇ διανοίᾳ μᾶλλον ἐπὶ τῶν καθαρῶν τόπων. ἀνίερος enim sensu magis caderet in locum purum*, quae lectio videtur vulgatae contra ire, sed videtur tantum. Nam vulgata accipit *ἀνίερος* de *polluto, contaminato* loco. *Vossiani* vero codicis lectio interpretatur de *profano*, qui potest etiam purus esse et dici, quatenus non religiosus est. unde in *Glossis βέβηλος, profanus* simul et *pollutus*, et *βεβηλῶ profano* aeque ac *contamino* redditur. vid. et *Phavor.* in *ἀνίερος*. utraque lectio cum re ipsa probe convenit, nisi quod vulgata magis facit ad mentem auctoris. KUEHN.

ἁρμόττοι ἄν μ. etc.] MSS. *ἥρμοστο τῇ διανοίᾳ μᾶλλ.* SEBERUS.

εἰ μέντοι] V. C. *εἰ δὲ χωρίον ἄβατον εἴη τοῦ ἱεροῦ, καλοῖτ' ἂν καὶ ἄδυτον καὶ ἀψαυστούμενον* etc. omisso *ἄψαυστον*. Caeterum *ἄδυτον Gloss. sacrarium* reddunt. *Servius penetralia* ad *Virgilii* lib. 6. *Aeneid.* v. 71. explicat per *secreta templorum*, et hoc ipso innuit, *adyta*, quo solis sacerdotibus patebat aditus, locusque erat vaticinationis. *Caesar* l. 3. de B. C. *Pergami in occultis ac remotis templi, quo praeter sacerdotes adire fas non est, quae Graeci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt.* KUEHN.

εἰ μέντοι] MS. noster: *εἰ δὲ χωρίον ἄβ. ε. τ. ἱεροῦ, καλοῖτ' ἂν καὶ ἄδυτον, καὶ ἄψαυστον*, etc. *Labb.* e suo vet. cod. saltem pro vulgato *τοῦτο* notavit esse *τοὔτιον*. Idem doctiss. vir adnotat hic, *adytum τὴν ἐνδοτέρω τοῦ ἱεροῦ χώραν* vocare *Heliodorum* p. 104. ut partem anteriorem *προτιμέτισμα*. IUNGERM.

ἄδυτον.] *Caes.* lib. 3. de bell. Civ. c. 105. *Pergami in occultis et remotis templi, quo, praeter sacerdotes, adire fas non est, quae Graeci ἄδυτα appellant* etc. ad quae *Rhellicanus:* Graeca vox *ἄδυτον* secretum, et penetrale sacrum dicitur, *ἀπὸ τοῦ α* privandi partic. *καὶ δῦμι* ingredior, seu subeo. SEBERUS.

ἀθέατον] Nec oculis adeundum adytum, nedum pede. *Ἀθέατος* alias significat *eum, qui non vidit*, sed hoc loco est *μὴ βλεπόμενον, quod nulli visum est.* Kuehn.

ἀνάκτορον] *Ἄνακτες* dicuntur dii, et speciatim *Castores* quorum templa etiam *ἀνακτόρια* vel *ἀνάκτορα*, quamvis et quorumvis deorum templa sint ita dicta. *ἀνάκτορον* Cereris *Hesych.* accipit de loco templi, in quo recondita sunt *ἀνάκτορα* i. e. *sacra arcana.* Kuehn.

10.

οἱ δ' ἀνειμένοι] Paulo supra *H. Steph.* adscripsit *καθιερωμένοι*, credo quod idem *τῷ ἀνειμένοι* denotet. Laudat haec vero *P. Leopardus* 7. emendat. 17. ubi de lucare, ex lucis Diis dicatis captato. Ita vero MS. noster *οἱ δ' ἀν. θ. τόποι, ἄλση, τεμένη, ἔρκη· ὅ δὲ περὶ α. κ. π.* Iung.

ἄλση] *Luci, τεμένη fana* et *delubra* sunt etiam absque luco interdum. *Ἔρκη Glossis δρύφακτα, Septa Varro* l. 6. de L. L. *omne templum debet circum septum nec plus quam unum introitum habere. Serv.* in l. IX. *Aeneid. in sacris aedibus et in tribunalibus septa, quae turbas prohibent, aulas vocamus.* conf. et *Hieronym.* in *Ezech.* p. 522. *Tom. I.* et *Herald. Advers.* p. 62. Kuehn.

εἰ δὲ καὶ ἄσυλον] C. V. ita: *τὸ δὲ ἐν αὐτοῖς ἄσυλον καὶ κρησφυγετὸν καλεῖται, καὶ ἱεροὶ ὅροι, καὶ φύξιμον καὶ ἱκέταις ἀσφάλεια. ἡ δ' ἄνετος θεοῖς γε ἱερὰ ἀργάς.* Caeterum cum vulgata quoad *κρησφύγετον*, accentu in antepenultima, faciunt *Hesych.* et *Suidas.* quorum ille dicit *κρησφυγετα* esse *τὰ πρὸς τῆς χειρὸς στεγνὰ καὶ ὀχυρώματα, σπήλαια, οἱ διαλανθάνοντες τόποι.* hic vero *τὰ πρὸς τοὺς χειμῶνας στενὰ* (l. *στεγνὰ*) *καὶ ὀχυρώματα καὶ καταφυγὴ*, et vocabulo originem accersit a Cretensibus, qui sub *Minoe* maris domini et illud infestum habentes classibus, insulanis ansam dederunt, ut sibi circumspicerent speluncas, in quibus a Cretensium latrociniis tuta haberent receptacula. Kuehn.

εἰ δὲ καὶ ἄσυλον] Tmema 10. ita MS. noster scribit: *τὸ δὲ ἐν αὐτοῖς ἄσυλον καλεῖται* (et additum ab alia manu, *καὶ ἱεροὶ ὅροι*) *καὶ φύξιμον, καὶ ἱκέταις ἀσφάλεια· ἡ δ' ἄνετος θεοῖς γῇ ἱερὰ, ὀργάς.* Iung.

τοῦτο καὶ κρησφύγετον] P. P. *τοῦτο κρησφ.* Seb.

τοῦτο καὶ κρησφύγετον] In *Labb.* MS. deest particula *καὶ* ante *κρησφ.* et desunt *ἐφ' ὅσον τοῖς.* et *γῇ* alterum ante *ἱερὰ* proximum. Sed hoc noster MS. prae aliis bene, quod *οἰκέταις* vulgatum falsum indicat. Et *ἱκέταις* legendum sane vidi

antequam manuscriptum: de quorumlibet enim hic supplicum asylis certe agitur, non servorum vel domesticorum duntaxat. Et sic restituit quoque, ne quem sua laude, quod quidem ego sciam, defraudem, doctiss. *Meursius Comment.* ad *Lycophr.* in vers. 1155. ubi de eiusmodi supplicum profugiis docet. Iung.

ἱεροὺς ὅρους] *Strabo* de templo Ephesino l. 14. *ἄσυλον δὲ μένει τὸ ἱερὸν καὶ νῦν καὶ πρότερον, τῆς δ' ἀσυλίας τοὺς ὅρους ἀλλαγῆναι συνέβη πολλάκις.* ubi *ἀσυλίας ὅροι* dicuntur qui hic sunt *ἱεροὶ ὅροι fines sacri*, intra quos supplicibus (recte enim C. V. habet *ἱκέταις*) securis esse licebat a manuum iniectione. Etsi enim *οἰκέται, servi*, quo magis iniuriis obnoxii fuerunt, eo saepius ad asyla confugere soliti sint, nihilominus tamen non omnes supplices erant servilis conditionis, eoque nomine haec lectio potior vulgata. Lectionem *ἱκέταις* dudum vidit *Sam. Petitus* in L. L. *Atticas* p. 12. de Asylis Graecorum *Tacitus* l. 3. *Annal.* Kuehn.

ἡ δὲ ἄνετος θεοῖς γῆ] P. P. *ἡ δὲ ἀν. θεοῖς γῆ, ἱερὰ καὶ ὀργάς. Helladius*: *ὅτι ὀργὰς μὲν κοινῶς, φησὶ, πᾶσα ἡ γῆ, ὅσα ἐπιτηδεία πρὸς καρπῶν γονάς. ὀργάδα δὲ ἰδίως ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ταῖν θεαῖν ἀνειμένην, τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ τῆς Μεγαρίδος. Phot. Bibl.* fol. 872. Seb.

ἄνετος θεοῖς γῆ] Elegantior lectio V. C. per ellipsin *γῆς. ἡ δὲ ἄνετος Θεοῖς γε, quae quidem Diis consecratà est, sacra, ὀργὰς* dicitur. *γε* illud innuit, quod *ἄνετος* latius pateat, nec Diis tantummodo, sed pecori quoque *ἄνετον* esse terram, quam *pascua* appellamus. vid. *Budaeus Comment.* L. G. Kuehn.

ὀργὰς] Quasi *ἀργὰς*, *inculta* et ab aratro intacta, ut quae usibus humanis exempta consecratione. contrarium est *ἐργάσιμον χωρίον*. ita *ὄμπνιος* ab *ἀναπνεῖν*. *ὁμαρτῶν* Aeolice pro *ἀμαρτῶν*. *Hesych.* h. v. idem in *ὀρπη-σίδηρος, curvafalx*, qua proboscis elephantorum amputabatur, pro *ἄρπη*. De *orgeonibus* infr. VIII, 107. Kuehn.

11.

περὶ οἰκοδομῆς ν.] Huius tmematis 11. inscriptio continens et duo insequentia, in *Labb.* MS. haec: *περὶ οἰκοδομῆς νεῶν, ἱδρύσεως ἀγαλμάτων, καὶ ἀναιροπῆς τούτου.* Idem in ipso tmemate post *ἀναστῆσαι νεὼν*, haec demum habet: *λέγοις ἂν καὶ περιβαλέσθαι;* alio nempe ordine. Ad hoc autem *τμημάτιον H. Stephan.* in suo codice ita adnotavit: *ἱδρύεται ναὸς καὶ ἱδρύεται ἄγαλμα ἐν αὐτῷ. Eustath.* quae le-

gas *ἐν παρεκβολαῖς εἰς τὴν γ' ῥαψῳδ. τῆς ἰλιάδ.* ibi tamen non *ἐν αὐτῷ*, sed *ἐν ναῷ* est: nec aliud intellexit etiam *Stephanus*. Subiungit autem ista verba *Eustathius* hisce praecedentibus: *παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὕστερον, ἱερὰ ἡ λέξις, ἱδρ.* etc. IUNGERM.

περιβαλέσθαι] C. V. *περιβάλλεσθαι νεὼν καὶ νεὼν ἐργασασθαι.* KUEHN.

περιβαλέσθαι] MS. noster *περιβάλλεσθαι νεὼν, καὶ ἐγεῖραι, καὶ ἀναστῆσαι. καὶ ποι.* IUNG.

καὶ ἐνθεὶς] V. C. recte, *συνθεὶς, νεοποιῆσαι*, si ω adscript set in *τῷ, νεοποιῆσαι.* KUEHN.

καὶ ἐνθεὶς] MS. noster *καὶ συνθεὶς:* prae quo profecto vulgatum *ἐνθεὶς* (quod in *Labb.* plane deest) nauci putat. IUNGERL.

καὶ ἐνθεὶς] *Συνθεὶς* legit FALCKENBURG.

φιλοτιμότερον] C. V. *φιλότιμον δὲ*, *Interpres* reddit *ambitiosius*. mallem, *exquisitius et magis affectatum est.* quemadmodum *φιλότιμοι ambitiosi* solent esse elegantiores. Caterum *περιεργάσασθαι* vel est *περιτιθῆς ἢ ἐργασίᾳ μείζονι κατασκευάζειν elegantius* et *maiori studio condere templum* simulacro, vel simpliciter notat, *περιθέσθαι circumdare*, ut qui magna domo habitat, dicitur *μεγάλην περιβεβλῆσθαι οἰκίαν Musonius* apud *Stobaeum* p. 20. KUEHN.

φιλοτιμότερον] MS. noster *φιλότιμον δὲ καὶ τὸ νεὼν π. ἀ.* et *φιλοτιμότερον* ad oram adpositum, *Labb.* MS. *φιλοτιμότερον*. Sed istud *τὸ* ante *νεὼν* ita repositum est, priori, quae forte *τὸν* fuit, eraso prorsus. IUNG.

ἱδρύσασθαι] C. V. post hanc vocem habet: *ἐρεῖς. καὶ στήσασθαι. ἐνστήσασθαι. ἐγκαινίσαι τῷ νεῷ* etc. KUEHN.

ἱδρύσασθαι] MS. noster, *ἱδρύσ. ἐρεῖς καὶ στήσ.* et . IUNG. *Deficiunt hic quaedam in Iungermanni MSto.*

καθιέρωσις] In MSS. ultima huius sectionis vox est. SEBERUS.

Ἐργασία, ποίησις] Haec vocabula pertinent ad Sect. quae est *περὶ ἐργασίας*. Caeteroquin *Gloss. Veterum* reddunt *καθίδρυσις, dedicatio, καθοσιῶσαι, devovere, καθοσίωσις, votio. καθωσιωμένος, devotus, sacrosanctus.* KUEHN.

12.

ἀνατρέψαι] C. V. *ἀναστρέψαι* quod eodem recidit. *Hesych. ἀνατρέπειν, ἀναστρέφειν.* Usus tamen obtinuit, quandoque alterum prae altero frequentetur. *καταβάλλειν Glossis diruere, demoliri, destruere.* KUEHN.

συγχέαι τὸν κ.] MSS. *ἐκχέαι.* Seb.

ἐκ βάθρων α.] C. V. *ε. β. ἀναστῆσαι ἢ ἀνασπᾶσαι, ἀκρωτηριάσαι, καὶ τὰ ὅμοια. Herod.* in *Terpsich. τὰ ἀγάλματα ἐπειρῶντο ἐκ βάθρων ἐξανασπᾶν, a sede sua revellere.* nam *exstirpare*, quod alio in negotio non esset reiiciendum, non quadrat h. l. ubi de imaginibus sermo est. *βάθρα* sunt *θᾶκοι ἀγαλμάτων, sedecula et bases simulacrorum.* Kuehn.

κατασκευάζοντες] P. V. et A. *κατασκευάσαντες.* et mox P. R. *ναούς.* Seb.

νεὼς] C. V. *ναούς*, qui et sequentia ita exhibet: *τεχνῖται, ἐρεῖς δὲ τοὺς μὲν περὶ τῶν νεῶν λιθοξόους. οἰκοδόμους, τέκτονας. φιλοτιμούμενος δὲ, νεωποιούς τε καὶ ἱεροποιούς. τοὺς δὲ ἐπὶ τοῖς ἀγάλμασι. χειροτέχνας. ἀγαλματοποιούς. ἀγαλματουργούς καὶ θεοποιούς.* Sed vulgata lectio *περὶ τὸν νεὼν* merito praefertur, quia alium gignit sensum *τὸ, περὶ τῶν νεῶν.* Kuehn.

θεοποιούς] Vulgus ethnicorum, quod subtilitatem cultus per imaginem ad ipsum Deum tendentis ignorabat, in imaginibus haerebat, et ipsas Deorum nominibus aeque ac veneratione prosequebatur. hinc artifices etiam salutabat *θεοποιούς*, quasi ipsi essent Deorum architecti. *Horatius* etiam de simulacris idololatriae loquens, *nec templa*, inquit, *Deos habuere rectos.* Melius Patres Graeci, qui sacram scripturam *θεοποιοῦντα γράμματα* vocant, i. e. *quae verum nobis Deum eiusque cultum proponunt.* vid. *Clement. Protrept.* p. 56. et *Orig. exhort.* ad *Martyr. θεομάχος*, inquit, *ὁ τοῖς ἀπὸ τοῦ λόγου θεοποιηθεῖσι μαχόμενος. Cum Deo pugnat, qui iis adversatur, quae a verbo divinitus sancita sunt vel divinis honoribus affecta*, nobisque ut divina commendata sunt. si haec non placuerint, consulantur notae *Wetstenianae* i. e. eruditae in h. *Origenis* locum. *Martialis* de *Ethnicorum θεοποιΐᾳ* l. 8. *Epigr.* 24.

qui fingit sacros auro vel marmore vultus,
non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.

conf. et *Philostr.* l. v. de V. A. c. VII. ubi hanc locutionem *σπερμολογίας* accusat. Kuehn.

13.

περὶ ἐργασίας] P. R. *περὶ ἀγαλματοποιῶν.* Seb.

σκληρὸν γὰρ etc.] V. C. post *τυπῶσαι* habet: *οὐχὶ δὲ μορφῶσαι, κοιλᾶναι δὲ λίθον ἐρεῖς. ἀντὶ τοῦ εἰς θεοῦ μ. δ.* ubi legendum putet aliquis *ἀντ' αὐτοῦ* pro illo (scilicet *μορφῶσαι*) dicendum esse, *εἰς θεοῦ μ. δ. Phavorinus*, qui pro more suo

hunc locum integrum transtulit in suum *Lexicon,* plane omisit τὰ, σκληρὸν γὰρ τὸ μορφῶσαι, ἀλλὰ καὶ. vide illum in ἐργάσασθαι θεόν. Kuehn.

ἀλλὰ καὶ] In MS. *Labb.* desunt illa ἀλλὰ καὶ et sic habetur in MS. nostro κοιλᾶναι δὲ λίθον ἐρεῖς, ἀντὶ τοῦ εἰς θ. μ. διαγλ. διατυπῶσαι, διαρθρῶσαι διαξ. ordine leviter mutato, et quatuor καὶ omissis. Iung.

14.

ὀνόματα τῶν θεοὺς θ.] MSS. περὶ (τῶν) θεραπευτῶν θεῶν, καὶ θεραπευτρίδων. Seb.

ὀνόματα τῶν θεοὺς θ.] Pro vulgato titulus in MS. talis est ad oram collocatus, περὶ θεραπευτῶν θεῶν καὶ θεραπευτρίδων, qualis et in MS. *Seberi* et *Labb.* suis; nisi quod hic περὶ τῶν θ. habent. Iung.

Ζάκοροι] *Gl. Veterum, antistites* reddiderunt. προφῆται dicuntur et ὑποφῆται apud poetas, idque respectu Dei, cui ὑποφητεύουσι. Caetera v. nihil different a Prophetis. θύτης *Philoxeni Glossis* est *Popa, Popax. Cyrill. Gl.* καθαρτὴς legunt exponuntque *Purificus.* posset *Expiator,* ut Piatrix, dici, qui victimis piacularibus iram coelestem placabat. Χρησμολόγοι in *Gloss.* sunt *Harioli.* C. V. ὑπηρέται, θεουργοὶ mutat in ὑπειρῆται θεοῦ. τὸ δὲ θυηπόλοι, porro inquit, ποιητικώτερον. Kuehn.

χρησμοδόται] χρησμοδόται a nostro MS. abest. Iung.

dit, quasi ἥδε addidisset *Pollux*; sed nescio an non *Pollux* potius scripserit, ἡμέρᾳ τρίτῃ, καὶ etc. quo casu et alia supra de praeterita die. Doctissimo *L. Hemelio* ita quoque videtur ferri posse haec lectio Ἡμέρα γ', si iota τῷ ἡμέρᾳ subscribatur, nec tunc suspicionem mendi vel defectus. Lubet vero hic paulisper evagari, et indicare *ἰῇ ἡμέρᾳ Herodotum* usurpasse *pro una eademque die*, ut vel insignis Historici nostri locus hic restituatur. Habebis vero gratiam *Heinsio* nostro, quod miraculum hominis nos haec docuit, *Clione* scilicet c. 47. ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ὁρμηθέωσι ἐκ Σαρδίων, ἀπὸ ταύτης ἡμερολογέοντας τὸν λοιπὸν χρόνον ἕκαστον τῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι. *Scribendum est*, dicit *Heinsius* noster, ἕκαστον ἰῇ ἡμέρῃ, *id est*, eodem die. *quod in mentem Stephano non venit, cum tamen videret sensum hoc postulare: Nihil notius est ex Homero.* Haec ille, idque approbasse, et in codice suo ita emendasse illustriss. *Scaligerum*. Iung.

68.

περὶ μερῶν ἡ.] C. A. *μέρη ἡμέρας*. idem ὄρθρος, περίορθρον, ὑπολαμπούσης τῆς ἡμέρας v. ὑπὸ πρώτῃ ἕω, ν in πρώτην erasum est, male. Kuehn.

περὶ μερῶν ἡ.] Sectionis VII. Titulus in *Labb. μέρη ἡμέρας*. Iung.

ὑπὸ πρώτην ἕω] MS. *Labb. ὑπὸ πρώτου ἕω, ἡλ. ἀν. περὶ ἡλίου ἀνατολάς, πρ.* Iung.

ἡλίου ἐπιτολάς] Uterque Codex *ἀνατολάς*. quod probe convenit cum hac Grammaticorum nota. ἀνατέλλει μὲν ἐρεῖς ὁ ἥλιος, ἐπιτέλλει δὲ ὁ κύων ἢ ὁ Ὠρίων ἢ ἄλλο τι τῶν μὴ ὡσαύτως τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ πολευόντων. migrat hanc regulam *Hesych.* cui ἐπιτολὴ est ἀνατολὴ ἄστρου et *Gloss. Cyrilli* ἀνατολὴ κυνός, *Syrius*. Kuehn.

ὑπὲρ κεφαλῆς] C. V. *ἐπὶ κεφαλῆς*. Kuehn.

δείλης] *δείλη* absolute posita *Atticis* notat *δείλην πρωΐαν, tempus pomeridianum, quod incipit statim ab inclinatione solis prima in vesperam a meridie.* unde *Gloss. Cyrilli δείλης meridie* sc. inclinante, cui opponitur deinde *δείλη πρὸς ἑσπέραν crepusculum*, cum post tertiam pomeridianam Sol vergere ad occasum incipit. *Hesych. δείλη ὀψία ἡ περὶ δύσιν ἡλίου, δείλη πρωΐα ἡ μετ' ἄριστον ὥρα.* vid. et *Suid.* in *δείλη ὀψία* et *δείλης πρωΐας*. Ex his patet non delendum esse *δείλης* h. l. ut in C. V. dicitur. Kuehn.

μεσημβρινοῦ καιροῦ] P. R. *μεσημβρίας καιροῦ*. Seb.

δειλινοῦ] C. A. δειλίου. sed δειλινὸν agnoscunt omnes, δείλιον non item, quamvis et C. V. habeat. KUEHN.

δειλινοῦ] *Labb.* δειλιοῦ καιροῦ. IUNG.

69.

εἰς τὰ κάτω] P. V. et A. εἰς τὸ κ. pro ῥέπ. autem P. R. βλέπ. SEB.

εἰς τὰ κάτω] *Labb.* εἰς τὸ κ. IUNG.

πρωϊαίτατον] A. πρωϊαίτατα, καὶ ὀψιαίτατα. P. V. τὸ γὰρ πρωϊαίτερον οὐκ ἐπὶ. *Xenoph.* de morib. Persarum sui temporis lib. 8. *Cyrop.* f. 240. (A.) καὶ μὴν πρόσθεν μὲν ἦν αὐτοῖς μονοσιτεῖν νόμιμον. ὅπως ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ χρῷντο καὶ εἰς τὰς πράξεις, καὶ εἰς τὸ διαπονεῖσθαι. νῦν γε μὴν τὸ μὲν μονοσιτεῖν ἔτι διαμένει, ἀρχόμενοι δὲ τοῦ σίτου ἡνίκα περ οἱ πρωϊαίτατα ἀριστῶντες, μέχρι τούτου ἐνθίοντες καὶ πίνοντες, διάγουσιν, ἕς τε περ οἱ ὀψιαίτατα κοιμώμενοι. SEB.

πρωϊαίτατον] Uterque Codex πρωϊαίτερον, ὀψιαίτερον. KUEHN.

πρωϊαίτατον] *Labb.* τὸ γὰρ πρωϊαίτερον, ὀψιαίτερον, οὐκ ε. ἡμ. μέρη. Caeterum *Suidas* προιαίστατος, πάνυ πρώτερος, ubi *Sylburgius* ad oram codicis sui adscripsit: προϊαίτατος, quomodo scilicet legendum. Alias ista ἀλληλογραφοῦνται, modo o, modo ω in prima syllaba habentia. Sic et mox infra πρωϊαίτερον. Apud *Platonem* in *Theaeteto* per ω, ἀπῆλθον πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος: ut et in *Phaedone*: καὶ δὴ καὶ τότε πρωϊαίτερον συνελίγημεν. et putem ita hic et *Pollucem* scripsisse. In eodem *Phaedone* statim et ὡς πρωϊαίτατα habes: non longe utrumque ab initio. Nisi verisimilius *Pollucem* scripsisse, πρωΐτερον, quoniam sequitur καὶ πρωΐτατον. Sic statim ὀψίτερον, ὀψίτατον refert, praeter ὀψιαίτερον, ὀψιαίτατον. Quod eum et in πρωΐτερον fecisse, illud πρωΐτατον valde sane suadet. Et ut auctoritas etiam accedat Scriptoris nobiliss. *Thucydid.* l. 8. non longe a fine ἀφικνοῦνται ἐς Ῥήτιον etc. πρωΐτερον μέσων νυκτῶν. IUNG.

ἐπὶ ἡμέρας μέρους] Iterum uterque Codex, ἐπὶ ἡμέρας μέρη l. μέρει, *de parte diei.* KUEHN.

τῶν τε π.] C. A. omittit τε. KUEHN.

τῶν τε π.] Particula τε abest in *Labb.* IUNG.

τῆς ἡλικίας καὶ πρ.] P. V. ἡλ. καὶ πρωϊαίτερον, καὶ ὀψ. A. ἡλ. καὶ πρωϊαίτατον καὶ ὀ. SEB.

τῆς ἡλικίας καὶ πρ.] C. A. ita: τῆς ἡλικίας, ὀψιαίτερον, ὀψιαίτατον. KUEHN.

πρωΐτατον] *Labb.* omittit τὸ πρωΐτατον, ut et mox τὸ ὀψίτατον. IUNG.

περὶ ἡλίου δυσμάς.] Dixeris et: *περὶ λύχνων ἁφάς.* qua formula usus *Procopius Goth.* lib. 2. f. 225. quem autorem Graece primum nunc editum *Cl. Hoeschelio* debemus. Seb.

ἤδη συνεσκόταζε] Hoc *Thucydideum* est commation. Habes enim lib. 1. *ξυγγρ. ξυνεσκόταζε γὰρ ἤδη·* in *Corcyraeorum* et *Corinthiorum* conflictu. Iung.

σκοτιαῖοι] P. V. et A. *σκοτέοι*, forte *σκοταῖοι* scriptoribus exprimere volentibus. Sicut mox infra segm. 76. pro *θαιρὸς* P. R. *θέρος* habet. Seb.

σκοτιαῖοι] C. A. *σκοτέοι*, l. *σκοταῖοι vespertini advenerunt*, ut illud *Virgilii: Interea Aeneas se matutinus agebat.* Kuehn.

σκοτιαῖοι] In *Pal.* vet. et *Aug.* MSS. *σκοτέοι* fuisse testatur noster *Seberus*, et bene coniicit *σκοταῖοι* scribere voluisse. Ita enim scribendum credo: quum apud optimos Auctores ita sit. Nam quod apud *Suidam σκοτιαῖοι* est, non me turbat. In vet. enim MS. *σκοταῖοι* fuisse et ibi dudum adnotavit *H. Stephanus*, et *Sylburgius* ad suum codicem: seriesque litterarum adprobat. Ita forte apud *Hesych.* quoque, ubi *σκότεον, ὅταν συσκοτάσῃ, ἡ σκοτία*, forte *σκοταῖον* scribendum: sequitur enim *σκοταρία* in ordine litterarum apud ipsum. Iung.

70.

περὶ τῶν τῆς ν. μ.] P. V. *περὶ μερῶν νυκτὸς καὶ τῶν ἀπὸ νυκτὸς λεγομένων.* Seb.

περὶ τῶν τῆς ν. μ.] C. A. *περὶ νυκτὸς καὶ τῶν ἀπὸ νυκτὸς λεγομένων. de nocte et quae de nocte dicuntur.* Kuehn.

περὶ τῶν τῆς ν. μ.] Sect. ult. tit. in *Labb.* hic: *περὶ νυκτῶν καὶ τῶν ἀπὸ νυκτὸς λεγομένων.* Iung.

νυκτὸς ἀρχὴ] Caetera quae sequuntur absunt a C. A. usque ad: *ἢ καθ' Ὅμηρον ἢ περὶ πρῶτον ὕπνον.* Kuehn.

καὶ περὶ πρ.] *Περὶ πλεονάζει.* MSS. haec omittunt. *Luc.* 12, 58. *ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ. Matth.* 14, 25. *τετάρτῃ φυλακῇ τῆς νυκτός.* Seb.

καὶ περὶ πρ.] usque ad illa: *ἢ περὶ πρῶτον ν.* etc. desunt in *Labb.* Iung.

περὶ πρώτης φ. etc.] *Falckenburgius* hunc locum ita corrigit: *περὶ πρώτας φυλακὰς, καὶ δευτέρας, καὶ τρίτας.* et ita quoque legendum esse, cum antecedentia, tum sequentia suadere videntur. *Achilles Tat. Ἐρωτικῶν* lib. 2. *περὶ πρώτας νυκτὸς φυλακὰς προσίεμεν* etc.

περὶ πρώτην] P. V. *περὶ τὴν πρ.* Seb.

εὐτελὲς] C. A. *ἐντελὲς*, quod hic non habet locum. *μεσούσης νυκτος* est *nocte intempesta*, concubia. KUEHN.

μεσούσης νυκτός.] *Marc.* 13, 35. *ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ.* SEB.

μέσον νυκτῶν] Unica voce est in C. A. mallem legere *μέσων νυκτῶν. Phavor. νυκτῶν μέσων Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ νυκτὸς μέσης.* vid. *Thomae Eclogas* in *μεσονύκτιον. Gloss.* reddunt *concubium.* KUEHN.

ἀμφιλύκην ν. κ.] Lubet adscribere Doctiss. *Had. Iunii* verba ex Tomo posteriori Nomenclatoris: diluculum *Cicer. δείλη, ἱερὸν ἦμαρ Homero, περίορθρον Thucyd. ὄρθρον Ammonio, δείλη πρωΐα Suidae, ἀμφιλύκη νὺξ Homero, (tametsi hoc ad crepusculum, ut et τὸ λυκαυγὲς, detorquent Grammaticorum pars,) λυκόφως Hom. λυκαυγὲς, ἄγχαυρον Apoll. quod aurae, id est, matutinis flatibus vicinum sit tempus.* Haec ille. Ceterum eleganter exprimit *Lucianus τὸ λυκαυγὲς* lib. 2. *ἀληθ. ἱστορ.* his verbis: *οὐδὲ νὺξ παρ' αὐτοῖς γίγνεται, οὐδ' ἡμέρα πάνυ λαμπρὰ, ἀλλὰ καθάπερ τὸ λυκαυγὲς ἤδη πρὸς ἕω, μηδέπω ἀνατείλαντος ἡλίου, τοιοῦτον φῶς ἐπέχει τὴν γῆν.* ubi certe et *Lucianus* ad diluculum *τὸ λυκαυγὲς* refert, non ad crepusculum, quod quidem nec *Polluci* nostro obtrudi potest. Ait enim, post *μεσούσης νυκτὸς, ὑπὸ τὸ λυκαυγὲς*, quod *Homerus ἀμφιλύκην νύκτα* vocat. *Homerum* autem de diluculo loqui, eius versus evincit, qui *Ἰλ. η.*

ἦμος δ' οὔτ' ἄρ' πω ἠὼς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νὺξ.

Ubi et *Eustathium* potes legere, qui quoque ad *Ἰλ. α. ἀμφιλύκην νύκτα*, ait, *μεθ' ἣν ἐκφαίνεται ἥλιος.* v. et *Aelianum*, l. 10. *π. ζῴ. ἰδιότ.* c. 26. *Vetus Gloss.* quasi secundum utrumque litem daret: *Λυκόφως, Crepusculum, diluculum. Aristoph. Schol.* ad *Ranas*, ad ista: — *ὅπως κνεφαίως Ἐς τὴν ἀγορὰν φέρουσ' ἀποδοίμαν· κνεφαῖος* (ita enim habet) *δὲ*, ait, *ἡ ἐωθίνη· κνέφας γὰρ τὸ λυκόφως.* Ut autem *λυκόφως* prisci de diluculo, sic elegantissime *σκιόφως* de crepusculo ille elegantiss. *Heliodorus* l. v. *ὁ μὲν*, ait, *ἥλιος ἀκριβῶς εἰς δυσμὰς περιελθὼν, τὸ μεταίχμιον ἡμέρας καὶ νυκτὸς σκιόφως ἀπετέλεσεν.* verum evagari non libet, nec licet etiam. IUNG.

71.

περὶ ἀλεκτρ.] *ἀλεκτρυοφωνίας, Marc.* 13, 35. *ἀλέκτωρ ἐφώνησε. Matth.* 26, 74. et alibi. SEB.

Circa gallicinia.] sub galli cantum *Horat.* 1. *Sat.* 1, 10. *Maccab.* libr. 5. circa med. *ἄρτι δὲ ἀλεκτρυὼν ἐκέκραγεν* (al. *ἐκεκράγει*) *ὄρθριος. Theogn.* 862.

ἦμος ἀλεκτρυόνων φθόγγος ἐγειρομένων.
scil. *γίνεται* vel *ἐξακούεται.* Seb.

περὶ ἀλεκτρυόνων ᾠδάς] Idem *Heliodorus* noster lib. VII. *εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδάς*, vocat: *εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδάς*, inquit, *τετελευτηκότα γνωσθῆναι.* Sic et *Aristaenetus* epist. 34. ut ad *Longum* meum notavi lib. 3. *ποιμενικ.* ubi ait *Longus περὶ ᾠδῆς ἀλεκτρυόνων.* Excerpta ex *vet. Gloss.* Gallicinium, *ἀλεκτροφώνιον.* Et pulcre *Plato*, cuius sunt illa, *ἀλεκτρυόνων ᾀδόντων*, apud *Pollucem*, fine sui Symposii: *καὶ καταδαρθεῖν πάνυ πολύ, ἅτε μακρῶν τῶν νυκτῶν οὐσῶν· ἐξεγρεσθαι δὲ πρὸς ἡμέραν, ἤδη ἀλεκτρυόνων ᾀδόντων.* v. et Musarum delicias *Heinsium* nostrum *Lection. Theocrit.* cap. 12. Iung.

ᾠδὸν ὄρνιθα] Adfert et hoc idem *H. Iunius* nomencl. in suis Synonymis ad *Gallum.* Iung.

καί που καὶ νυκτεριναὶ φυλακαὶ] Scilicet apud *Xenoph.* 7. *Ἑλληνικ. ἡνίκα αἱ νυκτεριναὶ φυλακαὶ ἤδη ἔληγον.* Iung.

δι' ὅλης νυκτὸς] C. A. *τῆς νυκτὸς.* Kuehn.

καὶ τὸ μὲν ἑσπέρας] Distinctione post *ἑσπέρας* sublata legendum credo, *καὶ τὸ μὲν ἑσπέρας προσαγρυπνῆσαι, ἐφεσπερεῦσαι καὶ ἑφ.* Sublato etiam altero *καὶ* ante *ἐφεσπερεῦσαι.* Idem sensisse *H. Stephanum* dein vidi in suo *Thesauro*: nec aliter enim hinc, ac si ita, ut legendum dixi, scriptum esset. Iung.

προαγρυπνῆσαι] *προαγρυπνίσαι* in textu C. A. fuit, sed eraso *ι* subiectum est *η.* Kuehn.

τὸ δὲ προαναστῆναι π. etc.] in *Labb.* desunt, *τὸ δὲ τρ. π. τ. ο. ἐπορθρ.* Locum hunc *Pollucis*, sicut et alterum infra VI, 44. explicatiorem *Christoph. Rufus* in Antexegem. laudat 6. 7. ubi *Erasmicam* interpretationem illius *Luciani ἐν ἀλεκτρυόνι· συνεχὲς ἐπισκοπῶν ὑποσάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη*, reprehendit, et ostendit ignoranter vertisse *τὸ στοιχεῖον littera.* Sed quod et de gnomone reprehendit (sunt autem *Erasmi* verba haec: *dum subinde respicio quot pedes in gnomone index haberet litera.*) ille, *Rufus* scilicet, non opus fuisse addi ab *Erasmo:* illi forte iniuriam facit. De altero quidem patet, rectius *Erasmum* potuisse vertere *τὸ στοιχεῖον, horam*, vel *umbram:* ut ex *Casaubono* nostro l. 1. *Ath.* c. 1. discimus: qui ibidem quoque nos docet, quod posterioribus Graecis et Latinis *hora* significat, id priores qui gnomonum sciotericorum tantum usum habebant notum, *σημεῖον* et *στοιχεῖον* dixisse, quem adi. *Rufus* autem satis habet re-

prehendisse; meliorem reddendi rationem nos non docet: in quo credo ipsi scilicet aqua haerebat. Ceterum pro *σημεῖον* hic *Schottus* in *Salmantic.* MS. invenit *τέμιον*. Iung.

ὥρα δὲ καὶ ἡμιώριον] Idem adhuc longe explicatius dicitur infra VI, 44. vid. *Christ. Rufi* Antexegem. tom. 2. *Thesauri Critici* a *I. Grutero* magno cum literarum bono lucem aspicere iussi (*μεγάλα χάρις αὐτῷ*) p. 577. Et *Casaub.* in *Athen.* I. cap. I. ubi ostenditur neque *Platonis* neque *Aristotelis*, et aequalium seculo, neque aliquanto post tempore has diei partes, quas horas vocamus, fuisse in usu. Seberus.

ὥρα δὲ καὶ ἡμιώριον] C. A. *ὡς Μένανδρος, σημεῖον ὠνομάζετο* etc. Kuehn.

οἷον δ.] P. V. et A. *εἰ ἦν δεκ.* Seb.

72.

οἷον δ.] In C. A. videtur fuisse *εἶεν*: unde factum ab aliena manu *εἰ ἦν δεκάπους, si esset umbra* etc. Kuehn.

οἷον δ.] Valde placet lectio *Pal. vet. et Aug. Seberi, ἐθηλοῦτο, εἰ ἦν δεκ.* quo pacto nostro et infra VI, 44. Iung.

καὶ ὁπηνίκα etc.] A. *καὶ ὑπ. καὶ τηνίκα, καὶ πην. καὶ ὁπὴν. καὶ πάλαι*) *πηνίκα. πηνίκα ὥρας δηλωτικὸν* etc. *Phrynich.* in quem vide et viri illustris notas. Seb.

πηνίκα] C. A. *ἡνίκα καὶ πηνίκα καὶ πότε πάλαι πρόπαλαι πρὸ ὀλίγου* etc. *ἄρτι ὅ ε. π. μ. καὶ ἄλλα πολλὰ τῆς αὐτῆς ἰδέας.* Kuehn.

καὶ ποτὲ, κ.] *Labb. καὶ ποτὲ, πάλαι, πρόπαλαι, καὶ πρὸ ὀλ.* Iung.

νῦν δὴ] Plane iisdem verbis *Hesychius*: *νῦν δὴ, ἀντὶ τοῦ ἄρτι.* In *Labb.* sunt ista hic omissa: *καὶ ν. δ. ο. ε. τ.* ut et mox sequens *ἐστί*. Iung.

73.

κατάλυμα] Abest a C. A. post *ξενῶν* fuerat in textu, sed mutatum est in *ξενὼν*. quod *Hesych.* explicat ita: *ξενὼν, κατάλυμα ἢ μεγά*ν λέγων.* legerem ex ipso *Hesych.* in voce *ξενία*: *ἢ μέγα ξένων καταγώγιον.* Kuehn.

κατάλυμα] *Labb.* omisso male vocabulo *κατάλυμα*, habet dein *καταλυστήριον*. Iung.

καὶ καλύβη] Omittitur in C. A. *καὶ*, ante *καλύβη*. *Cl. Salmas.* delet *δὲ* praecedens. Est autem *καλύβη Hesychio σκληρὰ παρασκὰς aerumnosa habitatio*, qualis in *πνιγηροῖς καλυβίοις* solet esse. Non enim existimo *σκληρὰ* mutandum ibi

esse in σκηνῇ. *Gl. Durus*, ἀτηρὸς, σκληρός, et iterum ἀτηρὸς *Aerumnosus*, *durus*. Kuehn.

οἰκῆσαι] Haec usque ad καταστρωσαι descripsit *Phavor.* qui in fine subiicit καὶ τὰ ἄλλα. Kuehn.

καταλῦσαι] *Cl. Salmas.* pro καταλῦσαι legit κοδαυλίσαι, quod non intelligo. Kuehn.

Tendere.] Id est, tentoria expandere. *Val. Max.* lib. 2. *ne quis eorum intra castra tenderet.* Et *Virgil.* Aen. 2, 29.

hic saevus tendebat Achilles. Gualth. *Ovid. Heroid.* 1, 35.

illic tendebat Ulysses.

Linacer ellipsin statuit, de *emend. struct.* lib. 6. pr. Seb.

καταυλίσασθαι] Non est in C. A. Kuehn.

74.

ἐνδιαιτήματα] Iam supra dictum καλύβας huic loco non quadrare, ut quae tantum ἐπὶ τῶν ἀναγκαίων καταλύσεων dici solent. ἐνδιαιτηματα *coenationes* possis vertere. quae et θοινητήρια. *Onomast. vetus*, *coenatio*, θοινητήριον. *Hesych.* illa voce, ni fallor, mendosus est. Θοινητήριον, inquit, κατάβρωμα. τροφή. ubi vero κεῖται haec significatio? vel donec illa mihi ostendatur, legerem, κατάλυμα, τροφεῖον, ex ipso *Hesych.* cui καταλῦσαι est εὐωχῆσαι. ergo et εὐωχητήριον erit κατάλυμα. τροφεῖον autem de loco accipi potest ad exemplum συμποσίου, quod *convivium* et *convivii locum* denotat, uti et δίαιτα et *zetam* et *victum cibumve* signat. utrumque enim per θοινητήριον significari plane non constat. τὸ ἐνηβητήριον *Herodoto* debetur, ut notat *Suidas* et *Seberus*. Kuehn.

ἐνεβητήρια] *Herod. Eut.* fol. 159. in historia *Mycerini. Athenaeus* eiusdem mentionem faciens ἡβητήρια dicit lib. 10. fol. 458. Seb.

καλεῖται δὲ] Haec iterum descripta sunt ad verbum a *Phavor.* in ξένος. Kuehn.

καὶ ὁ ὑποδεχθεὶς] In *Labb.* desunt, καὶ ὁ ὑποδ. ξ. ἰ. δ. ὁ ὑ. ξ. dein est: ἄλλος δὲ ὁ δεσπ. οἰκ. sine τῆς et pro στεγανόμος, male στεγανόμενος. Iung.

ἄλλως] C. A. ἄλλος. non recte. Vertendum enim: *Alias autem Paterfamilias dicitur* στεγανόμος. Kuehn.

ὁ δεσπότης τῆς οἰκίας] *Nunnesius* in *Phrynichum* voce οἰκίας δεσπότης adnotat ex *Polluce* τὸν οἰκοδεσπότην vocari ναύκληρον, et Dorice ἑστιάμονα vel ἑστιοπάμμονα. Prior ea vox infra x, 20. Verum *H. Steph.* ad oram codicis sui hic adnotavit: ἑστιάμων *infra male.* vide et ibi. Iung.

Αἰολεῦσιν] *Labb. τοῖς Αἰολ. ἑστιοπαμῶν ὀν.* Iung.

ἑστιοπάμμων] vid. infra x, 20. Seb.

ἑστιοπάμμων] In C. A. est *ἑστιοπαμῶν*, unde forsan legendum *ἑστιοπάμων* i. e. *possessor domus.* ita legit et *Cl. Salmasius* qui *τῆς* ante *οἰκίας* delet. Kuehn.

75.

ναύκληρον] *Hesych. ναύκληρος ὁ συνοικίας προεστὼς ἢ μεμισθωμένην ὅλην καὶ ἀπομισθῶν κατὰ μέρος καλούμενος σταθμοῦχος* etc. in quibus verbis non unum mendum occurit. mea quidem sententia legendum ibi erit: *ὁ σ. π. καὶ μεμισθωμένος ὅλην* (sc. *συνοικίαν*) *καὶ ἀπομισθῶν κατὰ μέρος, καλούμενος σταθμοῦχος. Nauclerus est qui praeest insulae, aut qui integram conduxit elocatque, a parte aedium dictus σταθμοῦχος coenacularius.* duo dicit *Hesych.* alterum est, quod *Ναύκληρος* sit qui conduxit integras aedes quas deinde peregrinis certa pensione elocat per partes: alterum, quod idem et *σταθμοῦχος* vocetur, *ἀπὸ σταθμοῦ stabulo* scilicet. unde in *Gloss. Cyrilli σταθμοῦχος ὁ τὰ ἐνοίκια τῆς οἰκίας συνάγων qui collegit mercedem domus,* ab hospitibus scilicet apud ipsum commorantibus. potest etiam *τὸ ἀπὸ μέρους* connecti cum *ἀπομισθῶν.* Nam domus non integra locatur hospitibus, sed eius partes tantum pro numero adventantium. confirmat emendationem *Hesych.* in *σταθμοῦχος. ἐνοίκιον Pensio, obventio, Villa* in *Gloss.* Kuehn.

ἐκάλεσαν] P. V. *ὠνόμασαν.* Seb.

ἐκάλεσαν] Vix tanti est, ut moneatur etiam in C. A. esse *ὠνόμασαν.* Kuehn.

ἐκάλεσαν] Pro *ἐκάλεσαν*, *Labb. ὠνόμασεν.* Sed si hoc verum, rectius *Pal. vet. Seberi ὠνόμασαν.* Iung.

ὥσπερ ἐνοίκιον etc.] P. B. *ὡς ἐνοίκ. οὐ π. τ. παλαιοῖς* (omissa voce *μόνον*) *ἀλλὰ καὶ παρὰ νέοις π. δ.* vid. infra x, 20. Seb.

ὥσπερ ἐνοίκιον] C. A. *ὡς ἐνοίκιον οὐ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ἀλλὰ καὶ παρ' ἐνίοις.* forsan deest in fine *νεωτέρων*, aut *παρὰ νεωτέροις* legendum. Monet Auctor *ναῦλον* aeque in usu fuisse ut *ἐνοίκιον*, non tantum apud antiquos, verum etiam apud recentiores. *Cl. Salmas. ὃ* sequens delet. Kuehn.

ὃ οὐ παρὰ τοῖς π.] *Labb. ὃ οὐ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ἀλλὰ παρ' ἐνίοις.* Iung.

στεγανόμιον] Vid. *Hesych.* h. v. et *Phavorinum* si *Etymolog.* non est ad manus. Kuehn.

μισθῶσαι] *Salmasius* hic subiicit: *τῶν δὲ ἑξῆς λοιπούντων ἐχέτω ὁ ἐάσας καὶ μὴ γράψας τὸ ἔγκλημα, ἡμεῖς δὲ ἤδη χωροῦμεν ἐπὶ τὰ πρόσω.* quae quid sibi velint hoc loco non video. Videtur haec verba ascripsisse margini, qui voluit docere; reliqua persequatur cui otium est, quique non scripsit dicam alicui, nos iam ad ulteriora progredimur. KUEHN.

Ἡρόδοτος] *Clio. f.* 17. *ἐμισθοῦτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλήν. cortem conduxit ab eo qui eam vendere nolebat.* prius ed. *ἐμισθοῦντο*, et *ἐνδιδ. Leop.* em. 7. cap. 7. SEB.

ἐκδιδόναι] *Phav.* retinet lectionem *ἐνδιδόναι* et *ἐνδιδόντος. male* Gl. *Cyrilli ἐκδίδωμι ἐπὶ μισθῷ conloco, loco.* vid. et *Philox.* Gl. in *loco*, *ἐκδόσιμον, locatitium* occurrit in iisdem Glossis. KUEHN.

ἐκδιδόναι] *ἐκδιδόναι* et *ἐμισθοῦτο*, ut bene noster *Sebérus* edidit ex *Clione Herodoti* cap. 68. de *Liche* Spartiata, ita quoque *H. Steph.* in codice suo reposuit, indicato locum *Herodoti* esse lib. 1. p. 17. suae scilicet editionis. Et ita *P. Leopardus* etiam l. 7. *emend.* c. 7. ubi tamen videtur, alio *Pollucis* codice usus, quum quidem vulgatum *ἐκδιδόναι* agnoscat, pro quo tamen ante editi *ἐνδιδόναι* habuere: quumque pro *ἐνδιδόντος* se reponere dicat *ἐκδιδόντος*, quo pacto tamen iidem editi iam habebant. IUNG.

ἐκδιδόναι] Pro priori *ἐνδιδόναι* etiam *ἐκδιδόναι* reposuit FALCK.

76.

περὶ μερῶν] Tmematis secundi titulum et verba ita *Labb. περὶ μερῶν οἴκου. Περὶ δ' οἰκιῶν πλαγίαν θύραν ὡς οἱ πολλοί· εἶτα οὐδὸς καὶ θερὸς μὲν ὁ στροφεὺς* etc. IUNG.

καὶ θυρῶν] Non est in C. A. nec sequentia usque ad *καλεῖ*. deinde ita incipit: *περὶ δ' οἰκιῶν πλαγίαν θύραν, ὡς οἱ πολλοί. εἶτα οὐδὸς καὶ θερὸς* etc. *Cl. Salmas.* l. *οἱ δὲ πολλοὶ* etc. *εἶτα οὐδός.* reliqua desunt, ut, inquit, haec scilicet: *καὶ ἔδος, καὶ τὰ περὶ τὰς θύρας μέρη.* KUEHN.

αὔλειος θ.] Dicitur et simpliciter *ἡ αὔλειος Herodian* l. 2. c. 5. *ἢ ἐπὶ τῇ αὐλείῳ ἢ ἐπὶ ταῖς λοιπαῖς εἰσόδοις·* at eiusdem libri c. 1. *ἐκκομισθὲν τῆς αὐλείου θύρας.* ianua haec vestibularis, si viam publicam spectes, prima est domum ingressuris, at exeuntibus inde, ultima occurrit. vid. *Harpocrat.* in *αὔλειος.* in *Hesychio* bis occurrit *αὐλεία*, primum suo loco, deinde alieno. quod in isto Lexico non rarum. *αὐλεία*, inquit, *θύρα. πυλών.* KUEHN.

κηπαία θ.] *τῇ κηπαίᾳ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπεχωρήσαμεν, postico ut aiunt nos subduximus. Galenus* l. 2. de *natur. facult. Hermippus* apud *Athenaeum* l. xi. c. 13. *τὴν δὲ τάλαιναν πλάστιγγ' ἂν ἴδοις παρὰ τὸν στροφέα τῆς κηπαίας ἐν τοῖσιν κορήμασιν οὖσαν. miseram vero lancem videas prope cardinem hortensis ianuae inter purgamenta iacentem. Laërt.* in *vita Zenonis οὐ λανθάνεις, ὦ Ζήνων, ταῖς κηπαίαις παρεισρέων θύραις, non me latet, ô Zeno, te per horti ianuam,* id est *clam, obrepere* etc. Eadem ianua dicitur *παράθυρον, ψευδόθυρον,* quod ultimum Latinis Auctoribus non infrequens. vid. *Iunii Adagia Cent.* 4. *Prov.* 52. *τῇ αὐλείῳ ἀποκλείειν, τῇ δὲ παραθύρῳ εἰσάγειν.* in *Gloss.* etiam *πλαγία θύρα* redditur *posticum, Eunap.* in *vita Maximi: αἵτε γυναῖκες παρὰ τὴν γυναῖκα τῇ πλαγίᾳ θύρᾳ παρεισεχέοντο.* ubi *Iunius* reddit, *per ostium diversum.* non satis bene. Kuehn.

ἀμφίθυρος] *Ianua, quae ex adverso aliam sibi habet oppositam,* quae *ἀντίθυρος* dicitur. vel *ἀμφίθυρος* est ianua *ἀμφὶ τὴν αὐλειον.* ita enim et *Homerus ὀρσοθύρην* collocat *Odyss.* 22. vid. *Hesych.* in *ὀρσοθύρη.* Kuehn.

Ὄμηρος] *Odys. χ.* 132, 333. Seb.

Ὄμηρος] *Homeri* versus ex *Odyss. χ.* sunt:

ὀρσοθύρη δέ τις ἔσκεν ἐϋδμήτῳ ἐνὶ τοίχῳ,
ἀκρότατον δὲ παρ' οὐδὸν ἐϋσταθέος μεγάροιο
ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην· σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι.

Et mox:

ὦ φίλοι, οὐκ ἂν δή τις ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίη,
καὶ εἴποι λαοῖσι, βοὴ δ' ὥκιστα γένοιτο.

Loca indicavit et *Seberus* noster. Iung.

ὀρσοθύρην] Ianua est, per quam ad superiorem domus partem ascenditur. Gualth. vid. *br. Schol. Odyss. χ,* 126. Seberus.

ἔδος, καὶ etc.] Potius ita distinguo. *ἔδος· καὶ τ. π. τ. θ. μέρη, θαιρὸς* etc. Iung.

θαιρὸς] Sic a *Polluce cardinem* dici adnotat *H. Iunius* nomenclatore suo: ubi etiam inter synonyma, quae ad vocem *cardo* congerit et *Homericum ὀρσοθύρη,* et quidem hinc. quod tamen *Pollux* inter partes ianuae mehercle non recenset, sed inter ianuarum species: et qualis ea fuerit latius *Eustathius* ad *Odyss. χ.* Apud *Agathiam* lib. 1. *θαιρονὺς τῶν οὐδῶν* interpretantur Viri Docti *Cardines liminares.* Locus est: *σταθμοὶ, καὶ γεῖσον* (quod in versione omissum. et fuerit scilicet proiectura quaedam portam illam tegens) *καὶ ὑπερθύριον, καὶ οἱ θαιροὶ τῶν οὐδῶν ἐνηρμοσμένοι.* Iung.

σταθμοὶ] C. A. τὰ ἑκατέρωθεν κατὰ πλευρὰν τῶν θυρῶν. *Hesych.* σταθμοί, ἐπαύλεις, ὅπου ἵστανται ἵπποι καὶ βόες, καὶ στρατιωτικὴ κατάλυσις, καὶ ἡ θυρῶν παράστασις, καὶ τὰ ἑκατέρωθεν τῶν θυρῶν ξύλα, ἃ νῦν πήγματα καλοῦμεν. ubi legerem καὶ αἱ θυρῶν παραστάδες. vel παραστάς. hoc sensu: σταθμοὶ *sunt equilia et bovilia, et mansio militaris, et antes ianuarum, et ligna, quae utrinque ad ianuam, quae nunc* πήγματα, *pagmenta vocant.* Ultima verba accipio pro ἐπεξηγήσει priorum, quid sc. sint θυρῶν παραστάδες, nempe ligna ex utraque parte ianuae consistentia. Patet enim ex *Polluce* quod haec unum idemque sint. Ex hoc *Hesychii* loco, quo *antes*, πήγματα dici notat suo tempore, *Philander* in *Vitruvium* dicit, παραστάδες esse *antepagmenta*; sed *Hesychius* non ait προπήγματα, sed simpliciter πήγματα. nisi simplex hic militet pro composito. Kuehn.

σταθμοὶ] Haec *Bisetus* in suis Graecis scholiis adnotat ad *Aristoph. Acharn.* ubi — λαΐνων σταθμῶν· qui itaque non saltem ξύλινοι. Iung.

ξύλα] *Labb.* omittit ξύλα. Iung.

παραστάδας] P. R. παστάδες. Recte editum. *Eustath.* μέρος θυρῶν ἐν Ὀδυσσείᾳ (δ. 838. et alibi) οἱ σταθμοί, οὓς παραστάδας ὁ Τραγικός φησιν. Quid autem παστάδες, vid. apud *Hesych.* ubi παστάδαι, perperam. Seb.

παραστάδας] *Guil. Philand. Castalionis* ad *Vitruv.* lib. 4. c. 6. *antepagmenta* sunt lapides utrumque ostii latus munientes, qui et *antae* dicuntur, παραστάδες a Graecis, sive σταθμοὶ nominantur. Seb.

σανίδας] Cum epitheto, εὖ ἁρμοσμένας, *tabulas bene compactas.* Kuehn.

σανίδας] Puto in antea modo allatis ex *Odyssea* versibus. Iung.

καὶ ὑπερθύριον] Non agnoscit ista C. A. nec *Codex Salmasii. Hesych.* tamen ὑπερθύριος (mallem ὑπερθύριον ab ὑπέρθυρον) ὁ ἐπάνω τῶν θυρῶν τόπος, *Vitruvio*, ὑπερθυρίς. Describunt autem Architecti hyperthyron, quod sit *pars supra supercilium sub corona*, vicem quodammodo *Zophori gerens.* contrarium est, ὑπόθυρον. Kuehn.

καὶ ὑπερθύριον] *Labb.* omittit καὶ ὑπερθύριον. Iung.

προὔχον τοῦ ὑ.] *Labb.* habet πρ. τῶν ὑπερθύρων ἢ ὑπ. Iungerm.

ὑπερθύρου] C. A. ὑπερθύρων ἢ ὑπερθύρου. Kuehn.

γεῖσσον] *Hesych.* recte interpretatur, τὸ ἐν ταῖς οἰκίαις ἢ τειχῶν ἐξέχον κυμάτιον. *Cymatium quod in aedibus aut te-*

ctis prominet vel procurrit. vid. *Onomasticum Vitruvio* subiunctum et *Grapald.* l. 1. c. 1. KUEHN.

77.

αἱ ἀσφάλειαι] Hic titulus specialis non est in C. A. KUEHN.

αἱ ἀσφάλειαι] Titulum tm. III. ut et IV. omittit *Labb.* IUNGERM.

κλεῖθρα] *Salmas.* addit post *κλεῖθρα*, *γεῖσσα* ex Veteri Codice. KUEHN.

βαλανάγραι] Claves, quasi *βάλανον* capientes. Est autem *βάλανος* ferrum, quo ceu obice sera clauditur. GUALTH.

ὀχεῖς] *Hesych. ὀχῆες οἱ συνέχοντες τὴν θυραοζώνην κρίκοι. καὶ οἱ μοχλοὶ ἀπὸ τοῦ συνέχειν.* locus mendosus, quem ita restituerem. *ὀχῆα συνέχοντα τὴν θύραν μοχλόν. ὀχῆες οἱ συνέχοντες τὴν θύραν μοχλοὶ ἢ ζώνην κρίκοι, καὶ οἱ μοχλοὶ ἀπὸ τοῦ συνέχειν, ὀχῆες. Pessulum ianuam cohibentem ὀχῆα* dicimus. *ὀχῆες pessuli, ianuam cohibentes aut circuli Zonam, et pessuli dicuntur* (*ὀχῆες*) *a cohibendo.* Innuit *Hesychius* dici *ὀχῆες* non tantum seram ianuae, sed et cinguli annulum, apud *Homerum* scilicet, qui *ὀχέα ζωστῆρος*, et Etymologiam habet. vid. *Eustath. Iliad.* p. 45. Nec opus erat novo vocabulo *θυραοζώνη*. Idem *Hesych.* notat, Corcyrenses dicere *ὀχεῖς* quod alii *κλεῖθρα* vocant. *Glossae pessulum* modo *κλεῖθρον* reddunt, modo *μοχλόν*. KUEHN.

ὀχεῖς] Pro *ὀχεῖς Labb. ὀχλεῖς*, ut noster MS. infra x, 22. pro vulgato *ὀχεῖς* habet, nec displicet, ut infra dicam. IUNGERM.

κόρακα] *Hesych. κρίκος τῆς θύρας, circulus, annulus ferreus vel marculus, manus exterior, ῥόπτρον* etiam dicitur Graecis, et *ἐπίσπαστρον* x, 22. Gl. *Philox. repagulum κόραξ σιδηροῦς, θύρας κλῆθρον, μήτρα θύρας, μάνδαλον τὸ ῥοῦχλον*, et *ὄγκινος μοχλοῦ*. KUEHN.

κόρακα] De *corone* locum hinc mutuatur *Rhodiginus* 8. *antiq. lect.* 13. Et *περὶ κόρακος* etiam quid *Brodaeus* ad lib. II. *Epigr.* gr. c. XIII. Nominatur vero saepius apud *Homerum*, ut ex *Indice Homerico Seberi* nostri cognoscere potes: exempli gratia locum, qui primus se mihi offert, adscribo, extrema *ὀδυσσ. α.*

θύρην δ' ἐπέρυσε κορώνη
ἀργυρέῃ· ἐπὶ δὲ κληῖδ' ἐτάνυσσεν ἱμάντι.

petit noster et infra VII, 111. IUNG.

εἰσόδων etc.] Hic titulus non est in C. A. KUEHN.

πυλώριον] MSS. *πυλουρεῖον*. SEB.

πυλώριον] C. A. *πυλωρεῖον*, *cella ianitoris Vitruv.* l. 6. c. 10. *Atriis*, inquit, *Graeci, quia non utuntur, neque nostris moribus, sed ab ianua introëuntibus itinera faciunt latitudinibus non spatiosis, et ex una parte equilia, ex altera ostiarii cella, statimque ianuae interiores finiuntur. Hic autem locus inter duas ianuas, Graece θυρωρεῖον appellatur.* in *Glossis Veterum ianitor et ianitrix πυλουροί. Salmas.* leg. etiam, *πυλωρεῖον*. KUEHN.

πυλώριον] Haec adfert ad *Petronii* illa: *hostiarii cella, πολυμαθέστατος* ille *I. a Wouweren. H. Stephanus* orae hic adscripsit, *θυρωρεῖον, Vitr.* ad *Vitruvium* scilicet nos remittens. *Labb.* MS. ita: *τὸ δὲ τοῦ πυλωροῦ οἴκημα, πυληρεῖον*, scribere credo volens, ut *Seberi* MSS. *πυλουρεῖον*. IUNG.

deinde est domus] *πρόδομος*, anterior domus pars seu vestibulum. SEB.

καὶ προαύλιον] MSS. *ἢ προαύλ*. SEB.

καὶ προαύλιον] C. A. *πρόδομος ἢ προαύλιον. αἴθουσαν αὐλῆς Homer. Iliad.* 9. ubi *Interpr.* hoc ordine recenset partes illas: *θάλαμος ὁ ἔσω σηκὸς τῆς αὐλῆς. τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ, πρόδομος, αἴθουσα δὲ, περίστυλον, τοῦτ' ἔστι, πρὸς ἥλιον τετραμμένη στοὰ, παρὰ τὸ αἴθεσθαι, ὅ ἔστι φλέγεσθαι.* secundum hanc explicationem post *ἔνδον* in *Pollucе* nostro distinctio maior ponenda erit. et *ἣν αἴθουσαν Ὅμηρος καλεῖ, εἴποις ἂν τὸν περίστυλον τόπον καὶ περικίονα.* Nam nec C. A. titulum integrum, *τὰ ἔνδον τοῦ πυλῶνος* etc. agnoscit, nec *Homerus* ullibi *αὐλὴν* vocat *αἴθουσαν*. vid. *Phavor.* in *αἴθουσα. Salm. εἶτα προαύλιον ἢ αὐλή*. KUEHN.

αἴθουσαν] Et hoc apud *Homerum* saepius. Unum locum saltem afferre et hic placet ex *Ἰλ. ι.*

οὐδέ ποτ' ἔσβη
πῦρ ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς,
ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ, πρόσθεν θαλάμοιο θυράων. IUNG.

78.

τὰ ἔνδον τοῦ etc.] Titulus sectionis V. deest in *Labb.* IUNGERM.

περικίονα] Vide si lubet *Iunii Nomenclat.* in *Peristylium.* IUNG.

καὶ κίων] In C. A. *καὶ* non est in textu, sed superscriptum est. KUEHN.

περίστοον] A. et P. R. *περίστωον*. SEB.

περίστοον] C. A. *περίστωον. στοὰν δὲ τὸ μέρος αὐτοῦ* sc. *εἴποις ἂν* parenthesi inclusis verbis hisce: *καὶ γὰρ στύλος κίων ὀνομάζεται. Cl. Salmas.* ita legit: *εἴποις δ' ἂν τὸν περίστυλον τότε περικίονα.* ex V. C. dein servat *περίστωον*, et *καλεῖ*, quod mox sequitur, delet. KUEHN.

περίστοον] Emendare debes omnino iuxta *Seberi* MS. *Aug.* et *Pal. recent. περίστῳον*, quemadmodum et *Salmasium* nostrum emendasse iam dico: quamvis apud *Hesych.* etiam inveniam, *περιστόων, περιστύλων· περίστοον, περίστυλον.* IUNG.

καλεῖ] Quis? MSS. omittunt. itaque *στοὰν* referre liceret ad *εἴποις*. SEB.

καλεῖ] *H. Stephanus* in suo codice emendat, *κάλει*. MSS. *Seberi* id non agnoscunt plane, ut et *Labb.* Non incommode itaque cum *Sebero* meo referas *στοὰν* ad *εἴποις* antecedens. IUNG.

στοὰ γὰρ] *Labb. στοιὰ γὰρ* etc. IUNG.

ἐπὶ τὰ ἐναντία] *In contrariam vertit usus significationem* dum *στοὰ* non latus, sed integram porticum notat. KUEHNIUS.

τέτριπται] Emendandum putabam *τέτραπται*, et incipiebam argutari etiam porro, an pro *τὰ ἐναντία, ταμεῖα* posset legi. Et *ταμεῖα* enim quoque *στοαὶ* significabant, ut *Hesychius* et *Schol. Aristoph.* ad *Ecclesiaz.* initio fere docent. Verum huius argutationis desino libens, quae ex mea imperitia proficiscebatur: nec locum habeat cum locatione verborum uti vulgantur, de quo me admonuit amiciss. *Salmasius* noster, cuius aurea pro nostris aereolis accipies libens, ut ea ad me perscripsit. *Primum scilicet pro περίστοον legendum περίστῳον. ita enim postulat analogia. Grammatici inter περιστῶον et περίστῳον aliquid discriminis statuunt, et utramque vocem ἀπὸ τῆς στοᾶς vel στοιᾶς deducunt. Sed illud discrimen nondum potui deprehendere quale esset. Ταμεῖα* vero locum non habere, ut dixi, ista locatione verborum ait, nec *Pollucem* infra mentionem facere verbi *στοὰ* hac significatione, ubi *περὶ τῶν ταμείων* tractat. *Ἐπὶ τὰ ἐναντία* itaque veram putat lectionem, quamvis non ita facile se ex ea expedire. *τὰ ἐναντία*, ait Doctiss. iuvenum, *solet subiicere hic Grammaticus plerarumque rerum et verborum, id est quae contrarium significatum continent illis quae praemisit. Et ἐπὶ τὰ ἐναντία aut ἐπὶ τὸ ἐναντίον vocem aliquam accipi dicunt veteres critici, quae contrarium significat, aut quae*

in contrarium usurpatur. Post quae sensum verborum *Pollucis* ita condit: στοὰν *ait esse τὸ μέρος περιστῴου. quod verum est. Suidas περίστῳον, περίστυλον στοὰς ἔχον. multae igitur στοαὶ in peristoo, ut multi styli in peristylo, κίονες in pericione. Sequitur:* στοὰ γὰρ τὸ πλευρὸν καλεῖται. *et hoc scimus ex aliis Grammaticis, qui* στοὰν τὸ προκλιτὸν *significare dicunt. Cum haec ita sint,* ἡ χρῆσις *tamen* στοὰν *usurpat ἀντὶ τοῦ περιστῴου· unde nobilissima illa porticus Athenis, a qua nobilissimi Philosophi denominati* στωϊκοί. *Indubitata haec sunt, neque aliud velle Pollucem, certo certius est, cum* στοὰ *sit pars τοῦ περιστῴου, pro toto tamen peristoo usurpari coeptum est, communi loquendi usu. Hoc est quod dicit* ἡ χρῆσις ἐπὶ τὰ ἐναντία τέτριπται. *quod non mutandum censeo in* τέτραπται. *est enim a* τρίβομαι *in eo sensu* ἡ χρῆσις τέτριπται, *quo Latinis teritur et tritum est.* Haec ille. Sane sic et *Pollux* infra III, 29. τετριμμένον ὄνομα, tritum vocat. et IX, 63. ἐν τῇ χρήσει τέτριπται. et ego putabam ταμεῖα, quod suspicabar, male cum τέτριπται collocari: et ea saltem causa de τέτραπται coniectabar. Ceterum nostri *Salmasii* de περιστῴῳ emendationem etiam firmant MSS. *Seberi*, ut antea dixi: quod tum ignorabam, nec viderat ille quoque amici nostri notas. Iung.

κοιτών] Communiter, Attice dicitur, δωμάτιον ab iis, qui elegantiam amant. *Homero* thalamus appellatur καταχρηστικῶς κοιτών. ὁ γὰρ κοιτὼν πολλῶν κοιτῶν ὀφείλει εἶναι περιεκτικός, ita *Phavorin.* in νεοττιά. Kuehn.

κοιτών] ἀδόκιμον quoque ait *Phrynichus*, ubi vide *Nunnesium* in κοιτών, qui ait ad locum *Aristophanis*, quem *Pollux* profert, *diceret fortasse Phrynichus, singulariter illud dictum esse, ideoque non magnopere de eo laborandum* in *Labb.* ista: εἰ γὰρ καὶ *M.* usque ad λέγεται desunt. Iung.

79.

Ἀριστοφάνης] *Salmantic. cod.* quo *Schottus* usus, auctius: Ἀριστοφάνης ὁ κωμοδιδάσκαλος habet. Iung.

μία ἀρέσκει] μι' ἀρκ. Seb.

ἀνδρῶν] Et ἀνδρωνῖτις, *ubi viri degunt:* ἐξέδρα vero, *ubi considunt* ad colloquendum. de Exedra *Valesius* in *Euseb.* p. 232. *Gl.* ἔξεδρα, *triclinus, ala:* ubi triclinus adiective sumitur, ut τρίκλινος. Kuehn.

ἀνδρῶν] De *Androne Rad. Fornerius* l. 1. rer. quotid. c. 18. ubi nostrum laudat. De *exedra* vero v. *Camerarium* avum meum Comm. utr. ling. cap. 824. Iung.

τὸ δὲ συμπόσιον] C. A. τὸ συμπόσιον δὲ καὶ συσσίτιον καλεῖται. Kuehn.

τὸ δὲ συμπόσιον] *Labb.* τὸ συμπόσιον δὲ καὶ συσσ. κ. de sequentibus vide *F. Ursini* append. ad *Ciacconium* de triclinio pag. 101. edit. Comelin. ubi hinc coniicit, locum a magnitudinis ratione, etiamsi nullos haberet stratos lectos, *oecum triclinon, tetraclinon* etc. appellatum esse. *Heliodorus* noster et πολύκλινον dixit lib. 5. *Aethiop.* τῶν πολυκλίνους οἴκους ζητούντων. Iung.

καὶ δεκάκλινος] Desideratur in C. A. Kuehn.

καὶ δεκάκλινος] In *Labb.* deest καὶ δεκάκλ. Iung.

ὁ δὲ γυναικωνίτης] A. ὁ δὲ γυναικωνίτης θάλαμος, ἱστεών. ταλ. P. V. ὁ δὲ γυναικωνίτης, θάλαμος. ἱστέον ὅτι. P. R. ἱστέον ταλας. unde vide quid colligas. *Hesych.* γυναικωνίτης, οἶκος γυναικῶν. *Schol. Homer.* ad v. 515. *Il. β'.* ὑπερῴιον exp. τὸ δίστεγον τὸ καλούμενον γυναικωνίτης. addens: οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ταῖς γυναιξὶν ὑπερῴους τοὺς θαλάμους κατεσκεύαζον, ὑπὲρ τοῦ δυσεντεύκτους αὐτὰς εἶναι. Seb.

Gynaeceum] Retinendum potius Graecum vocabulum γυναικωνίτης. quod *Hesych.* etiam οἶκος γυναικῶν *Br. Schol.* ad illud *Iliad. β'*, 515. ὑπερῴϊον εἰσαναβᾶσα, εἰς τὸ δίστεγον ἐλθοῦσα τὸ καλούμενον γυναικωνίτης. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ταῖς γυναιξὶν ὑπερῴους τοὺς θαλάμους κατεσκεύαζον, ὑπὲρ τοῦ δυσεντεύκτους αὐτὰς εἶναι. Seb.

ὁ δὲ γυναικωνίτης] Ita fuit etiam in textu, sed η in ε mutatum, ut esset γυναικωνῖτις. post θάλαμος addit C. A. ῥητέον, nec habet sequens ἱστῶν, quod *Interpres* reddit, *telarum*, quasi esset a recto ἱστὸς, cum ἱστῶν, vel integre, ἱστεῶν, sit *textrina*, ἱστουργεῖον i. e. locus, ubi sunt ἱστοὶ textorii. ita *Polyaenus* lib. 6. *Stratag.* ἐν τοῖς ἱστῶσι in *textrinis*. conf. infra VII. 28. *Salmas. Codex* θάλαμος ἱστέον. unde leg. ἱστεών. Kuehn.

ὁ δὲ γυναικωνίτης] *Salmantic. Cod.* θάλαμος γυναικωνίτης. *Seberi* MSS. variant. *Aug.* habet, ὁ δὲ γυναικωνίτης θάλαμος, ἱστεών. ταλ. *Pal. vet.* ὁ δὲ γυναικωνίτης, θάλαμος. ἱστέον ὅτι. *Pal. rec.* ἱστέον ταλασ. unde viris doctis non dubito quin locum restituere facile sit, mihi non adeo: nisi quod leviter suspicabar saltem ὁ δὲ γυναικωνίτης, θάλαμος ἱστέον· ταλασιουργικὸς οἶκος etc. ut dicat gynaeconitida, thalamum intelligendum. Sane vulgatum θάλαμος ἱστῶν non placet. Sed viri docti, ut dixi, hoc rectius agent. ταλασιουργικὸς vero, pro vulgato ταλασιουργὸς scripsi, quod ita habeant *Pal. vet.* et *Aug. Seberi.* Iungerm.

80.

ταλασιουργὸς] P. V. et A. ταλασιουργικὸς. Seb.

σιτοποικός] C. A. σιτοποιητικός. Gl. *pistrinum μύλων, ἀρτοκόπιον, pistrilla. χειρομύλων locus, ubi molae manuariae sunt.* Kuehn.

σιτοποικὸς οἶκος] adfert *H. Iunius* Nomencl. in *Pistrinum.* Iungerm.

ἵνα μὴ μυλῶνα] MSS. ὁ δὲ μύλων οὐκ εὔφημον. εἶτα. Seb.

ἵνα μὴ μυλῶνα] Pro ἵνα μὴ etc. *Labb.* ὁ δὲ μύλον οὐκ εὔφημον. Sed scribendum hac ratione μύλων, ut in suis MSS. noster *Seberus* invenit. Iung.

μυλῶνα] l. μύλων. *Phavor.* μύλη μύλων μύλος παρὰ τοῖς ὕστερον, in quo fallitur, si posterioris aetatis τὸ μύλων esse vult. extat enim apud *Thucyd.* l. 6. p. 426. σιτοποιοὺς ἐκ τῶν μυλώνων *pistores e pistrinis.* sed ille tantum ad μύλος respicit, illudque ait esse recentius, Auctor vero nomen illud περιφράζει ὡς οὐκ εὔφημον quasi *mali ominis,* quia pistrinum antiquis poenalis servorum carcer erat. *Interpres* reddit quasi legisset εὐτελές. C. A. ita effert: ὁ δὲ μύλων οὐκ εὔφημον. μύλων *est male ominatum vocabulum. Thomas* in *Eclogis,* μύλη, οὐ μύλος. Kuehn.

ὀπτανεῖον] *Nunnes.* ad *Phrynichum* in voce μαγειρεῖον habet ὀπτάνιον, et sic recte legi in MS. (credo *Phrynichi*) adfirmat, quia sic Attici usi: nec aliter scribi vult ipse *Phrynichus.* Iung.

ἐρεισὸς.] Ita et MSS. dubium peregrinumve an corruptum sit, atque haud scio an ῥίσκος (quae vox vii, 160. et alibi) queat substitui, cum proxime sequatur ἀποθῆκαι. *D. Hoeschel.* cui tamen interim haud displicet coniectura, qua natum id verbum putatur ex ἐρεῖς δὲ καὶ ἀπ. vel etiam εἴποις δ' ἄν. Seb.

ἐρεισὸς] Recte diviseris vocabulum legendo, εἶτα ὀπτανεῖον τὸ μαγειρεῖον ἐρεῖς, ὡς ἀποθῆκαι etc. *deinde ὀπτανεῖον dices culinam,* vel ut *Glossae* habent *cucinam, uti apothecae sunt* ταμεῖα etc. *Hesych.* ὀπτανεῖον, τὸ μαγειρεῖον. *Salm.* etiam ex V. C. l. τὸ μ. ἐρεῖς. Kuehn.

ἐρεισὸς] Quid ἐρεισὸς fuerit non facile invenies qui tibi dicat. Mihi quidem ἐρεισμὸς in mentem venit, sed non legi illud pro loco, ubi quid reponatur vel adservetur. Audias itaque et hic meum *Salmasium* τὸν πάνυ. *Quid sit* ἐρεισὸς, *frustra quaeras: fuit cum divinarem* ῥίσκος, *cuius meminit l.* vii. *et inter* ἀποθήκας *vestimentorum recenset. nunc traie-*

ctione syllabarum peccatum esse arbitror et legendum σειρὸς vel σειροί. alii σιροὶ scribunt, alii σειροί. etiam IX, 49. *σειροὶ exaratum reperias.* Post quae cognovi ex *Seberi* Notis *Hoeschelium* nostrum putare legendum *ἐρεῖς δὲ καὶ ἀποθ.* quod valde arridet iam, praesertim si ita distinguentes scribamus: *εἶτα ὀπτανεῖον, τὸ μαγειρεῖον ἐρεῖς· καὶ ἀποθήκας* etc. Iung.

ἐρεισὸς] Hanc vocem ut depravatam etiam notat *Falckenb.* nec tamen aliam in eius locum reponit.

θησαυροὶ] C. A. *θησαυρὸς. Hesych. θησαυρὸς εἰς ἀγαλμάτων καὶ χρημάτων ἢ ἱερῶν* (l. *χ. ἱερῶν*) *ἀπόθεσιν οἶκος. domus ad asservanda simulacra et pecuniam templorum vel pecuniam sacram.* haec de sacrorum thesauro accipienda. *favissas* vocarunt antiqui. Hic vero agitur de quovis patrumfamilias *conditorio*, vel *cella promaconda*, ideoque *Interpres* non recte hic inculcat, *carceres. Glossae* enim *φυλακτήριον* melius reddunt *promptuarium* vel *amuletum*, quae ultima significatio huius loci non est. Kuehn.

στεγανὰ] P. V. et A. *στεγνά.* quomodo sexies nec magnis intervallis habetur in oecon. *Xenoph.* f. 837. et seq. *de venat.* autem f. 980. *τρίχα στεγανὴν* dicit pilos ad tegendum aptos. Ubi vero extent, quae hic *Pollux* citat verba, nondum succurrit. Et nescio an pro *μεγαλοστέγει* legendum *μεγάλῳ στέγει*, aut *μεγάλη στέγῃ*, cum *στέγης* ante facta mentio. Seb.

στεγανὰ] Pro *στέγην* V. C. *Salmas. στὴγη.* Kuehn.

στεγανὰ] Videtur hic et paulo post pro *στεγανὰ, στεγνὰ* scribendum, ut saepius, quod et *Seberus* noster observavit, in *Oeconomico Xenophontis* scriptum occurrit. Quae sequuntur e *Xenophonte*, in iis et ego valde haesi. nec mirum, quum et viri doctiss. quibus non magis in promptu locus *Xenophontis* quam mihi. Itaque fere ut ego, quoniam *στέγην* in praecedentibus dicit *Pollux Xenophontem* nominasse, suspicabantur scribendum *μεγάλῳ στέγει.* Sed hoc pacto *στέγος* in prioribus pro *στέγην* dixisset potius. malebant itaque *μεγάλη στέγῃ. ὁ θεῖος Salmasius* locum hunc ita emendat et illustrat ad me: *Locus ille, Ξενοφῶν δὲ* etc. *insignis est, sed non leviter corruptus. Subibat legendum: ἐν δεκαχλίνῳ στέγη. Sed quid faciemus illi μεγάλος, quod pertinaciter adhaeret? Procul dubio legi debet: ὅσα δ' οὐδ' ἐν δεκαχλίνῳ μεγαλοστέγῃ. Heu quod genus portenti! dices. Pax, et mecum verum esse fatebere. μεγαλοστέγῃ composita vox, nec tamen composita, est enim μέγαλη στέγη. Sed huius compositionis exempla multa*

observavimus. Sic Pindarus μεγαλόπολιν Ἀθήνας vocavit, pro μεγάλην πόλιν, et quod magis mirum Anacreon καλλιγύναικες dixit pro καλαὶ γυναῖκες. Locus est in Symposiacis hemiambiis. *Ἀχαΐης γὰρ ἐστὶν, ὅπου καλλιγύναικες.* Ita scriptum reperimus in vetustissimis schedis, quod et vetus Criticus observavit, *καλλιγύναικες* pro *καλαὶ γυναῖκες. Sic apud Poëtam εἰνάννυχες δέ μοι ἀμφ' αὐτῷ — pro ἐννέα νύκτες. Si mihi per otium liceret Schedia mea evolvere, plura tibi subministrarem exempla, tum ex Poëtis sumpta, tum ex πεζολόγοις. Sic igitur μεγαλοστέγην elegantissime Attica illa Musa extulit. στέγην τὴν οἰκίαν significare vox composita satis ostendit στεγάνομος, et notissimus ille versiculus de Pindaro apud Dionem: Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὰν στέγαν μὴ καίετε. nec obstat quod non longe utitur genitivo στέγους. nam ibi aliter accipiendum. vides igitur et Pollucem legisse et notasse στέγην in hoc Xenophontis loco, neque aliter legendum esse, ex Polluce constare. Nam etsi Xenophon compositionis forma usus sit, id ita accepit Grammaticus, ac si simplicem vocem posuisset, neque aliter debuit. nam author ille elegantissimus ne diceret ἐν δεκακλίνῳ μεγάλῃ στέγῃ, vel δεκακλίνῳ καὶ μεγάλῃ στέγῃ, suavissime iunxit ἐν δεκακλίνῳ μεγαλοστέγῃ.* Haec illud Musarum *πλάσμα*, et *Minervae* pullus germanus. Sed lubet exclamare *εὕρηκα, εὕρηκα.* Tandem enim incidi in ipsum locum *Xenophontis,* qui profecto hic est. In *Oeconomico*, ubi *Ischomachus* narrat quam e leganti et apto ordine in navi Punica omne instrumentum, quod plurimum et varium erat, viderit collocatum: *καὶ ὅσα λέγω,* ait, *πάντα οὐκ ἐν πολλῷ τινι μείζονι χώρᾳ ἔκειτο, ἢ ἐν δεκακλίνῳ στέγῃ συμμέτρῳ.* Unde nobis iam facile patet vel ex particula *ὅσα,* vulgo hunc locum mutilum esse: abest autem illud *μεγαλο* plane ut vides: nec videtur necessarium, unde unde ortum: quamvis *Salmasii* nostri sententia, propter reconditam eruditionem qua plena est, tibi celanda non fuerit. Alter vero locus non videtur mutilus, quum plus adferre *Polluci* opus non fuit. Est enim hic ut puto in eodem *Oeconomico,* vel ultimo *ἀπομνημον.* non longe a priori: *τὰ δὲ ξηρὰ τῶν στεγνῶν, τὸν σῖτον· τὰ δὲ ψυχεινὰ, τὸν οἶνον· τὰ δὲ φανὰ, ὅσα φάους δεόμενα ἔργα τε καὶ σκεύη ἐστί. καὶ διαιτητήρια δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐπεδείκνυον αὐτῇ κεκαλλωπισμένα τοῦ μὲν θέρους ἔχειν ψυχεινὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ἀλεεινά.* Iung. Istud *μεγάλῳ* non habet Xenophon. Nimirum est glossa ad vocem *δεκακλίνῳ* apposita. Nisi pro *μεγάλῳ* legendum *συμμέτρῳ* cum Xenophonte. Vide Xenoph. Oecon. VIII, 13. Toup.

ὅσα δ' οὐδ' etc.] Hic locus *Xenoph.* ita se habet in eius *Oeconom. καὶ ὅσα λέγω, ἔφη, πάντα, οὐκ ἐν πολλῷ τινι μείζονι χώρᾳ ἔκειτο, ἢ ἐν δεκακλίνῳ στέγῃ συμμέτρῳ.* Si hic ille locus est, patet, quod *ἀπὸ μνήμης* laudatus sit, quodque hoc loco legendum sit, *οὐ μεγάλῳ στέγει.* Alter locus sequitur in eodem libro his verbis: *τὰ δὲ ξηρὰ τῶν στεγνῶν* vel ut *Pollux* legit *στεγανῶν, τὸν σῖτον· τὰ δὲ ψυχεινὰ, τὸν οἶνον.* et iterum, *διαιτητήρια* etc. *τοῦ μὲν θέρους ἔχειν ψυχεινά, τοῦ δὲ χειμῶνος ἀλεεινά.* Hinc patet tria illa, *στεγανὰ, ψυχεινὰ, ἀλεεινὰ* retinenda esse in *Versione*, subiecta tantum interpretatione, nimirum, *tecta, frigida. Interpr.* ab *ἀλεείνω, evito*, derivavit *ἀλεεινὰ*, cum potius sit hoc loco, *calida, aestiva* ab *ἀλέα calor*, unde *ἀλεαίνω, calefacio.* Kuehn.

ψυχεινὰ] *Xenophon de venat. τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνός ἐστιν ἀλεεινὰ, τοῦ δὲ θέρους ψυχεινά.* Seb.

τὸ δ' ὑπὲρ τὴν κ.] In C. A. hic ordo est in sequentibus: *στέγη καὶ κατάστεγον ὄροφος, ὀροφή· ἐξ οὗ τὸ ὑπερωρόφιον καὶ ὁμωρόφιον.* in margine vero rubrica est: *διώροφος οἶκος ὁ δίπατος. τριώροφος ὁ τρίπατος.* ubi pro *ὑπερωρόφιος* legerem, *ὑπωρόφιος, qui est sub uno tecto nobiscum, Hesych.* quod margini ascriptum est recentioris Graeciae est. uti apparet ex *τρίπατος, δίπατος. πάτος* enim ibi signat *contignationem.* Eandem cum C. A. lectionem affert *Salmas.* ex V. C. Kuehn.

κεφαλὴν] *Labb. κεφαλὴν, κατάστεγον* (et ad oram: *διώροφος οἶκος ὁ δίπατος· τριώροφος, ὁ τρίπατος*) *ὄροφος καὶ ὀροφή. ἐξ ὧν* etc. Ubi quoque, sicut et in suis plane abesse testatur *Seberus*, non est *ὄρος*, et videtur ea vox hic vel mendosa vel omittenda. In *Salmantic.* si recte capio, *καὶ ἄστεγον* vacare annotavit *Schottus.* Iung.

ὄρος] Legit *ὄροφος* Falck.

στέγη] P. R. *στέγος. ὄρος* autem plane abest a MSS. Seberus.

ὑπορόφιον] Scr. *ὑπωρόφιον.* A. *καὶ ὀροφή*, quod paulo ante P. R. *κατάστ. διώροφος* (alias *διόρ.*) *οἶκος. δίπατος. τριόροφος. τρίπατος. ὄροφος καὶ ὀρυφή.* Seb.

ὑπορόφιον] Lege *ὑπορόφιός τις* ait *Schottus*, et vacare *ἐξ ὧν τὸ ὑπερωρόφιον*, et lege *καὶ ὁμορόφιος.* Haec ille in suis excerptis. Ego vero et malo cum *Sebero* scrib. *ὑπωρόφιον.* ut cetera. Iung.

81.

τὰ δὲ μεταξὺ] An potius scripsit, *τὸ δὲ μετ.* Iung.

τέγος] C. A. *στέγος Hesych. τέγος, στέγη, δῶμα, ὑπερῷον. Salm. τέγους.* Kuehn.

τέγος] Quid *τέγος*, et *προτεγίσματα* (quod *H. Iunius Nomencl.* in *Subgrunda* laudat) hinc etiam explicat *Anutius Foesius* in *Oecon. Hippocr.* voce *Αἴτωμα*, sed verbis interpretis, qui tamen nescio quam *tegetem* pro tecto nobis texit. Iungerm.

ἀπερῤῥύκειν] C. A. *ἀπερύκειν, arcere.* Videtur olim fuisse scriptum, *ἀπερῤῥύειν. Salmasius* etiam *ἀπερύειν*, quod convenit cum *ἀπερύκειν.* Kuehn.

ἀπερῤῥύκειν] Pro *ἀπερῤῥύκειν* omnino legendum *ἀπερύκειν*, et *H. Steph.* alterum ρ delendum indicarat in suo codice. *Labb.* tamen *ἀπερύην* habet, pro *ἀπερύειν* credo, ut MSS. saepe *η* pro *ει* vitiose habent. Iung.

τὰ δ' αὐτὰ καὶ διήρη] Haec in *Labb.* desunt. Quod autem ad ista *διήρη* attinet, de iis Viri docti nil adferunt, nisi quod *Budaeus*, aiunt, ex quodam *Grammatico: διῆρες, Ἀττικῶς τὸ ὑπερῷον· τὸ δὲ κατώγαιον, ξυνοικία λέγεται.* Sed et hic apud *Pollucem* illustris locus est: et infra IV, 129. *ἡ δὲ διστεγία, ποτὲ μὲν ἐν οἴκῳ βασιλείῳ, διῆρες δωμάτιον.* etc. Sic *Hesychius* etiam: *διῆρες, ὑπερῷον ἢ κλίμαξ.* Et *Etymologus: διήρης, ὁ ὑπερῷος οἶκος. Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις, — μελάθρων ἐς διῆρες ἔσχατον. ἀπὸ τοῦ δὶς, διήρης· ἵν' ᾖ ὁ διστεγής· Ἀπολλώνιος δὲ καὶ τὰς ναῦς τὰς ἐχούσας δύο ἢ καὶ τρεῖς στέγας, διήρεις καὶ τριήρεις λέγει. ἢ ἀπὸ τοῦ δύο διήρεις, ὥσπερ παρὰ τὸ μόνος μονήρης· καταχρηστικῶς δὲ λέγεται οὐ μόνον τὸ διστεγὲς, ἀλλὰ καὶ τὸ ὁπόσων ἂν ᾖ στεγῶν. ὥσπερ καὶ διέδρων, ἐπὶ πλειόνων λέγεται. Euripidis* versus non est longe ab istius tragoediae initio, in quem et *Scholia* vetera adscribo: *διῆρες ἔσχατον*] *διῆρες τὸ δίστεγον ὑπερῷον· ὡς μόνον, μονῆρες. δύο διῆρες· ἀπὸ τοῦ δὶς καὶ δύο οὔσης τῆς ὀροφῆς· καταχρηστικώτερον δὲ κἂν ὤροφον* (nescio an forte *μονόροφον* rectius) *ᾖ κἂν πολύστεγον οὕτως λέγεται· οἱ δὲ, διῆρες· καὶ διηρὸν, καὶ ὕπαιθρον. Plutarch.* lib. *πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ*, non longe ab initio de Sextio Romano narrat, eum reliquisse in urbe honores et dignitates propter amorem philosophiae, quumque inter philosophandum animo primum non bene composito esse posset, sed aegre ipsi esset, *ὀλίγου δεῆσαι καταβαλεῖν ἑαυτὸν ἔκ τινος διήρους.* Interpres, *de biremi quadam in mari:* ego omnino de superiore coenaculo accipio, unde praecipitare ex aedibus cogitabat. dixi *coenaculo*, et afferam adhuc elegantem locum in hanc

rem, nempe *διῆρες* idem esse cum *ὑπερῴῳ*, vel *ἀναγαίῳ*, e *Platone* nimirum *Comico*. *Scholiastes* enim *Aristophanis* ad *Ranas* ad ista in certamine poëtico tragicorum *Aeschyli* et *Euripidis*: *μάκτραν, εἰ δὲ βούλει κάρδοπον*, ait se iam dixisse, *ὅτι τοῦτο ἀρχαιότερόν ἐστι, τὸ τὰς μεταλήψεις τῶν λέξεων τῶν ἰσοδυναμουσῶν ἐπιτηδεύειν*. exempli gratia addit: *Πλάτων ποιητὴς, ὁρᾶτε τὸ διῆρες ὑπερῷον*. et ex *Homero* alia, ubi *θάνατον, μόρον* iunguntur, *πολεμίζετε, μάχεσθον* etc. quae huius loci non sunt. Iung.

γεισιποδίσματα] C. A. *γεισσηπόδισμα*, et mox iterum, *γεισσήποδες*. Si a recto *γεῖσα* fuerit, legendum *γεισηποδίσματα*, si a *γεῖσον*, *γεισαποδίσματα*. unde *Hesych. γεισαποδίζειν, τὸ προσβάλλειν τὰ τείχη ἐν τοῖς τοίχοις*. legerem *τὸ προβάλλειν τὰ τέγη ἐν τ. τ. proiecta tecta facere in parietibus. Gl. Philox. proiecta tecta, ἀνατεταμένην ἀάστασιν ἔχουσαν ἐπὶ οἰκίας*. ubi in Graeco *στέγην* subintelligendum. Eodem redit, si dicas, *suggrundia facere. Cl. Salmas. γεισήποδες* ex V. C. Kuehn.

γεισιποδίσματα] *Camer. Comm. utr. ling.* c. 863. et utinam quae ille laudatiss. memoriae avus noster meditari coeperat de domo et eius partibus, ad finem perducta habuissemus. Parili filo contexti Commentarii exstarent, atque illi, quos de corporis partibus confecit: sicuti ex multis schedulis relictis nobis manifestum, cum quibus etiam initium eius operis benevolentia clariss. consobrini nostri nacti sumus, quod forte cum aliis quibusdam *ἀνεκδότοις* illius edere tandem poterimus. *Labb.* habet *γεισσηποδίσματα* et *γεισσήποδας*. Iung.

ἀμείβοντες] Sunt duo ligna, quae ex utroque pariete ascendunt et in summo se sustinent mutuis operis et intermedium tectorum culmen. *cantherios*, ni fallor, appellant. *ἀντήριδες* etiam dixeris, secundum *Hesych.* id est, *ἀντειδοντα ξύλα ἢ λίθινα κατασκευάσματα*. quod tamen de fulcimentis, quibus navium latera muniuntur, intelligi poterit. vid. *Thucyd.* pag. 509. et ibi *Scholia*. Utitur autem voce *ἀμείβοντες Homerus Iliad. ψ.* vers. 712. ubi *Eustathius* quem suo more *Phavor.* exscripsit. Kuehn.

τὸ τοὺς μέσους] *Labb.* omittit *τό*. Et hactenus in *Labb.* cod. vet. inveni collatum. Iung.

ἀνίχειν] *Salmas. ἀντίχειν*. Kuehn.

82.

περὶ νεῶν] P. R. *περὶ νηῶν*. Seb.

καὶ ναυτικῶν ο.] Haec non sunt in C. A. titulus enim est *περὶ νεῶν*. KUEHN.

μυριοφόρος] *Interpr. navis decem millia hominum vehens.* quod est monstrum horrendum, ingens. *μυριοφόρος ναῦς* est, quae capit *μυρία κεράμια ταρίχων* vel aliarum mercium. navis *magnorum onerum* vel *myriadis mercium capax* quae et *μυριάμφορος* dicitur. A navi itaque desumpta est metaphora, quando *Aristoph.* in *Pace* ὄγκος vocat *μυριάμφορον*, id est, *ingens et vastissimum verbum. Dionys. Halicarn.* l. 3. A. R. *οἱ μέχρι τροχιλιοφόρου* l. *τριοχιλιοφόρου* et *onerariae usque ad illas, quae tria millia urceorum vehunt*, si modo aliquid mutandum. *Athenaeus* de navi *Hieronis* l. 5. *σίτου δ' ἐνεβάλλοντο εἰς τὴν ναῦν μυριάδας ἕξ, ταρίχων δὲ Σικελικῶν κεράμια μυρία* etc. *μυριάμφορος Thucydidis* est l. 7. p. 500. KUEHN.

μυριοφόρος] *καὶ μυριαγωγὸς ναῦς*, ait *Cael. Calcagninus* commentatione sua de re nautica ad *Lil. Gyraldum*, id est, *decies mille ferens*, et *decies mille agens navis.* Quae referens *Brodaeus* 9. *miscell.* 21. *Verba cuiusdam*, ait, *Caelium* intelligens, additque. *Hoc vero quid sit non explicat, ego vero id ad amphoras referendum censeo, non ad homines, ut docent plerique; qui enim fieri potest? Latini aliquando non amphoris, sed modiis navium capacitatem metiti sunt. nos Galli Graecam consuetudinem imitamur, atque eorum magnitudinem doliis exprimimus.* Quod ad amphoras attinet, locus est *Ciceronis* in epistola *Lentuli* lib. 12. nec unicus, ut quidam Doctissimus iuvenis putat in suo auctario philologico. Sunt enim et alibi in hanc rem, et apud *Livium* lib. 6. in fine: *Lex a Q. Claudio trib. pl. lata: ne quis senator, quive senatoris pater fuisset, maritimam navem, quae plusquam trecentarum amphorarum esset, haberet, id satis habitum ad fructus ex agris vectandos.* IUNG.

ἑκατόντορος] *Navis centum, quinquaginta, triginta, viginti ordinibus remorum instructa. Plinius decemremem* nominat. deinceps ordines recenset, nisi quod navem *sex ordinum* dixit paulo ante. KUEHN.

εἰκόσορος] *Hesychio φορτηγὸς τελεία, εἰκοσάκωπος* est in voce *ἑπτακοσόροιο*, quod *Homeri* est *Odyss.* 9. *ἐννήρης* navis novem ordinum. *διήρης* dicitur et *δίκωπον, δίκροτον. Libarnides* Romanis, secundum *Appianum de bellis Illyricis. ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα Λιβουρνίδας προσαγορεύουσι.* conf. et *Hesych.* in *διήρης ναῦς. bona plane habet dicrota*, inquit *Cicero* l. 16. *ad Attic. ep.* 4. KUEHN.

διήρης] Et mox infra *διῆρες*. *Laz. Bayfius* non ita longe ab initio sui eruditissimi Libelli de re navali, de biremibus agit, eas *δίκροτα*, dictas ait: negat enim apud probatum auctorem *διῆρες πλοῖον* se legisse, etiamsi apud *Suidam* habeatur. Noster tamen *Pollux* id bis inculcat, non hercle facturus credo, si nauci vel *εὐτελὲς* putasset. habes id et in proxime a me laudatis *Etymologi* verbis, qui *Apollonium* ita vocare testatur. *Hesychius: διήρης ναῦς, ἣν καὶ δίκροτον καλοῦσιν.* Idem *Suidas: διήρης ναῦς ὑπὸ δύο ἐρετῶν ἐλαυνομένη. Gloss. vett. Biremis, δίκωπος, διήρεις.* Idem itaque *Bayfius* sub finem libri loco hoc *Pollucis* motus, amplius reiicere non audet: ubi et *Plutarchi* locum de Sextio paullo ante allatum, adfert, aitque quum non legerit *διήρη* pro *biremi*, potius sibi aliquando visum *τριήρους* ibi emendandum, vel *διήρους* intelligendum pro domo quae esset duorum tabulatorum. quae a Graecis aliquando *δίστεγος* dicitur. Ego emendatione non opus esse puto, sed alteram opinionem de domo potius veram esse: uti iam modo dixi: et *διήρους* pro *ὑπερῳῷ* vel *ἀνωγαίῳ*, quod illud *Hesych.* exponit, capi. Iung.

μακρὰ π.] Longae naves militiae navali, *στρογγύλα* vero *πλοῖα* mercaturae mercibusque vehendis struebantur, ideoque *στρογγύλας* Interpretes fere accipiunt pro onerariis. Kuehn.

ἀκάτια] Non est in C. A. nec *Salmas.* legit in suo Codice. Alias est *πλοῖον ὑπηρετικὸν*, quod maioribus navibus subservit, et in *Gloss.* redditur *Cumba* pro *Cymba.* Kuehn.

κύδαροι] Quod sequitur varia lectio est. *Hesych. κύδαρος, νεὼς εἶδος. Salm.* l. *κύθεροι. λέμβος* Gl. *alveus.* Kuehn.

κύδαροι. κύδαλοι.] *Hesych. κύδαρος, εἶδος πλοίου.* Idem *Etymologus*, nisi quod neutro genere *κύδαρον*. Posset quis argutari more Grammaticorum, et forte *κύδαλον*, quasi *κῦδος ἁλὸς* dictum putare. Et sic sane vir non indoctus *Calcagninus* de re nautica: Cydanum *etiam*, ait, *et* cydalum *dictum putant, quod longe supra aquas efferatur, et animose tempestates maris exuperet.* Iung.

γαῦλοι] *Gloss. γαῦλον, navigium onerarium. Herodot. γαύλους φοινικηΐους συνιδὼν* l. 8. mox pro *ἐπακτρίδες* C. A. habet *ἐπακτῆρες. Hesych.* et *Harpocr.* habent *ἐπακτρίδες. Hesych. ἐπακτρίδας, τὰς ἁλιάδας. ἐπακτρεῖς γὰρ οἱ ἁλιεῖς καὶ καθόλου οἱ κυνηγοί. καὶ ἐκπακτροκέλης* (l. vel ex hoc loco, *ἐπακτροκέλης*) *δὲ εἶδος πλοίου. ἐπακτρεῖς παροιμία· δοῦναι μὲν*

εἰς ἐπακτρίων, λαβεῖν δὲ μή. eloca venatorum in familiam tuam filiam, inde vero haud ducito uxorem. ita et Rabbini loquuntur, אין נותנים אין לוקחים *nec dant nuptui, nec ducunt uxores de familia publicanorum.* Ex hac descriptione *Hesychiana ἐπακτρίδος*, patet reddendum esse Latine, *scapha piscatoria.* KUEHN.

ἐπακτροκέλητες] *Calcagn.* ibid. *Ex levi impulsu* epâctridas *appellavimus, et paulo his graviores ex celetibus et epactridibus constructas* epactroceletes. Sed mihi videtur inter *ἐπακτροκέλητες* et *βάρεις* (ita enim legendum) comma ponendum. *βάρεις* autem pro navigiis usurpasse veteres, e Lexicographis sat notum. Confirmat hanc scripturam et *Salmantic.* MS. *Schotti*, qui *βάρις* habet. quod perinde est, et Ionice dictum, quemadmodum *αἱ βάρις* apud *Herodot. Εὐτέρπῃ* c. 41. quarumque constructionem docet ibid. c. 96. *Glossulae Vett. Herodoti: βάρις ναῦς. βαρεῖα* vero *ναῦς* mox a *Polluce* recensetur eo quo voluit loco: ut et infra segm. 103. IUNG.

βαρεῖς] Non est in C. A. nec in Codice *Salmasii.* deinde accentus ad penultimam est trahendus *βάρεις*, extat tamen etiam *βαρὶς, βαρίδος.* dein pro *πορθμὶς* C. A. *πορθμία* quod habet etiam *Salmasius.* KUEHN.

ἀμφηρικὸν] *Thucyd.* l. 4. f. 296. *ἀκάτιον ἀμφηρικόν.* quod Schol. ibid. *πλοιάριον ἑκατέρωθεν ἐρεσσόμενον, ἐν ᾧ ἕκαστος τῶν ἐλαυνόντων δικωπίας ἐρέττει.* vide *Bayf.* pag. 121. et ad *τριάρμενος*, quod hic mox infra, eund. p. 122. ap. *Lucian.* est *τριάρμενος ὁλκὰς*, et sic *διάρμενος ὁλκὰς, Synes. Ep.* 4. et 130. Ad *δίκωπον* a. quod hic, adde *μονόκωπον* ex *Eurip.* D. H. SEB.

ἀμφήρης] Nec hoc nec sequentia, *δίκωπον, ἡμιολὶς*, extant in C. A. neque in Cod. *Salmasii.* pro *ἡμιολία* est *ἡμιόλιαι.* Est autem *ναῦς ἡμιολία*, navis quae hinc, a puppi scilicet ad malum, binis remis, illinc, a malo sc. ad proram, unico tantum instruebatur, uti numerus *sesquialter ἡμίολος* est, qui unitatem cum dimidia eius parte continet. KUEHN.

διῆρες.] Quae binis remis agebantur, a Romanis dictae sunt *biremes.* a Graecis *δίκροτα* potius quam *διῆρες* usurpatum video, etc. *Laz. Bayfius de re navali* pag. 24. SEB.

διῆρες] Sic vulgo. Sed iota subscriptum delendum est. IUNGERM.

διῆρες] Delet hanc vocem FALCK.

ἡμιολία] Ita *καρικὴν ἡμιολίαν* nominat noster *Longus, Ποιμενικ. ά.* ut etiam in *Labb.* adnotatum. IUNG.

πλοῖον, μ.] In C. A. abest distinctio, ut sit *navis caudicaria* vel *caudica*, sic dicta, quod ex caudice, id est, uno ligno excavato facta sit, quibus utebantur in fluminibus et circa littoris oram. KUEHN.

πλοῖον, μ.] Comma inter *πλοῖον* et *μονόξυλον* videtur mihi tollendum. *πλοῖον* enim iam initio capitis dixerat simpliciter: iam itaque *πλοῖον μονόξυλον*. IUNG.

83.

πεντεκαιδεκήρης] C. A. *πέντε καὶ δεκήρης* de qua navi videatur *Athenaeus* l. v. c. ix. vel hic locus effecerit, ut credam locum hunc *Pausaniae* quoad numerum in mendo cubare l. i. pag. 53. *Τὸ δὲ ἐν Δήλῳ πλοῖον οὐδένα πω νικήσαντα οἶδα, καθῆκον εἰς ἐννέα ἑρέτας ἀπὸ τῶν κατασκευμάτων.* KUEHN.

τριάρμενος] *Lucianus Lexiph.* ridet: *ὁλκάδα τριάρμενον*. utuntur tamen eo et *Philostratus* p. 164. et *Synes.* in *epist.* pag. 28. KUEHN.

ταχυναυτοῦσα] P. V. *ταχυναυτῶσα*. P. R. *ταχυναῦται*. SEBER.

δρομάδες] Post *δρομάδες* videtur punctum figendum. IUNGERM.

ὡς Ἀριστοφάνης] Abest in C. A. vel potius erasum est. KUEHN.

σιταγωγὸς] P. R. *σιταγωγοὶ* pluraliter, ut et seqq. SEB.

στρατηγία] A. et P. V. *στρατηγίς*. SEB.

στρατηγία] In C. A. etiam abest *στρατηγία*. *Salmas.* l. *στρατηγίς*. KUEHN.

στρατηγία] Omnino mihi persuadebam reponendum *στρατηγὶς*, ut et infra nominat I. 119. quod confirmari video *A.* et *Pal. vet. Seberi*, qui etiam ita hic habent. IUNG.

φορτηγὶς] C. A. *φορτηγὸς*. *Salmas.* *φορτηγὲς*. KUEHN.

φορτηγικὸν πλοῖον] *Thuc.* lib. 6. sic *φορτηγαὶ ὁλκάδες Phil. φορτηγίω, Lucian.* D. H. pr. ed. *φορτητικόν*. SEB.

φορτηγικὸν] Ita et *H. Steph.* in suo codice ad oram emendaverat. nec aliter habet *Calcagninus de re naut.* licet *Pollucem* non nominet: ex quo tamen sumsisse nescire non possumus. IUNG.

φορτικὸν, *portatorium* vertit *Hier. Magius lib.* i. *miscell.* c. vi. IUNG.

πολύζυγον ναῦν] A. et P. V. *πολύζυγος ναῦς*. *Iliad. β.* 295. *ἀσχαλάα παρὰ (al. σὺν) νηῒ πολυζύγῳ*. SEB.

πολύζυγος ναῦς] Etiam C. A. habet. *Salmas. π. ναῦς λέγει.* Kuehn.

λύβια] Abest a C. A. et *Salmasiano.* Kuehn.

λεγόμενα κριοὶ καὶ τράγοι] Laudant haec ita *Calcagn.* dicto Libello *de re naut. Bayfius*, ubi de παρασήμῳ agit, et *Luisinus* 1. Parerg. 25. Verum *Meursius Comment. in Lycophr.* ad v. 1299. pro τράγοι emendare mavult ταῦροι. Et elegantiss. *Heinsius* noster ad libr. XIV. *Silii* adhuc plenius ita emendat: κριοὶ καὶ τράγοι καὶ ταῦροι. Addere mihi lubet pulchrum locum ex *Herodoti* nostri *Thalia* c. 59. Καὶ τῶν νηῶν καπρίους ἐχουσῶν τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν, καὶ ἀνέθεσαν ἐς τὸ ἱρὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Αἰγίνῃ. ubi Interpres saltem, *rostratas naves mutilaverant, eaque rostra* etc. omisso illo καπρίους. Et credo non intellexisse omnem rem de parasemo et tutela, quam ex nemine melius discas quam ex *Heinsio* nostro ad dictum librum Silii. Adi eum, et gratiam pro indicio habebis. Errant enim adhuc heri et nudius tertius doctissimi viri, etiam quos hic alias laudavi, et confundunt. Id itaque vult *Herodotus*, apros pro parasemis fuisse istis navibus, in prora scilicet: et eiusmodi aprina rostra reposita fuisse a victoribus Minervae. Tale parasemon etiam interdum ipsi Dii, ut Pataici πυγμαῖοι, quorum ἀγάλματα, ἐν τῇσι πρῴρῃσι τῶν τριήρεων περιάγειν Phoenicas ait idem *Herodotus* noster *Thalia* c. 37. Sed tu adi *Heinsium* nostrum. De navi vero, quae Europam ferebat, ταύρῳ dicta, vide viros doctos locis quos indicavi, et H. *Iunium* 5. animadvers. 12. praesertim vero *Meursium* ad *Lycophr.* Certe quod ad κριούς attinet, libet perinde cum quibusdam veterum augurari de Phryxi nave quod κριοῦ nomen habuerit, de qua *H. Iun.* vide loco dicto. Iung.

λεγόμενα κριοὶ καὶ τράγοι] Pro τράγοι etiam ut *Meursius in Lycophr.* ταῦροι legit Falck.

ἀγαγών] A. ἀπαγαγών. Fabulam de raptu Europae persequitur *Moschus Idyll.* 2. Item *Ovid. Metam.* 2. fab. ult. et obiter lib. 6. fab. 20. Etiam alii, sed minus fabulose, quos nominat *Reinec.* t. 1. *hist. Iul.* fol. 508. Seb.

ἀπαγών] ἀπαγαγών etiam est in *Cod. Antw.* Kuehn.

ἀγαγών] *Aug.* MS. apud *Seberum* scriptura ἀπαγαγών fere magis placet, quam ἀγαγών. Iung.

πρόπλους] Haec non habet C. A. extant alias apud *Thucyd.* p. 441, 442. Kuehn.

πρόπλους] Naves *praecursorias* a nobis dici posse ait *Coel. Rhodiginus* 21. antiq. 31. Iung.

λίγοις etc.] Adfert in hanc rem et alia eruditiss. *Rigaltius* Not. ad lib. 1. *Artemidori Oneirocr.* c. 50. et *Junius* nomencl. ad vocem *Navis.* Sic et *Euripid. Iphig. Taur.* ναΐων ὄχημα dixit: ut vero ὀχήματα θαλάττια apud nostrum sequitur, sic in *Platone.* gemina vero invenio in *Hippia maiore:* καὶ τὰ σκεύη πάντα, καὶ τὰ ὀχήματα τά τε πεζὰ καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ, πλοῖά τε καὶ τριήρεις etc. Jung.

πορεῖα] C. A. πορθμεῖα ex correctione. forte πορθμεῖα vehicula, ut πορθμεὺς Vector, qui vehit vehiculo suo vectores ἐπιβάτας in alteram ripam fluminis pro vectura vel naulo. Kuehn.

ὀχήματα] C. A. tantum habet, ὀχήματα θαλάττια vehicula marina, currus marini. Sic *Varro* dixit apud *Nonium*, equisones nauticos, et navis Latinis currit, ambulat, et *Praetor* edicto cavit, ne iter in flumine navigio sit factve deterius. His adde ex *Ulpiniano*, naves ξυληγὰς holtz-schiffe. ἀγορηγοὺς mark- und proviant-schiffe, ex *Etymolog.* in ἀγόριυσις. θαλάττια non habet Codex *Salmasii.* Kuehn.

θαλάττια καὶ π.] P. V. θαλάσσια, ἢ πελ. Seb.

84.

νεώτεροι] Nihili vox hoc quidem loco, nec est in C. A. καὶ ante νεουργοὶ delet *Salmasius*, et νεώτεροι. Kuehn.

νεώτεροι] Suspicatus fui sub νεώτεροι aliquid συνωνύμου iis inter quae ponitur vocabulis latere, quod corruptum. nec enim de recentioribus scriptoribus sic utentibus interpretari placet. Nec falso me sic putasse indicavit meus *Salmasius*, qui et feliciter emendat mutatione pene nulla, νεωτόμοι. et ita legendum pridem ad oram Codicis sui se annotasse. Jung.

νεώτεροι] Non habet et hanc vocem Falck.

καὶ τὰ ὅμοια] Haec absunt a C. A. usque ad σιδηρεῖς, deinde sequitur, σχοινοβολεῖς aut σχοινοστρόφος. Kuehn.

σχοινοσυμβολεῖς] Talis infra VII, 160. σχοινοσυμβολεύς. eos vocari et σχοινισσυμβόλους indicat *Aristoph. Schol.* ad *Pacem* non longe ab initio. Jung.

σίδηρος] Post hanc vocem omissis interiectis sequitur statim καὶ τὰ σίντοιχα in C. A. eadem defuerunt et Codici *Salmasii.* Kuehn.

πεττανία] De his quaerendum, quid fuerint in instrumento nautico, potius autem πεττάνια scribas. Nam ita, non πεττανία, in *vet. Ald. edit.* scriptum cognovi ex eodem meo *Salmasio:* nec aliter in *Flor.* ut ipse vidi. Jung. Lege παττάνια sive παττάλια. Toup.

πεττανία] Non habet hanc vocem Falck.

γομφοῦν] Abest uti et mox sequentia *παχτοῦν καὶ πάχτωσις* a C. A. consentit iterum C. S. Kuehn.

85.

δρύοχον] Navis fundamentum, quod omnem *δρῦν*, id est materiam navis, contineat. Gualth. consule *Suid. Etymol.* et *Eustath. Odyss.* fol. 715. Seb.

δρύοχον] *Hesych. δρύακες.* id est ligna portantia carinam navis. Kuehn.

τροπίδες] In C. A. *τροπὶς* factum ex *τροπίδες*, absunt *τροπίδια* et *τρόποι* sequenti versu. *Cod. Salmas. δρὺς ἐστὶ τροπὶς*, nec habet *τρόπον*. Plato tamen habet bis *τριπιδία* l. 7. de ll. Kuehn.

τροπίδια] P. R. *τροπίδιον*. Seb.

φάλκις] C. A. *φάλκης* olim habuit, sed ab alia manu mutatum est in *ι*. Kuehn.

ἀφ' οὗ ἡ δευτέρα] C. A. *ἀφ' οὗ καὶ ὁ δεύτερος τρόπις*. quod convenit cum sequentibus: *καὶ οὗτος*. Kuehn.

ἀφ' οὗ ἡ δευτέρα] Locum hunc ita legit *Falck. ἐφ' οὗ ὁ δεύτερος τρόπος*.

ἡ δευτέρα τρ.] Sic mox segm. 86. *τὴν τροπίν*. PP. *ὁ δεύτερος τρόπις*. A. *ὁ δεύτ. τρόπος*. et seq. etiam in edit. *καὶ. δὲ οὗτος*. Seb.

οὗτος] Nempe *φάλκις*, putabam, ut et Calcagninum videbam cepisse. Iung.

λέσβιον] C. A. *λέσραιον*. forte *λίσραιον* a *λισραίνω fodio*, quia illa pars navis fodit et sulcat mare. *Salmas. κ. δὲ αὕτη κ. λέσβιον*. Kuehn.

χαλκήνης] *Chalceneten Calcagninus* vocat de re naut. Alter vero *Caelius Rhodiginus* 3. antiq. 6. vocabulum hoc omittit, dum ista ex *Polluce* latine profert. Iung.

προεμβολὶς] MSS. *προέμβολος*. Seb.

προεμβολὶς] *Hesych.* edit. *Hagen. προέμβολος, μέρος τι τῆς νεώς. Salmas. προέμβουλος*, forte *προέμβολος*. Kuehn.

τὸ δὲ ὑπ' αὐτὴν] C. A. *τὸ δὲ ἐπ' αὐτὴν*. *Hesych. ἔμβολα Εὐριπίδης Παλαμήδῃ καὶ Σκίρτ'* (l. *Σκίρωνι*, *τὰ*) *ἔμβολα, τὸ δὲ παλὺ ἀῤῥενικῶς λέγουσι, τοὺς ἐμβόλους*. vide et *ἔμβολον*. Kuehn.

ἔμβολον] *Hoc quod fundamentum statuminationemque recte dixeris*, ait *Calcagn.* ibid. Hic demum redeamus ad nostras membranas, quae cum vocabulo *μέσον* paginam ordiuntur. Alias navis partes multas etiam enumerat *Apollo-*

nius lib. 1. *Argon.* v. 562. etc. et eius *Scholiastes*, ut clariss. *Labbaeus* hic adnotaverat. Iung.

προτμβολίδος] *Id est, eminentis ligni cuiusdam ad proram navis cui rostrum affigitur, quo fit impetus in hostiles naves,* ait *I. Cruquius ad Od.* 14. lib. 1. *Horatii.* Iung.

ἐμβόλου] *Codex Voss.* qui omissis quatuor paginis hic iterum incipit, pro ἐμβόλου legit ἐμαύλου vitiose. *Gloss. Philox. rostra, ἐμβολαί, ῥύγγη, χελύνια.* Kuehn.

δὲ] Non agnoscit C. S. Kuehn.

δὲ] Particula δὲ in MS. deest. Iung.

ὅταν] MS. ὅτ' ἂν pro ὅταν. Quid delphin fuerit, pars navis an instrumentum, non satis se expedit *Rhodiginus Caelius* 8. antiq. 6. *Caelius* alter *Calcagninus* de *re naut.* exponit *aereum instrumentum, quo naves hostium diripi possunt.* recte, modo scias etiam ferreum, etiam plumbeum fuisse. vide eruditiss. *Brodaei Scholia* ad lib. 1. *Anthologiae* c. 57. quas vero *Interpres harpas* et *harpophoras* fingit, nescio: nec ante mihi persuadebit delphinum harpam esse, quam eundem delphinum in sylvis volare, vide *Hesychium* in δελφῖνες, vide et *Aristoph. Scholiast.* ἱππεῦσι ad ista τοὺς δελφῖνας μετεωρίζου. ubi et ex *Pherecratis* ἀγρίοις (ita enim scrib. non ut etiam in ult. edit. legitur ἄγροις) χρῆσιν adfert. Iung.

δελφινοφόρος] *Interpr. harpophoros,* et δελφὶς *harpa* ac si legisset δρέπανον et δρεπανοφόρος. δρέπανον enim *harpa* vel *curva falx* quod h. l. non quadrat. Nam Delphinus hic ex ferro vel plumbo factus ornatus gratia collocabatur in prora: in pugna autem navali de antenna suspensus in naves hostium propius accedentes tanto cum impetu demittebatur, ut pondere suo carinas perfringeret, navesque submergeret. vid. *Thucyd.* l. 7. p. 513. et ibi *Schol. Aristoph.* in *Equitibus* et ibi *Scholia. Hesych. Δελφῖνες, πολεμησήριον μηχάνημα ἐν ναυμαχίαις, καὶ ἡ ἔχουσα αὐτὸ δελφινοφόρος ναῦς. οἱ δὲ διὰ τὰ χρεμαννύμενα βάρη τῶν δελφίνων σχῆμα ἐχόντων, (ἔχοντα) ἃ ταῖς ληστρικαῖς ναυσὶν ἐμβάλλεται. Delphini, militaris machina in proeliis navalibus, et quae navis eos gerit, delphinigerula. quidam vero aiunt ita dictas naves, quod pondera fuerint plumbea appensa sub forma delphinorum, quae in piraticas naves deiiciuntur.* Kuehn.

86.

ἐμβόλου] C. V. τοῦ στόλου. Kuehn.

ἐμβόλου] Pro ἐμβόλου, vitiose, puto, MS. στόλου: quod tamen et in *Salmantic. Schottus* reperit. Iung.

ὁ στόλος] *Hesych. Στόλος, πλοῦς, πλοῖα πολλὰ, καὶ ὁ τῆς νεὼς ἐμβολος, τὸ εἰς ὀξὺ συνεστραμμένον.* Kuehn.

τὸ δὲ ὑπὲρ τὸ] P. R. et A. *ὑπὲρ δὲ τὸ πρ. ἀκρ. ἡ πτυγ. Schol. Apoll.* scribit *πτίχη.* ad v. 1089. quod obs. *Gyrald.* t. 1. f. 594. Seb.

τὸ δὲ ὑπὲρ etc.] C. A. *ὑπὲρ δὲ τὸ προῦγον ἀκροστόλιον ἡ πτυχὶς ὀνομάζεται.* C. V. etiam l. *ἡ πτυχὶς. Hesych. κόρυμβα. τὰ ὑπ' ἐνίων ἄφλαστα, τὰ ἀκροστόλια, τὰ ἄκρα τῶν πρυμνῶν, τὰ ἀπεξυσμένα πρὸς κόσμον τῶν νεῶν ἄκρα καὶ ἐπικεκαμμένα, ἃ ἐστι κατὰ τὴν πρύμναν καὶ κατὰ τὴν πρῶραν.* ex quibus verbis liquet ratio *πτυχίδων* nominis, a specie scilicet incurvata et in se revoluta dictae sunt. in Gl. *Cyrill. ἀκροστόλιον Rori. Salmas.* affert etiam lectionem C. A. Kuehn.

τὸ δὲ ὑπὲρ τὸ] MS. *ὑπὲρ δὲ τὸ πρ.* absque priori particula *τὸ.* Iung.

ἀκροστόλιον, πτυχὶς] MS. *ἀκροστόλιον ἡ πτιχὺς.* sic enim vitiose scribitur hoc ultimum. Ceterum quum particulam *ἡ* MS. interponit, synonyma itaque erunt *ἀκροστόλιον, πτυχὶς* et *ὀφθαλμός.* et tum distinguendum, *ὑπὲρ δὲ τὸ προῦχον, (στόλου* puta) *ἀκροστόλιον ἡ πτυχὶς.* Vide sic sensisse et *Calcagninus*, ita scribens: *Quod autem prominet* acrostolium, *id est stoli apex, ab aliis* ptychis, *id est complicatio, ab aliis* oculus *vocitatur.* quae dein addit idem *nauphracton* putare quosdam, id falso putare, male intellectis verbis *Aristophanis*, monstravit *Brodaeus* 9. miscell. 21. verum de horum differentiis docti videbunt accuratius. mihi videtur potior fere *Pal. rec. et Aug. MSS.* lectio, quam *Seberus* noster indicat: *ὑπὲρ δὲ τὸ προῦχον ἀκροστόλιον, ἡ πτυχὶς* etc. vide de *στόλῳ, πτύχῃ, ἀκροστολίῳ Scholiast. Apollonii* ad 1. *Argonaut.* ut etiam hic annotavit *Labbaeus.* quae de *ὀφθαλμῷ Pollux*, ea et *Meursius* ad *Lycophronem* non procul a principio laudat. v. et *H. Iunium* Nomencl. in *Oculus* cap. de re naval. Iung.

ἐπιγράφουσι] PP. *γράφουσι.* Seb.

ἐπιγράφουσιν] Uterque Codex *γράφουσι*, quibuscum consentit *Salmasianus.* versu sequenti C. A. *φάλκης* per *η.* paulo post tamen sequitur *φαλκὶς*, sed *ο* superscriptum est. pro *ῥινωτηρίαν Salmas.* l. *ῥινοτήκαν.* Kuehn.

ἐπιγράφουσι] MS. *γράφουσιν*, ut et *Seberi* PP. Iung.

ἐνδοτέρω δέ ἐστιν] P. R. *ἐνδότερον δ' ἐστίν.* Seb.

ἡ ἐφολκὶς] Particula *ἡ* deest in MS. ante *ἐφολκίς.* Apud *Achill. Tat.* l. 5. male est, *καὶ ἐστρεπίζει ἤδη τὴν ἐφολκίδα*, et emendabam: *εὐτρεπίζει.* et sic postea in MS. *Thuani* inveni.

addo et quae statim ibidem de Epholcide: *οἱ μὲν γὰρ ἐπιβάντες* (scilicet in Epholcidem) *ἤδη τὸν κάλον* (MS. *τῶν κάλων*) *ἔκοπτον· ὃς συνέδει τὴν ἐφολκίδα τῷ σκάφει.* Sed apud *Tatium* Scapha parva magnae navi annexa est *ἐφολκὶς*. apud *Pollucem* vero nostrum pars navis quam et *ῥινοτηρίαν* vocatam esse ait: quomodo et apud *Hesychium* scribendum puto, apud quem per *υ* est, *ῥινοτηρία μέρος τι τῆς νεώς.* Iung.

ὑπὸ τὴν] P. R. *ὑπὲρ τὴν.* Seb.

τρόπιν] MS. *τρόπην* mendose. Iung.

χέλυσμα] *Hesych. Χέλυσμα, τὸ προσηλούμενον τῇ τρόπει ξύλον, ἕνεκα τοῦ μὴ πονεῖν τὰ ξύλα ἐν τῷ καθέλκεσθαι τὰ πλοῖα.* Kuehn.

87.

καὶ τὸ μὲν ἔδ.] PP. *καὶ τὸ ἔδ.* Seb.

κύτος, καὶ γάστρα] *Scholiastes Apollonii* de Argonautarum navi: *φέρει αὐτοὺς ἐν τῷ κύτει, ὡς ἐν γαστρὶ μήτηρ.* hinc Argo Mater ipsorum dicitur. *Gl. Cyrilli κύτος τῆς νεώς, alveum.* a *γάστρα* venit *nauta μεσογάστωρ*, qui in medio navis ventre versatur, navis quasi mediastinus. Kuehn.

κύτος] *κῦτος* MS. Iung.

καλοῖτο] *καλοῦνται* male est apud *Bayfium* hunc locum laudantem sub finem lib. de re nav. ubi apud *Appianum* illis verbis, *καὶ τῶν ἐρετῶν οἱ μὲν θαλαμῖαι* etc. forte legendum *θαλάμιοι* retur, ego tamen illud *θαλαμῖαι* prorsus reiiculum esse non arbitror, et posset etiam *θαλαμῖται* legi: quod et *H. Stephano* placere *in thesauro* video, si modo vitiosa altera scriptura: quod tamen ut dixi non arbitror, videoque et eruditiss. *Brodaeum Schol.* ad *lib.* II. *epigr.* sub finem cap. 41. sic sensisse. Recensens enim ex *Polluce* ibi tres ordines remigum, ait, *qui in inferiore parte navis erant θαλαμῖται, θαλάμακες, θαλάμιοι, θαλαμῖαι dicebantur.* Inveniuntur enim haec talia forma saepe varia percussa. vide de his tribus ordinibus et explicatius paulo ex *Suida Cael. Calcagninum* libello saepius laudato. Iung.

θαλάμιοι] Vel *θαλαμῖται οἱ πρὸς τὴν πρῴραν*, qui remiges mari propinquiores curtis remis utebantur, et ea de causa minor illis erat constituta merces. Ipsi remi dicuntur *θαλαμίδιοι* et *θαλάμια. Hesych. θαλάμια, κῶπαι αἱ κατωτάτω καὶ οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν χώραν, θαλάμιοι λέγονται.* ubi *Palmerius videtur*, inquit, *mutilus hic locus. Nam θαλαμία non est κώπη remus, sed foramen per quod transit et foras emittitur remus. ideo credo legendum: θαλαμῖαι ὀπαὶ, δι' ὧν ἐξέρχονται*

κῶπαι αἱ κατωτάτω. haec ille. Sed non opus est tali tamque operosa medicina; sufficit enim si legatur θαλάμιαι κῶπαι, αἱ κ. quamvis enim θαλαμία foramen notet, ut *Palmerius* observat, hoc tamen non impedit quo minus κώπη θαλαμία dicatur. *Polyaenus* certe non tantum θρανίτιδας κώπας, verum etiam ζυγίας et θαλαμίας recenset l. 3. *Stratag.* et p. 410. 225. 394. *Edit. Casaub.* Kuehn.

τὸ δὲ περὶ τὸ κ.] C. A. τὰ δὲ π. ut in praecedentibus τὰ δὲ μέσα. *Salmas.* τὰ δὲ περὶ. *Hesych.* θράνιδες (l. θρανίτιδες, est enim vox suo loco mota) κῶπαι, αἷς οἱ θρανῖται χρῶνται ἐν ταῖς καταφράκτοις ναυσί. Idem παράθρανος (l. παράθρανος) κώπη τις ἐν ταῖς παραθρόνοις. quod interpretarer, παράθρονος quidam remus in via qua itur prope remiges tranitas. Nam via illa in Msto *Antwerp.* dicitur παράθρονος, non, ut vulgatis est, παράθρανος. Kuehn.

τὰ δὲ περὶ] MS. τὰ δὲ περὶ. Iung.

θρανῖται etc.] θρανῖται, et κωπαὶ, ἐκδέονται, σκ. MS. Sed illud κωπαὶ certe vitiose notato accentu, ut ex aliis locis, quibus recte notat, manifestum. ἐκδέυνται autem etiam in *Aug. Seberi.* Iung.

ἐκδέδενται] A. ἐκδέονται. P. R. δέδενται. Deinceps in MS. cod. A. integrum folium sive exsectum sive quoquo modo perditum est. Seb.

ἐκδέδενται] C. A. καὶ ὅθεν μὲν αἱ κῶπαι in margine est ἐνδέονται. ita et *Salmasius.* in textu sequitur. τὸ δὲ ὑπὸ τῆς νεὼς χεῖλος, ἐπίσκαλμος in margine apponitur. ἄλλου τὸν σκαλμὸν ἐπ. et ος in ις mutatum, ut sit ἐπισκαλμίς. unde legerem: καὶ ὅθεν μὲν αἱ κῶπαι ἐνδέονται, σκαλμός. ᾗ δὲ ἐκδέονται, τροπωτῆρ καὶ τροπώσασθαι, δῆσαι τὴν ναῦν. τὸ δῆσαι habet C. V. intextu, et C. A. in margine cum tota nota, quae docet quid sit τροπώσασθαι. *Gloss. Veterum*, Scalmus, ἔνθα ἡ κώπη δεσμεῖται. deinde variam videmus esse lectionem in sequentibus. nam τὸ δὲ ὑπὸ τῆς νεὼς χεῖλος, ἐπίσκαλμος. est in margine. alium vero Codicem legisse verisimile est ut extat in vulgatis. Kuehn.

ἐκδέδενται τρ.] Iterum MS. ἐκδέονται, τροπ. de Scalmo vide eruditiss. *Brod.* ad l. III. *Epigramm.* c. 22. Iung.

τροπωτῆρ] *Hesych.* τρόποι (recte legitur τροποὶ) οἱ ἱμάντες τῶν κωπῶν ἢ οἱ κατέχοντες τὰς κώπας δεσμοὶ δερμάτινοι, ὅταν ἐλαύνωσιν οἱ τροπωτῆρες. in ultimis verbis distinctio ponenda post ἐλαύνωσιν, hoc sensu: *quando remigant*, nautae scilicet. deinde vero sequitur οἱ τροπωτῆρες quod pertinet ad

δεσμοὶ δερμάτινοι, qui et *τροπωτῆρες* dicuntur. *τροποὶ* est etiam apud *Cyrillum* de *differ. vocum Graecarum* etc. KUEHN.

καὶ τροπώσασθαι ναῦν. τὸ δέ.] MS. *καὶ τροπώσασθαι δῆσαι. τὸ δέ.* Sine vocabulo *ναῦν. Hesych. τροπώσασθαι, τὸ τὴν κώπην πρὸς τὸν σκαλμὸν δῆσαι τῷ τροποτῆρι.* Huius loci meminit et *Lucianus dial. νεκρικοῖς,* ubi *Mercurius* et *Charon λεσχηνεύονται. καὶ τροπωτῆρα δύο ὀβολῶν* se emisse ait *Mercurius.* IUNG.

ἐπισκαλμίς.] *Interpr. subscalmium. Hesychius, ἐπισκαλμὶς τὸ ὑπὸ τῷ σκαλμῷ σανίδιον.* KUEHN.

88.

ὑπηρέσιον] *Hesych. ποτίκρανον* vocat. *ποτίκρανον,* inquit, *πρόσκρανον, τὸ προσκεφάλαιον, καὶ τὸ δερμάτινον ὑπηρέσιον, ἐφ' οὗ καθέζονται οἱ ἐρέσσοντες.* Sunt igitur storeae, pelles etc. quas sedendi gratia sibi substernunt remiges. KUEHN.

διήρηται] C. A. *διήρηται* in textu, margo vero habet *διήται. C. Salmas. δι' ὧν δὲ εἴρηται.* Foramina, per quae exeruntur remi, Latinis *columbaria* dicuntur, a similitudine foraminum in quibus par columbarum nidificat, *Scaliger* ad *Festum* in *navalis scriba.* KUEHN.

διῄρηται] MS. *διήρηται.* quid si *διαίρεται* vel *διείρεται*? infra contra variat MS. et pro *διαίρονται, διαιροῦνται* habet segm. 94. *Calcagninus* autem vitiose enumerat *trimata* et *hypiresion,* ex corrupta nimirum, quae vulgo nimis dudum obtinuit, pronunciatione graecarum literarum, ubi *η* et *υ* confundunt. IUNG.

ἄσκωμα] *Hesych.* cum duplici *μ ἄσκωμμα,* inquit, *δερμάτιον, ὃ ἐν ταῖς τριήρεσιν ἔχουσι. Salmas.* pro *περὶ* etiam legit *παρὰ,* uti C. V. KUEHN.

ἄσκωμα] *Artemidorus* 2. *Onirocr.* 12. de nave, *διὰ τὰς βύρσας.* ubi *Rigaltius: δέρματα, ἀσκώματα Polluci* lib. I. IUNGERM.

περὶ τοὺς etc.] Sylb. *παρὰ τοὺς θρ.* itaque ambo etiam PP. iidem mox *παράθρονος,* cum tamen ante *θρανίτας.* Item: *ὑπὲρ δὲ τὴν στ.* SEB.

περὶ τοὺς etc.] *H. Steph.* optime in ora sui codicis pro *περὶ, παρὰ* reponit. Sic enim est in MS. nostro: et suis in PP. etiam *Seberus* invenit. IUNG.

παράθρανος] C. A. *παράθρονος.* a Cod. *Salmasii* abest. versu praecedenti non *περὶ θ.* sed *παρὰ θρανίτας* in eodem Codice, quod vulgato praeferendum. consentit et C. V. KUEHN.

παράθρονος etc.] MS. noster ut *Seberi* PP. παράθρονος. ὑπὲρ δὲ τὴν στ. a *Calcagnino* παράθρανος transfertur insolenter *adsellium*. Iung.

παρατεινόμενον] P. R. προτεινόμενοι. Seb.

τρόποι] L. τροποὶ, uti monitum supra ad vocem τροπωτὴρ segm. praeced. *Salmas.* τρόπις. C. V. et A. et Cod. *Salmas.* ὑπὲρ δὲ τὴν στεῖραν ἑ. etc. προτεινόμενοι, τρόπις, sed τῷ ι superscribitur οι. Kuehn.

ἔπειτα δ'] P. V. ἑπτὰ δ'. cui lectioni haud adversantur sequentia. Seb.

ἔπειτα δ'] C. V. ἑπτὰ δὲ ἐνίοις ἀνίσταται ἡ τριήρης, ὧν etc. consentit C. A. nisi quod ἡ τριήρης superscriptum, ex quo legerem ἑπτὰ δὲ ἡνίαις ἀνίσταται ἡ τριήρης. *Septem habenis assurgunt triremes*, quarum singulae ex ordine vocantur, etc. *Hesych.* ἡνίαις, χώροις, τόποις (l. λώροις, τροποῖς) ἢ λώροις τῶν χαλινῶν. Kuehn.

ἔπειτα δ'] Longe aliter MS. ἑπτὰ δὲ ἐνίοις ἀνίσταται ἡ τριήρης, ὧν ἕκαστος etc. βόλος, καὶ δ. latet aliquid quod exputabunt docti. Illud βόλος sane mihi melius vulgato videtur. Et ex ἐνίοις acutae et sagacis naris homines quid eruant. Ego satis habeo ex *Hesychio* locum adduxisse, si forte ibi quid simile: ἔννιον, κώπης μέρος τὸ ἐπὶ τοῦ σκάλμου ἔνδον ἐν τῇ νηΐ. Sic quidem nos hic balbutiebamus. En vero tibi eximii nostri *Salmasii* sententiam, postquam illi nostri MS. scripturam indicassem. *Locus*, ait, *qui sequitur egregius, de quo pauca disputabimus: ἔπειτα δὲ ἐνίοις ἀνίστανται ὧν ἕκαστος κατὰ τάξιν καλεῖται πρῶτος βῶλος καὶ δεύτερος καὶ ἑφεξῆς. Ita habet Aldina editio; multis modis mendose. pro βῶλος verum est, legendum esse βόλος ut tuus scriptus codex exhibet, et nos ita etiam ex coniectura emendavimus ad oram: quod quid sit paulo post explicabimus. Lata menda est in voce ἐνίοις· vidisti tu quidem ex Hesychio ἔννιον, κώπης μέρος τὸ ἐπὶ τοῦ σκαλμοῦ ἔνδον ἐν τῇ νηΐ· quam vocem hoc loco reponendam esse ipsa re docebimus. Admones in scripto codice haberi: ἑπτὰ δὲ ἐννίοις ἀνίσταται ἡ τριήρης. quod verum non potest esse. deberet enim legi ἑπτήρης, non τριήρης: Trieres enim est dicta quae tribus remorum versibus agebatur. Primus versus erat θαλαμίτων remigum, secundus ζυγίτων, tertius et supremus θρανίτων. at in πεντήρει, ἑξήρει, et ἑπτήρει manifesto plures debebant esse versus. quomodo igitur ἑπτὰ ἐννίοις consurgere potest ἡ τριήρης, quae tres tantum versus remorum habebat? ἔννια enim hic sunt στίχοι κωπῶν, h. e. remorum*

ordines aut gradus. Inferioris ordinis remiges possent eleganter et vere dici πρωτοβολεῖν, ut medii δευτεροβολεῖν, et supremi τριτοβολεῖν. Et hoc quidem in triere: nam inferiorum remigum erat πρῶτος βόλος, ut mediorum δεύτερος βόλος, et sic de aliis. vides falsissimam esse scripturam veteris codicis, neque ulla ratione defendi posse. Intelligendum autem hic esse versus remigum sive τοὺς στίχους κατὰ τὸ ὕψος verbum ἀνίστασθαι aperte ostendit. Virgilius:

triplici pubes quam Dardana versu
impellunt, triplici consurgunt ordine remi.

Dicit igitur Pollux τοῖς ἐννίοις sive στίχοις τῶν κωπῶν trierem consurgere et in altum excitari. atque haec nos nuper docuit summus Scaliger, neque unquam aliter accepimus, cui si occurrisset hic Pollucis locus, non alia puto de eo scripsisset, quam nos nunc scribimus. Putamus autem legendum, ἔπειτα δὲ ἐννίοις ἀνίσταται ἡ τριήρης. Possemus et alia adducere, quibus hanc sententiam nostram stabilirem, nisi haec sufficere censerem. etc. Haec ille. ceterum *Seberi Pal. vet.* etiam pertinaciter retinet *ἐπὰ δ'* etc. et *Salmantic.* liber ut *Schottus* excerpsit, habet; *ἐπὰ δ' ἐνίοις ἀνίστανται ἡ τριήρης.* Iung.

ἔπειτα δ' ἐνίοις ἀνίσταται, etc.] Eodem fere modo, uti est in MS. *Iungermanni* et *Cod. Voss.* legit et *Falckenb.* hunc locum ita scilicet: *ἐπὰ δ' ἐνίοις ἀνίσταται ἡ τριήρης.*

βῶλος] P. R. *βῶλος* et *βόλος* habet. Seb.

βῶλος] Quia praecedit *ἀνίσταται*, forte legendum *βωμός*. Nam et *Hesych.* agnoscit *ἐμβόλους* quosdam, quibus firmatur navis, dici *βωμούς*. *βωμοί*, inquit, *ἔμβολοί τινες οὕτω λεγόμενοι*. vel *βόλος* dicitur a *βάλλω*, et est lori repetita *περίτασις*. et ita legit etiam C. V. et *Salmas.* Kuehn.

βῶλος] *βολὸς* Falck.

τοῖχον] Infra sequitur *τοίχαρχος*. *Lucian.* in *Dialog. Meretricum*, *νῦν δὲ ἤδη τοίχου ἄρχω τοῦ δεξιοῦ καὶ σὺ ἡμῶν ὑπερορᾷς.* Kuehn.

τοῖχον εὐύνυμον] Adfert haec *Bayfius* ubi de partibus navium incipit agere. *Longus meus* sub finem fere lib. 1. *Pastoral. βιαίου δὲ πηδήματος εἰς ἕνα τοῖχον τῆς νεὼς γενομένου.* Iung.

σελίδα] *Hesych. τὰ μεταξὺ διαφράγματα τῶν διαστημάτων τῆς νεώς.* quandoque sedile in prora navis notat. Unde *Proverb. ὁ κίνδυνος ἐν πρῴραις σελίς*, sedile in prora periculosissimum est, quia hostes primum omnium aggrediuntur proras navium. Denotatur autem, quod illi qui prima et

illustria loca renent, cumprimis periculoso et lubrico in statu versentur. vid. *Hesych.* in *κίνδυνος* etc. *Salmas.* l. *σελίαν.* KUEHN.

89.

κληῖς etc.] *Hesych.* in *κληῖδες* et *σέλματα.* KUEHN.

σέλμα] Libet et hanc vocem restituere *Achilli Tatio* lib. 5. de Clitoph. ubi vitiose: *ὁ δὲ τῆς νεὼς ἑλμάτων.* emenda ex MS. *σελμάτων.* IUNG.

τὰ ἑκατέρωθεν] C. A. *τὸ ε. παρειαὶ καλοῦνται.* sequens, *καὶ πτερὰ* non est in C. V. nec in A. KUEHN.

καὶ πτερά] Desunt in MS. Tu de his vide politiss. *Heinsium* Not. ad lib. x. *Silii*, et ad finem Notarum in inserendis ad istum librum. IUNG.

τι ἐδώλιον] C. A. in textu habet *τὸ ἐδώλιον*, margini vero ascriptum, quod hic in textu est. *Hesych. ἐδώλια, τὰ τῆς νεὼς ζυγὰ, ἐφ' ὧν οἱ ἐρέσσοντες καθέζονται* etc. Dici etiam *ἐδώνια* patet ex eo quod sequitur apud *Hesych. ἐδωνὰ, ζυγὰ, κατὰ ζῶμα νεώς. ζῶμα νεὼς* est idem quod *κύτος νεὼς*, media pars navis, de qua supra segm. 87. conf. et *Hesych.* in *κύτος. Salmas. ἔστι δέ τι καὶ ἐνάλιον.* KUEHN.

τὴν πρύμναν] *τὴν* abest a C. A. KUEHN.

προῦχοντα] MS. *προύχοντα.* et sic saepe eiusmodi, sine spiritu. *περιτόναια* autem *quasi circumtenta dixeris*, ait *Calcagninus.* IUNG.

περιτόναιον] *Hesych.* male *περιτόνεον*, nisi vitium est ab impressore. KUEHN.

σκηνὴ] P. R. *σκῆνος.* SEB.

σκηνῇ] De trierarchi hoc loco *Casaubonus Comm.* ad *Theoph. charact. περὶ ἀνελευθερίας.* IUNG.

οἴαξ καὶ τὸ πᾶν δὲ] Ab utroque Codice abest. *Salmas. οἴαξ τὲ καί κω πηδάλιον. καλεῖται* ex C. V. reliquis omissis. KUEHN.

οἴαξ καὶ τὸ πᾶν δὲ] Illa *οἴαξ· καὶ τὸ πᾶν δὲ* in MS. non adparent. IUNG.

μέσον] P. V. *μέρος.* Sed sequitur *τὸ δὲ τελευταῖον.* SEB.

ὑπόζωμα] De hoc v. *Leopard.* 13. *emendat.* 8. ubi et *Brodaeum* nos videre iubet 1. *Miscell.* 10. videtur enim et aliud significare in re navali. IUNG.

90.

πτερύγιον] Vid. *Hesych.* in *πτέρυγες. Gloss. Temo, αὐχὴν πηδαλίου.* KUEHN.

αὐχήν] *Heliodorus* lib. 5. de holcade: καὶ ὁ μέν τις τὴν πρώραν ἀδοκίμαστος ἐκληροῦτο· ὁ δὲ τὴν πρύμναν εἶχε, καὶ τοὺς αὐχένας. ubi tamen pro gubernaculo ipso accipi credo, συνεκδοχικῶς. Iung.

ἔγκλιμα] C. V. ἄγκλημα. C. A. ἄγκλιμα. quod rectum est. Contrahitur autem ex ἀνάκλιμα. Unde *Hesych.* ἀνάκλησις (recte legitur ἀνάκλισις) τόπος τις ἐν τῇ νηΐ. qui sane non alius est quam in quo requiescit gubernator, et pariter ἄγκλιμα et ἀνάκλισις dicitur. ἰκρίον dixerunt, ubi sedet. *Hesych.* in ἀπ' ἰκριόφιν. Kuehn.

ἔγκλιμα] Pro ἔγκλιμα (quod *Calcagninus inclinatorium seu accubitorium*) MS. habet, ἄγκλημα. et mox: τὸ δὲ μέσον τῆς. Iung.

ἀσάνδιον] C. A. in margine habet ἀσάνιδον. C. V. duas lectiones affert, ἄσανδρον, ἀσάνδιον. Kuehn.

ἀσάνδιον] Auctior MS. ita: πρ. ἄσανδρον, ἀσάνδιον. an vocula prior vitiose scripta, altera probe, considerabunt peritiores. Iung.

ἐπηρτῆμένον] Uterque Codex, ὑπηρτημένον. ἐπισείων, in C. A. mutatum est in ἐπίσειον. *Hesych.* partem prorae ἀσπιδεῖα vocat, si vox illa non est in mendo, solet enim ἐπὶ ab imperitis facile demutari in ἀσπι. Kuehn.

ἐπηρτημένον] MS. ὑπηρτημένον. Iung.

ἐπηρτημένον] ὑπαρτημένον. Falck.

ἄφλαστα] vid. *Schol. Apoll.* loc. supra citato. et *Eustath. Il.* 1049, 12. Seb.

ἄφλαστα] MS. mendose ἄσφαλτα. de ἀφλάστου duplici significatione v. *Heinsii* nostri crepundia illa πολυποικίλα *Siliana* ad lib. x. *Silii*, ubi et de partibus ἀφλάστου. Iungerm.

ὀρθὸν] C. A. male ὠρθὸν. pro στηλίδα C. V. habet στυλίδα. *Hesych.* patrocinatur vulgatae, dum affert Doricum σταλίδας (ita enim legendum, non στάλιδας) τοὺς κάμακας ἢ χάρακας. σταλίζομαι, ἐπὶ τῆς στήλης τρόπον ἔστησα, *de columnae in morem stiti, constitui. Salmas.* C. στυλίαν. Kuehn.

στηλίδα] MS. στυλίδα. Iung.

στηλίδα] στυλίδα etiam Falck.

ἐκ μέσου] P. R. ἐκ μέσων. Ibid. P. V. ῥάκος. Sed *Hesych.* ῥέκος, ζῶμα, θώνη. et *Gyrald.* f. 595. Lignum rectum in aphlastis connexum, στηλίδα Graeci vocant, cuius quod in medio suspensum est cingulum, taeniam. Seb.

ἐκ μέσου] MS. *ἐκ μέσων κρεμάμενον ῥάκος, ταινία ὄν.* Et *ῥάκος* etiam idem noster *Heinsius* videtur agnovisse. Sic enim ait: *Est autem ταινία, quod Silius hic velum appellat, id est τὸ ῥάκος τὸ ἐκ σιηλίδος κρεμάμενον. Linteum illud quod e baculo qui τῷ ἀφλάστῳ infixus est, dependet, φώσων Lycophroni.* Verum illud MS. *σιυλίδα* vulgato forte rectius: sic enim et *Hesychius*: *σιυλὶς, μέρος τι τῆς ἡμιολίας νεώς.* Apud quem et *ῥέκος* quoque exponitur *ζῶμα, θώνη.* pro quo ultimo forte *ζώνη* scribendum *H. Stephanus* suspicatur. *ῥάκος* tamen hic firmat etiam MS. *Salmantic.* qui hic, ut *Schottus* adnotavit, ita habet: *ῥάκος, ταινία ὀνομάζεται.* Iung.

ῥέκος] C. V. *τὸ ἐκ μέσων κρεμάμενον ῥάκος.* C. A. servat vulgatam, nisi quod *ῥάκος. Salmas. ἐν μέσῳ* et pro *ταινία* ex V. C. *καὶ νία o.* Kuehn.

ἐγχειρίδιον] *Remi manubrium. Iunius* nomenclatore. Iung.

οὐράκος] Uterque Codex *οὐρακός*, recte. Est enim idem quod *οὐραγός*, *caudae extrema pars*, qua ratione et *οὐραγὸς* dicitur qui in exercitu agmen claudit. Kuehn.

οὐράκος] MS. noster *οὐρακός*. adhuc aliter etiam apud *Calcagninum οὐράκος*. praeplaceat oxytonos ut in MS. Lexicographi omittunt, credo ne litem viderentur suam facere: ut et in pluribus aliis solent: quae tamen vel ponere sic satius erat, ut si alibi in eadem incideremus, locis inter se comparatis, eriperemur ignorantiae. Iung.

οὐράκος] *οὐραχὸς* Falck.

τὸ δὲ τελευταῖον] Confundere hic *Pollux* mali partes videtur, quae apud alios accuratius distinguuntur. *Athenaeus* enim *Δειπνοσοφ.* lib. XI. fol. 474. sic inquit: *τοῦ ἱστοῦ τὸ μὲν κατωτάτω πτέρνα καλεῖται, ᾗ ἐμπίπτει εἰς τὴν ληνόν. τὸ δ' οἷον εἰς μέσον, τράχηλος. τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει, καρχήσιον. ἔχει δὲ τοῦτο κεραίας ἄνω συννευούσας ἑφ' ἑκάτερα τὰ μέρη, καὶ ἐπίκειται τὸ λεγόμενον αὐτῷ θωράκιον τετράγωνον πάντη, πλὴν τῆς βάσεως καὶ τῆς κορυφῆς. αὗται δὲ προὔχουσιν μικρὸν ἐπ' εὐθείας ἑξωτέρω. ἐπὶ δὲ τοῦ θωρακίου εἰς ὕψος ἀνήκουσα, καὶ ὀξεῖα γιγνομένη ἐστὶν ἡ λεγομένη ἠλακάτη.* Horum verborum sententia haec est: *inferior mali pars pterna vocatur, quae in ληνὸν inferitur: medium vero τράχηλος* (collum:) *pars extrema, carchesium: sunt autem huic utrinque cornua sursum vergentia* (Dalechamp. antennae) *et huic mali pars θωράκιον* (Dal. corbis) *dicta incumbit, quae tota quadrata est, praeter basin et verticem; ipsa porro cornua fere directa plane*

protenduntur. Post θωράκιον (Dal. supra corbem) *vero pars est in altum vergens, et acuminata, quam ἠλακάτην* (Dal. colum) *vocant.* Patet itaque ex hoc loco *θωράκιον, ἠλακάτην*, et *καρχήσιον* diversas mali partes esse: quas *Pollux* confundit; aut potius temporum iniuria locus hic depravatus est. Gualth.

ταρσοὶ] C. A. *ταρσὸς*. versu sequenti idem pro *ληνὰς* habet *ο* supra posito *ληνὸς*. C. V. *ληκὰς, ληνὸς*. *Hesychio* inter alia notat, *κοιλότητας ἁρματίων δίφρων*. quidni et hanc *κοιλότητα*, cui inseritur malus? *Salmas.* ex C. V. *ληκὰς*. Kuehn.

91.

ληνὰς] Rectius ap. Athen. lib. 11. f. 474. *ληνός*. *H. Steph.* vid. et *Laz. Bayfium de re navali* p. 120. Seb.

ληνὰς.] In MS. *ληνός*. et sic credo locus recte habet, asteriscusque tolli potest. *ceu torcular, ut puto, dictum*, ait *Calcagninus*, quamvis *ληνὰς* habeat. *H. Steph.* ad oram sui codicis adnotarat: *ληνὸς Athen.* Et apud *Bayfium* etiam haec *Pollucis* verba laudantem, quum de partibus navis agit, clare est *ληνός*. nec aliud H. *Iunius* apud *Pollucem* adgnovisse videtur: sic enim in nomencl. Modius *Isidoro: Locus in quem malus immittitur*, *ἱστοδόκη Hom. ληνὸς Poll. Athen. μεσόδμη Apollon. Athenaei* locus est (ut et *Seb.* noster indicat) lib. xi. *τοῦ ἱστοῦ τὸ μὲν κατωτάτω, πτέρνα καλεῖται, ᾗ ἐμπίπτει εἰς τὸν ληνόν*. quem idem *Bayfius de re naut.* et *Steph.* in suo *thesauro* adfert. hicque ita rectius scribi dicit quam apud *Pollucem*. cui tamen, ut dixi, iam fide MS. eandem vocem reponere possumus. Iung.

ληνάς.] *ληνὸς* legit et Falck.

ἐναρμοζόμενον] Pro *ἐναρμοζόμενον*, apud *Bayfium*, ubi hunc locum adduci diximus, est *ἐναρμοττόμενον*. Iung.

πτέρνα] In C. A. fuit *πτέρναν*, sed erasum est ultimum *ν*. pro *αὐτῷ Salmas. αὐτοῦ*. Kuehn.

πτέρνα] Et mox *ἠλακάτη, θωράκιον, καρχήσιον*. has partes etiam vide interpretantem avum Camerar. *Comm. utr. lingu.* c. 879. Ait vero *Bayfius* dicto loco videri *Pollucem* confundere *ἠλακάτην* et *θωράκιον*, *quae*, inquit, *dilucidius videbis apud Athenaeum loco supra citato.* Sequitur itaque apud *Athenaeum*, post illa verba, quae retulimus, statim: *τὸ δ' οἷον εἰς μέσον, τράχηλος, τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει καρχήσιον· ἔχει δὲ τοῦτο κεραίας ἄνω συννευούσας ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη, καὶ ἐπίκειται τὸ λεγόμενον αὐτῷ θωράκιον τετράγωνον πάντη, πλὴν*

τῆς βάσεως καὶ τῆς κορυφῆς· αὗται δὲ προὔχουσιν μικρὸν ἐπ' εὐθείας ἐξωτέρω, ἐπὶ δὲ τοῦ θωρακίου εἰς ὕψος ἀνήκουσα, καὶ ὀξεῖα γιγνομένη ἐστὶν ἡ λεγομένη ἠλακάτη. quae et suis *παρεκβολαῖς* inserit *Eustathius* ad *Ὀδυσσ. α.* male *ἠλακάτη.* est vero apud *Calcagn.* et *Bayf. Etymologus* in *ἠλακάτη· σημαίνει καὶ τὸ ὑπερίσιον, ὅταν λέγηται, καθ' αὐτῶν λίνα ξεῦον ὑπηλάκατα τανύσαντες.* De *καρχησίῳ* navali plura et *Foesius Oecon. Hippocr.* ubi et *Pollucem* nostrum laudat. IUNG.

καρχήσιον] *Serv.* in l. V. *Virgil. Aeneid. Carchesia est summitas mali, per quam funes traiiciunt. Hesych. Καρχήσια, τὰ κέρατα τὰ ἐπάνω τῶν καταρτίων τῶν πλοίων, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἱστῶν.* forte legendum *κερατίων*, inquit *Sopingius.* malim *τῶν καταρτίων τ. πλ.* retinere. Sunt enim Carchesia cornua, quae in superiori parte mali sunt, malus autem dicitur *κατάρτιον*, recentioris Graeciae vocabulo. *Schol. brevia* in *Homer.* p. 19, 21. *Phavor. ἱστὸς, τὸ κατάρτιον.* forte, a *καταίρω*, in *portum appello.* KUEHN.

ἄτρακτος.] C. V. *ἄστρακτος.* KUEHN.

ἐπισείοντα] *Quasi minitabulum dixeris*, ait *Calcagnin.* IUNGERM.

καὶ ὁ μὲν] Itidem ut *Pollux Isidorus* lib. 19. c. 5. tria vela facit, ut notat *Brodaeus* ad lib. 1. *antholog.* initio fere capitis 56. IUNG.

ἀκάτιος] Alii Auctores *ἀκάτιον.* quam terminationem *Glossae* Veteres, quae sequuntur Glossas *Isidori* apud *Vulcan.* servarunt, dicentes: *achateon, velum maximum in medium navis*, et cymba, quae ab hoc velo, quod unicum habet, *ἀκάτιον* dicitur, non *ἀκάτιος*, unde forte in *Nostro* bis legendum *ἀκάτιον.* Nolim tamen istud asserere, ut certum. Notum enim est, quam lubricum sit in Graeca lingua genus vocabulorum definire in tanta dialectorum varietate. KUEHN.

ἀκάτιος.] Qui alios *artemon.* vide *Bayf. de re nav.* ubi de partib. navis agit. Ibi et de reliquis duobus velis habes. IUNG.

ἀκάτιος] *ἀκάτης Falck.* sed et *Hesychio ἀκάτιον* inter alia est *ὁ μέγας ἱστός.*

ἐπίδρομος] *Epidromos, quo verbo* accursorium *dixeris*, ait *Calcagnin.* IUNG.

δόλων] Apud *Festum* dicitur *supparum* vel *siparium*, ubi *Scaliger. Hesych. δόλωνες, οἱ μικροὶ ἱστοὶ ἐν τοῖς πλοίοις* etc. ubi in notis: *Ita et Pollux minimum in navi velum δόλωνα*

vocat, ut maius, ἀκάτιος, maximum, ἐπίδρομος. Verum nec *Pollux ἐπίδρομον* maximum velum dixit, nec dicere potuit, cum, ut ex *Glossis* Veterum patet, *ἀκάτιον* tale sit, *ἐπίδρομος* autem secundum *Hesych.* est *τὸ ἱστίον τὸ ἐν πρύμνῃ κρεμάμενον, ὃ καλοῦσι φάρον καὶ ἔλασσον.* Tantum abest ut sit maximum! In *collectis e Veterum Glossis, Dalum* (ex *δόλων* corruptum) *minimum velum navis.* KUEHN.

lipados] Potius *loepadus.* Expon. autem *λοίπαδος* genus veli nautici. SEB.

λοίπαδος] C. V. *λοίτασος* quod etiam in margine est C. A. in textu est. *καλεῖται δέ τις καὶ λοίπαδος.* unde *Salmas.* legit, *καλεῖ δέ τι καὶ σίπαρος, hoc est sipharus. Arrianus, σιπάρους ἐπαίρειν.* quod nimis recedit a *λοίπαδος*, propius esset, *λαῖφος*, si quid mutandum esset. KUEHN.

λοίπαδος] Pro *λοίπαδος* MS. *λοίτασος. Calcagninus* plane omittit, dum alia hinc refert. JUNG.

λοίπαδος] *Falckenb. λόγγασς.* quod tamen quid sit exputare non potui, nisi forte ex *Hesych.* vox haec depravata integre ita legenda: *λογγασία* vel *λογγασίη.*

τὸ κατὰ τὸν ι.] C. V. *τὸ δὲ κατὰ τὸν ἱστὸν, συμβολαί.* C. A. *συμβόλαιον.* quid si legendum *τὸ δὲ κάτω τῶν ἱστῶν, συμβολαὶ ima pars malorum, συμβολαί*, iuncturae, qua scilicet parte inseritur foramini quod *λῆνος* dictum supra, infra *ἱστοδόκος. C. Salmas.* etiam *συμβολαί.* KUEHN.

ἱστὸν etc.] P. V. *ἱστίον, συμβόλαιον· τὰ δ.* SEB.

ἄμβολα κ. σ.] Pro illis, *ἄμβολα, καὶ σύμβολα*, in MS. nostro solum: *ξυμβολαί.* Sic in *Pal. vet. Seb.* saltem *συμβόλαιον* fuit. Pro *κατὰ τὸν ἱστὸν* vero, quae antecedunt, *Salmantic. cod. κατόπιν τοῦ ἱστοῦ.* JUNG.

ἄμβολα κ. σ.] Vocem *ἄμβολα* non habet FALCK.

92.

κατάφρακτον etc.] *C. Salmas. κατάφρακτα τὰ πλοῖα.* KUEHN.

πυργοῦχοι] *Turrium falcra adplicantur*, interpretatur *Calcagninus. inaedificabantur ligna continentia turrim, Bayfius.* de turriculis istis v. *Meurs.* ad *Lycophron.* non ita longe a fine: et *Savilem de milit. Rom.* etiam sub finem fere, qui ad latera eas fuisse ait. JUNG.

ἐπ' αὐτῷ] Uterque Codex, *ἐπ' αὐτῶν.* C. V. addit *πυργία δύο.* deinde C. A. legit, *εὐώνυμος*, ac si *πύργος* praecessisset. KUEHN.

ἐπ' αὐτῷ] MS. noster aliter ac vulgati, sic nempe: *ἐπ' αὐτῶν πυργία δύο.* Nec minus recte, imo germane forte magis *Hesych. Πυργίον, μέρος τριήρους.* et *πυργοῦχος, μέρος τι τῆς νεώς.* Sic *πυργοῦχοι* fuerint nempe quibus ista *πυργία* vel *πυργίδια* inaedificabanttur et innitebantur. Iung.

κατάστρωμα] In *Glossis, fori transtra.* Kuehn.

κατάστρωμα] *Catastroma videtur esse tabulatum in navi superius, de quo Pollux,* ait *Rhodiginus* 21. antiq. 31. Sed tu vide *Bayfii de re navali* libellum eruditum, ubi de partibus navis agit. *Gloss. vett. κατάστρωμα, Forus.* Onomasticon Graecolatinum, quod *Vulcanius* cum *Glossariis* edidit denuo: *Fori, καταστρώματα.* Iung.

σταθμίδες] PP. *σταμῖνες. Hesych. Σταμῖνες, παραστάται, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς σχεδίας ὀρθὰ ξύλα, πρὸς ἃ αἱ σανίδες προσηλοῦνται, ἢ πάσσαλοι, παρὰ τὸ ἑστάναι. Etym.* ex *Aristarcho* alleg. vid. et *Schol. Hom.* ad v. 252. *Odys. ε.* ibidemque *Eust.* f. 221, 9. Seb.

σταθμίδες] *Uterque Codex σταμῖνες* quod *Hesych.* firmat: *σταμῖνες*, inquit, *παραστάται, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς σχεδίας ὀρθὰ ξύλα, πρὸς ἃ αἱ σανίδες προσηλοῦνται. Salmas.* C. MS. *σταμῖνες.* Kuehn.

σταθμίδες] Pro *σταθ.* MS. *σταμῖνες*, optime. quod *Seberus* noster ex suis PP. et auctoribus aliis confirmat: e quibus *Hesychium* et *Etymologicographum* quoque mihi notaveram. vide et *Suidam* in *σταμίνεσι· τοῖς ἐπιμήκεσι ξύλοις* exponentem. Iung.

ἑκατέρους] P. V. *ἑκατέρῳ.* Seb.

περιτόναιον] Uterque C. *περίτονον. Hesych.* vulgatae accedit, *περιτόνεον* (l. *αιον*) *μέρος τι τῆς νεώς.* Kuehn.

περιτόναιον] MS. *περίτονον*, pro vulgato *περιτόναιον.* Iungerm.

τὰ κάτωθεν] PP. *τὸ κάτωθεν.* Seb.

τὰ κάτωθεν] Post *νεώς* particula *τὰ* in MS. abest. ut vero noster versu praecedenti, sic et *Libanius* Declam. 31. *κοίλη ναῦς*, ubi doctiss. *Morellus* hunc *Pollucis* locum in Notatis suis laudat, et ita interpretatur, *κοῖλον σκ.* etc. *navis imum tabulatum, cymbae cavum, pavimentum.* Iung.

τὸν πρὸς] Pro *τὸν πρὸς*, in MS. *ταῖς πρ. τ.* mendose. Iungerm.

κωπωτήρια] P. V. *κωπητήρια.* P. R. *κωπητῆρα. H. Steph.* vereor, inquit, ne potius *κωπωτηρίαν* scribendum sit, ut dicatur *κωπωτηρία* in nom. gen. foem. Seb.

κωπωτήρια] C. A. *κωπωτῆρα*. C. V. *κωπητῆρα*. *Hesych.* *κωπητὴρ ὁ σκαλμὸς τῆς κώπης*. Kuehn.

κωπωτήρια] *κωπητῆρα* MS. noster, sicut et *Pal. recentior Seberi*, ex quo firmatur *Vulcanii* emendatio apud *Agath.* lib. 5. ubi: *καὶ ὥσπερ ἀκροστόλια καὶ προέμβολα ἐμιμησάμενοι, κωπωτῆρας ἐφ' ἑκατέρᾳ πλευρᾷ καὶ οἷον παρεξειρεσίας αὐτομάτους ἐμηχανήσαντο.* Rectius, ait *Vulcanius*, *κωπητήρας*. ubi quoque *παρεξειρεσίας* iungit, ut hic noster. *Pal.* tamen *vetustior Seberi* *κωπητήρια* apud nostrum *Pollucem* habet. *κωπητῆρα* vero ipsum scalmum (ut etiam *Scalmos* in *Agathia* reddit eruditiss. interpres,) potius significare ex *Hesychio* volunt. Id tamen miror statim ubi in *Agathia* sequitur: *καὶ πτύα ὡς πλεῖστα ταῖς ἐπικαλαμίσιν ἐντροπωσάμενοι* etc. *πτύα* reddi *paleas*. nec invenio illud *ξύλον ἐν ᾧ* (verba *Hesychii* in *πτύον*) *διαχωρίζουσι τὸν σῖτον ἀπὸ τοῦ ἀχύρου*, positum *ἀντὶ τῶν ἀχύρων*. An itaque forte error librarii e compendiosa scriptura, et legendum *πίτυρα*? Iudicent *οἱ ἑλληνικώτεροι*, quibus ego, qui vix *ἀκροθιγῶς* eam linguam attigi, subscribam libens. Iung.

παρεξειρέσια] P. R. *παρεξειρεσία*. *Schol. Thuc.* l. 4. f. 259. *παρεξειρεσία ἐστὶν ὁ ἔξω τῆς εἰρεσίας τῆς νεὼς τόπος, καθ' ὃ μέρος οὐκέτι κώπαις κέχρηνται. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἀκρότατον τῆς πρύμνης καὶ τῆς πρῴρας.* Item lib. 7. f. 513. *παρεξειρεσία ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν πρῴραν πρὸ τῶν κωπῶν. ὡς ἂν εἴποι τις τὸ παρὲξ τῆς εἰρεσίας.* Seb.

παρεξειρέσια] C. A. *παρεξερίσια* quod *Salmasius* etiam affert. Kuehn.

παρεξειρέσια] MS. *παρεξειρέσεια*. Iung.

ἄντλον] *Hesych. ἀντλεία* (l. ex *Phavor. ἀντλία*) *σκάφη, ἐν ᾗ μαλάττουσι* (l. iterum ex *Phav. μάττουσι. depsunt*) *καὶ τοῦ πλοίου τὸ σκαφίδιον, καὶ ἡ ἀντλία, σκάφος ὑπέραντλον*, non est *navis inexhausta*, sed sentina praegravis ita, ut periculum submergendi incurrat. vid. *Dion. Cass.* p. 475. Kuehn.

ὑπέραντλον] Mendose MS. *ὕπερτλον*, emendavitque quis *ὑπέραντλον*. Ibid. MS. *ἡ δὲ ἀν.* Titulus sequentis sectionis nullus est in MS. sed ea continuantur cum praecedentibus. Iung.

εὐδίαιος] *Hesych.* dicit esse *τρήματα ἐν τοῖς πλοίοις γινόμενα διὰ τοὺς ὄμβρους* per ea scilicet foramina aqua infesta navibus effluit. Kuehn.

93.

ἱστοδόκη, κεραία] Vid. *Schol. Apoll. Rhodii* ad v. 565. lib. 1. *Argon.* ubi describuntur sequentia nomina: *ἱστοδόκη, πρότονοι, ἡλακάτη, καρχήσιον, ἰκρίον, σανιδώματα, περόναι, τροχοὶ, κάλωες, μεσουρίαι, πόδες, πρόποδες, τέρθριοι.* Et demum ex *Eratosthene* dicuntur *μέρη ἱστοῦ. πτέρνη, θωράκιον, ἡλακάτη, καρχήσιον, κεραία, ἰκρίον.* Seb.

κάλωνες] *κάλωες. Apol.* lib. 1. v. 566. Seb.

κάλωνες] C. V. addit *καὶ κάλοι.* in C. A. in textu etiam fuit, *κάλωνες*, unde factum *κάλω* vel *κάλως*, margo habet *κάλοι.* Scribitur varie pro variis Dialectis hoc nomen, ut, *κάλωνες, κάλωες, κάλως* et *κάλος κάλοι. πάντα κάλων κινεῖν* pro *κάλωνα. Hesych. κάλων, κάλον ἀπ' εὐθείας τῆς κάλως λαμβάνεις τὸ σύνηθες.* quorum verborum sensus hic esse videtur: *κάλων* accusandi casum sumendum esse a gignendi casu *κάλως*, et intelligi commune illud, funis scilicet nauticus, *rudentes.* in trito scilicet proverbio, de quo dictum. Gl. *Philoxeni, rudentes, κάλοι*, aliud, *funis, κάλως, σχοῖνος. Salmas. κάλωες.* Kuehn.

κάλωνες] Pro *κάλωνες*, MS. *καὶ κάλοι.* Sic noster mox segm. 94. *οἱ κάλοι* et eodem hoc libro segm. 107. *ἅπασι κάλοις.* et X, 134. Sic *Theophylact.* illud quod apud antiquiores aiunt fuisse in usu, potius voluit *ἀπορ. φυσ. δ.* ubi *περὶ τῆς νάρκης· τοῖς κάλοις ἐφελκομένη.* Et mox de aliis etiam funiculis, non nauticis. *κάλοις γὰρ αὐτὴν (τὴν φοίνικα) περιδεσμοῦσι τῷ ἄρρενι.* Iung.

κάλωνες] *κάλοι* Falck.

πρότονοι] Vid. *Hesych.* hac voce et *Phavor.* in *κάλωας.* Kuehn.

πείσματα] *Hesychio* aequipollent *πείσματα, σχοινία ἀπόγεια, πρυμνήσια, περιβόλαια.* Kuehn.

ἀπόγαια] Non est in C. A. quia idem videtur esse cum sequenti *ἀπόγεια.* Kuehn.

ἀπόγεια] In MS. deest *ἀπόγεια:* et pro *ἐπίγαια*, ibi est *ἐπίγεια*, ut infra X, 134. Iung.

alterum γ πλεονάζει, cum κ vero vix alibi reperias. ἀσπάραγος autem linguae communis, ἀσφάραγος Atticae dialecti esse tradit auctor *Etymol.* Caeterum infra VI, 54. (ubi pr. ed. ἀσφάραγγος ὁ ἀκανθίας, ὅρμενος ἥμερος, ἀσφάραγος) ductu *Eustath. Iliad.* f. 857. v. 16. et 1302. v. 7. et *Nunnesii* in *Phrynich.* pag. 20. restitui, ἀσφάραγος, ὁ ἀκανθίας ὅρμενος. ἥμερος, ἀσπάραγος. Praesertim cum *Plinius* quoque diserte affirmet, asparagum silvestrem a Graecis *orminum* vocari, lib. XIX. cap. 9. item ab Atticis *orminium*, lib. XX. c. 10. (tametsi de sententia *Nunnesii* utrobique ex scriptoribus Graecis *ormenon* reponendum) et *Athenaeus* referat lib. II. fol. 62. *Diphilum* scribere, ὡς ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος, λεγόμενος ἰδίως ὅρμενος, εὐστομαχώτερός ἐστιν. Id ergo si placuerit erudito lectori, haud dubitem, quin et hoc loco similiter distinguendum: sin vero, nec mihi placeat. *Dodonaeum* equidem video asparagum hortensem promiscue ἀσπάραγον et ἀσφάραγον· silvestrem vero μυάκανθαν (*Plin. Myacanthon* dicit XIX, 9.) h. e. *muris spinam*, et ἀσπάραγον πετραῖον, sive petraeum asparagum nominare, pempt. 5. lib. IV, cap. 13. Nec *Galenus* ex ista scripturae diversitate rei significatae, sed tantum dialecti varietatem statuit lib. II. περὶ τροφ. δυν. fol. 333. Tum MSS. hoc loco omnes: ἀσφαραγὶς μέντοι ὁ ἀκανθίας λέγεται. ὅρμενος δὲ ὁ ἥμερος. Verum (quantum ad textum et MSS.) si ὅρμενος, ut *Plinius* docet, silvestris asparagus est, rectene dicitur quod ὅρμενος ὁ ἥμερος? si ὅρμενος silvestris proprie ὁ ἀπὸ τῆς κράμβης, ut testatur *Diphilus*, quomodo in textu? ἥμερος, ὁ ἀπὸ τῆς κράμβης καλούμενος: nisi hic fortasse κράμβη ἡ ἥμερος, illic vero ἡ ἀγρία (*Dioscor.* II. cap. 116. et 117.) intelligenda. Iudicium penes aequum lectorem esto. Seb.

ἀσπάραγγος. ἀσπαραγγὶς] C. A. ἀσφάραγκος. ἀσφαραγγὶς μέντοι ὁ ἀκανθίας λέγεται. ὅρμενος δὲ ὁ η. γογγυλίς. C. V. ἀσφάρακος, ἀσφαραγὶς μέντοι ὁ ἀκανθίας λ. Kuehn.

ἀσπάραγγος, ἀσπαραγγὶς] MS. ἀσφάρακος. ἀσφαραγὶς μέντοι ὁ ἀκανθίας λ. Vide *Nunnes.* ad *Phrynich.* in ἀσφάραγος. et infra VI, 54. varie enim de his grammatici. Iung.

ἀκανθᾶς] Certe hic ἀκανθίας scribendum, ut habet MS. patet et ex iis quae infra VI, 54. Iung.

ὅρμενος] Scribes et ὅρμενος, ut MS. et infra est VI, 54. De hoc loco vid. pariter *Nunnes.* ad *Phrynich.* in ἀσφάραγος. *Cael. Calcagn.* 5. Epist. 5. notat *Iul. Pollucem* a *Plinio* in diversum abire in eo, quod silvestrem asparagum ἀσπα-

ραγίδα (sic enim habet) sativum autem *ὄρμενον* appellari testatus fuerit. IUNG.

ὁ ἀπὸ τῆς κράμβης] Verba: *ὁ ἀπὸ τῆς κράμβης καλούμενος*, absunt a MSS. SEB.

ὁ ἀπὸ τῆς κράμβης] Desunt in MS. ista: *ὁ α. τ. κ. κ.* IUNGERM.

καλούμενος] *Sylb.* pro *καλούμενος* magis videtur probasse *καυλός*. Hoc enim ascripsit, inducto illo. SEB.

καλούμενος] Lege *ἐκκαυλούμενος, qui crambis cauli eximitur.* est enim *τὸ ἐντὸς κύημα τῆς κράμβης, interior pars crambis, cyma* vocant. vid. *Hesych.* in *ὄρμενος*. verba tamen haec *Pollucis* nec in C. A. extant. KUEHN.

καλούμενος] *H. Steph.* hic ad oram pro vulgato *καλούμενος* notavit: *καυλὸς f.* cui coniecturae credo partim occasionem dedisse quae infra VI, 54. IUNG.

γογγυλὶς] MS. *γογγυλὶς καὶ τὰ ὅμοια.* cetera huius paginae non habet. IUNG.

κολοκύνθη] Infra VI, 55. *κολοκύνται.* Scribitur utroque modo *κολοκύνθη* et *κολοκύντη*. Etiam *κολόκυνθα* reperitur apud *Diosc.* II, 162. et IV, 178. Item apud *Iustin. M.* dial. cum Tryphone. Sed et *κολοκυνθὶς*, apud *Aretaeum.* Hinc *κολοκύνθινος* apud *Lucian.* D. H. SEB.

κατέρικτα] Scribitur etiam *κατέρεικτα*, itaque excusum infra VI, 61. e MS. *Palat.* cum alias editi haberent: *κατερυκτά.* Hoc loco MSS. prorsus tacent. SEB.

κατέρικτα] Lectio proba. vid. *Hesych.* in *Ἐρικτά.* Gl. *faba fressa ἐριγμὸς*, nec tamen improbandum *ἐρεγμὸς, ἐρεικτὰ*, ab *ἐρείκω*, est enim *διφορούμενον.* vid. pag. seq. KUEHN.

φακὴ] *Dodonaeus:* Graecis *φακὸς ἡ φακή.* Latinis *lens* et *lenticula.* pempt. 4. lib. II. cap. 16. Alias scribitur *φακὴ*, ac distinguitur a *φακὸς* quod per hanc vocem lens cruda, per illam vero cocta sive pulmentum e lentibus (*ἔψημα φακοῦ*, ut est *Gen.* 25, 34.) designetur, cuius exemplum apud *Laërt.* lib. VI. p. 388. *περὶ φακοῦ* autem *Diosc.* lib. II. c. 129. SEBERUS.

ὠχροὶ] Illud *ὠχροὶ*, potius scriptum invenias *ὦχροι. φασίολοι*, quod versu pen. *H. Iun.* hinc promit nomencl. *Phaseolus.* IUNG.

κνίκος] Sic *Diosc.* IV, 190. et *Aristot. histor. anim.* V, 19. sed apud *Hesych. κνῆκος*, quam scripturam praefert *H. Steph.* motus serie alphabetica apud *Hesych.* praesertim cum et apud alios ea reperiatur, nec non et *Cnecinum* apud

Plin. Locus est lib. XV. cap. 7. Sed ibi ascriptum in margine *Cnidinum*. Libro autem XXI. cap. 15. et 32. *Cnicus* extat. *Dodonaeus* pempt. 3. lib. II. cap. 5. *κνίκον καὶ κνῆκον* Graeci, Latini similiter *Cnicum* et *Cnecum* vocant. Seb.

ῥούστραχοι] Quid sibi velit hoc vocabulum et utrum corruptum sit, necne, nondum video. sequens *Hesych.* legit *Ἄρακοι. Cl. Salmas.* legit *στροῖς ἄρακοι.* forte legendum *ῥούστραχοι*, i. e. *herba sylvestris foliis myrti* etc. *Plinius Rhus* vocat lib. XXXIV. cap. 11. *ῥάχοι* sunt *virgae myrti Hesychio.* optimum est dividi vocem in *ῥοῦς* et *ῥάχοι· ῥοῦς* est arbuscula in petrosis nascens locis, *ῥάχος* vero palus spinosus sepibus adhibitus. vid. supra segm. 225. Kuehn.

ῥούστραχοι] Quid *ῥούστραχοι*, quaerendum. Immo non quaerendum amplius, sed emendandum ut *Salmasius* noster me docuit: *ῥοῦς, τραγοί.* qui et adfert versus *Antiphanis* in *Leucade: — σησάμου, λίτρου, κυμίνου, ῥοῦ, μέλιτος, ὀριγάνου.* (infra VI, 66.) et *Alexis in Lebete: κορίανον, αὖρον, ῥοῦν, κύμινον, κάππαριν.* (ib. a 37.) eodem modo videas iunctim legi *ῥοῦν* et *κύμινον*, ut in hoc *Pollucis. τραγοί*, ait dein amicus noster, *genus etiam leguminis, cuius mentio in epigrammate Iuliani parabatae. Isidori glossae, tragum inter legumina.* cui addo locum *Artemidori*, quem inveniebam lib. I. onirocr. c. 70. de leguminibus. *χόνδρος δὲ καὶ τραγὸς, ἐπεὶ τρόφιμοί εἰσι. διὰ τοῦτο καὶ κερδαλέοι.* Iung.

ῥούστραχοι] *Falckenburgius ῥοῦς* tantum, deleto quod ei adhaeret *τράχοι.*

ἀράκη] In MS. deest *ἀράκη*, aliis est *ἄρακος*. nisi tamen quis contendat *ἀφάκη* legendum, de qua invenies inter *ὄσπρια* e Phania Eresio *ἐν τοῖς περὶ φυτῶν*, apud *Athenaeum* lib. IX. Iungerm.

ἀπὸ μὲν κριθῶν] PP. *ἀπὸ μέντοι κρ.* Et mox *πτισσάνη.* Seberus.

ἀπὸ μὲν κριθῶν] MS. *ἀπὸ μέντοι κ.* dein *πτισάνη.* et desunt, *καὶ ἄλφ.* Iung.

πτισσάνη] C. A. et V. *πτισάνη.* ab hordeo venit ptisana, et farina a frumento, *χόνδρος, alica* et *simila.* Kuehn.

ζειὰ] A. et P. V. *ζειαί.* A. etiam *σίσαμα.* P. R. *σήσαμος.* sed neutrius scripturae alibi reperio exempla: tametsi Latine etiam dicatur *Sisamum:* siquidem vere *Dodonaeus:* Graeci *σήσαμον*, Latini quoque *sesamum* ac *sisamum*, nonnunquam foeminino genere *sesamam* nominant. pempt. 4. lib. II. cap. 22. Seb.

ζειαὶ] *ζειαὶ σ. κέγχροι.* hucusque C. A. caetera desunt, et ita C. V. legit ultima. *Gloss. far farra, ζειὰ, ὄλυρα, σῖτος.* vid. *Galenus περὶ τροφῶν δυνάμεως.* Kuehn.

ζειὰ] MS. *ζειαὶ, σ. κέγχροι, καὶ τὰ ὅμοια.* Sine reliquis quatuor voculis. Iung.

μήκων, λῖνος] Absunt a MSS. Mox scr. *ἄμυλος ἄρτος* absque inciso. Seb.

λῖνος] Legerem *ἄλιμον*, de quo interpretes ad *Hesiodum;* vel, si hoc remotius est, *σέλινον.* Kuehn.

λῖνος] Annon *λῖνος* in *λίνον* mutandum? *λῖνος* enim de alia re dicitur, quam de quibus hic agitur, ut supra segm. 58. Iung.

ἄμυλος, ἄρτος] Prior editio *ἄμυλος ἄρτος* absque interpunctione habuit, si forte quis additam minime velit. et infra etiam VI, 72. *ἄμυλοι ἄρτοι.* videtur tamen hoc modo potius sub sequenti *τμήματι* collocandum fuisse. Iung.

248.

ἐρεῖς δὲ, κεγχριδίας ἄρτ. etc] MSS. *ἄρτος δὲ ἐρεῖς κεγχ.* P. V. *κεγχρυδίας*, quasi vellet *καγχρυδίας*, quomodo est infra VI, 55. et 72. etiam in P. R. et A. tametsi A. priore loco *καχρυδ.* quod ipsum quoque non improbatur. Et mox hic sequitur, *ἀθάρη ἐκ καγχρυδίου. Κεγχρίας* autem vel *κεγχριδίας* panis emilio a quibusdam sine testimonio exponitur. *H. Steph. ἔρπητος κεγχρίου* e *Galeno* meminit, et *κεγχριδίου ὄφεως* e *Dioscoride:* sed *ἄρτου* non item. Seb.

ἐρεῖς δὲ, κεγχριδίας ἄρτ. etc.] C. A. *καγχρυδίας.* totum locum ita legens: *ἄρτος δ' ἐρεῖς καγχρυδίας*, et sic sequens vocab. habet C. V. Kuehn.

ἐρεῖς δὲ, κεγχριδίας ἄρτ. etc.] Sequitur in MS. absque novo titulo: *ἄρτος δὲ καχρυδίας, καὶ ὀβ.* absque *κεγχρίας.* Sic et ubi de panum speciebus proprie tractat, infra VI, 72. *καγχρυδίαι*, ubi etiam MS. *καχρυδίαι.* ibi vero *κεγχριδίου ἄρτου*, sive *κεγχρίου* nulla mentio: quamvis ex illo *σπερματίῳ* panes confici quoque potuisse quis negat? Confirmat MS. lectionem et *Tzetzes Chiliad.* VII. v. 74. *ὁ καχρυδίας ἄρτος μοι, λέγων, καὶ ὀβελίας.* quamvis male sit excusum *καρχυδίας.* nominatim autem *Pollucem* citat ibi et hunc locum respexit, omnes eius versus infra adscribam de pane obelia ad VI, 75. Iung.

Panis vernalis] *ὀβελίας ἄρτος* panis in veru assatus, ut *Hesychius* interpretatur. *Ein Spiesskuche*, vel obolo emtus. Nam et *Demosth. πρὸς Φορμίωνα* panes obolo emtos refert. *Matth. Hostus* lib. III. rei numm. vet. p. 457. Seb.

κολάβους] P. R. et A. κολλάβους. *Suid.* Κόλαβος ὁ μικρὸς ζωμός. Et statim inde: κολλάβους, (nisi quod series alphabetica videtur monere, κολάβους scribendum, sicut et haud aliter inde citat *H. Steph.* in Ind. Thes. Graec.) τοὺς ἄρτους, τοὺς ἐοικότας τὴν πλάσιν τοῖς κολλάβοις τῆς κιθάρας. οἱ δὲ, εἶδος πλακοῦντος τετραγώνου, ἢ ἄρτου μικροῦ, παρὰ τὸ ἐκ μεγάλων κολλυβίζεσθαι. κόλλαβοι γὰρ, τὰ τῶν χορδῶν ἐπιτόνια. Seb.

κολάβους] C. V. κολλάβους. Kuehn.

κολάβους] MS. κολλάβους. ut et infra est VI, 72. et apud *Suid.* Iung.

ἀθάρη] P. R. ἀθάρα. quod linguae communis est: ἀθάρη autem Atticae dialecti, ἀΰρα Aeolicae, ut tradit *Schol. Aristoph.* fol. 56. Seb.

ἀθάρη] MS. ἀθάρη, ἐκ καχρυδίου, deest dein πανοσπρία. Pro πυριάτης, MS. πυριάτη. Sic et infra, ubi de eodem agitur, et πυριάπη est, MS. πυριάτη VI, 54. Iung.

καγχρυδίου] A. et P. R. καγχρ. etiam sic reperitur. Seberus.

καγχρυδίου] C. A. ἢ ἐγκαγχρυδίου πυριάτη, de ultimo *Scholia Aristoph.* in *Vespis* pag. 336. C. V. καγχρυδίου. Kuehn.

πανοσπρία] *Hesych.* et *Suid.* πανόσπρια. Seb.

κρίμνα] C. V. κρημνά. Kuehn.

κρίμνα] MS. κρημνά, vide et infra VII, 21. locum hunc laudat *Brod.* ad lib. I. antholog. sub finem c. 34. ubi v. Iungerm.

κυρίβια] Sic quosdam et apud *Hippocr.* legere inquit *A. Foesius*: libroque II. de diaetae pag. 93, 8. κυβήρια extare, sed ipse mendum esse suspicatur, et κυρήβια legendum, quam scripturam caeteris etiam *Henr. Steph.* praefert. vid. huius Thes. illius oecon. *Hippocr.* Seb.

κυρίβια] C. V. κυρίκια. Kuehn.

κυρίβια] De κυριβίοις vero vide *Foes.* in Oecon. *Hippocr.* in κυρήβια. Iung.

οἶνος] A. et P. V. οἴνου ἔπαινος. ἡδύς. Seb.

οἶνος] Hic in C. A. praemittitur titulus: οἴνου ἔπαινος. δευτερίας. *Hesych.* in Δευτερίναρ. et *Galenus* l. c. οἶνος ἐξεσηκὼς, *fugiens mucidum vinum.* Kuehn.

οἶνος] Post καυλότατα in MS. novus titulus: οἴνου ἔπαινος. et τμῆμα incipit: Ἡδύς, prioribus voculis duabus omissis. Iung.

ἐκτροπίας] C. V. *τροπίας ἐντροπίας*. in *Gl.* *ἐκροπίας*, redditur, *Vappa*. KUEHN.

ἐκτροπίας] MS. pro *ἐκ τροπ.* habet, *τροπίας, ἐντροπίας*. bene vero *Hesych. Suid.* *ὀξίνης* est omissum. IUNG.

249.

περὶ βουκολίων etc.] A. et P. V. *τῶν κατ' ἀγροὺς ὀνόματα. βουκόλια* etc. SEB.

περὶ βουκολίων etc.] C. A. *βουκολιῶν*. Ipsum segm. prioribus omissis incipit *βουκόλια*. vid. *Phavor.* in *βουκόλια* et *Serv. in Aeneid. Virgil.* pag. 442. KUEHN.

περὶ βουκολίων etc.] Titulus huius sectionis in MS. iste: *Μέρη τῶν κατὰ ἀγροὺς ὀνομάτων*. ipsa incipit: *Βουκόλια* etc. IUNG.

οἱ βόες] MS. *αἱ βόες*. IUNG.

βουαύλια] MS. *βουαύλια*. IUNG.

250.

ποιητὴς] *Homerus Odyss. ι.* v. 221. Non autem is *μεσάτας* sed *μετάσσας* dicit *κατὰ πλεονασμὸν τῆς μέσης συλλαβῆς*, ut *Eustath.* monet fol. 549. SEB.

ποιητὴς] *Homerus Odyss. ι.* v. 221. KUEHN

μεσάτας] C. V. *μετάσας*, et ita *Homerus μέτασσαι*. KUEHN.

μεσάτας] MS. *μετάσσας* pro *μεσ.* nil melius. Sic enim *ὁ ποιητὴς Ὀδυσσ. ι.* v. 221.

χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασσαι
χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι.

μέτασσαι, ait ibi *Eustathius*, *ὅ ἐστιν αἱ μέσαι κατὰ πλεονασμὸν τῆς μέσης συλλαβῆς* etc. IUNG.

ἔρσας] MS. noster *ἔρσας*. IUNG.

οἵων] Mendose *ἴων*, pro *οἵων* MS. idem dein *κτιλός*. IUNGERM.

ῥήματα] MSS. *πράγματα*. SEB.

ῥήματα] *πράγματα* etiam C. A. KUEHN.

ῥήματα] MS. *πράγματα*, pro *ῥήμ.* IUNG.

ὅταν] MS. *ὅτ' ἄν*. IUNG.

αὐτῶν γάλα] MS. *αὐτῶν τὸ γάλα*. IUNG.

βδάλλειν] C. V. *βάλλειν*. C. A. *βδάλλειν*. *Dio Chrysostom.* in orat. *Caelenis habita, βδάλλειν*. KUEHN.

βδάλλειν] MS. *βάλλειν καὶ α*. IUNG.

251.

τυροκοπεῖν] Non est in C. A. KUEHN.

τυροκοπεῖν] Deest *τυροκοπεῖν* a MS. IUNG.

πηγνῦναι] *πηγνύναι* MS. IUNG.

καὶ τρέφειν] Deest in C. A. KUEHN.

καὶ τρέφειν] Desunt in MS. *καὶ τρέφειν*. Verum *τρέφειν* hic idem fuerit quod *πηγνύναι*. unde *περιτρέφεται γάλα* apud *Homerum*, quod coagulatur, ut *H. Steph.* notavit ex *Eustathio* in thes. suo. Adprobat idem *Hesychius*, apud quem et simplex clare expositum ita videas, ut MS. si visum fuerit in *Polluce* capere: *τρέφειν, ἔχειν*, (sic interpungo, ubi male non interpungitur.) *πηγνῦναι· καὶ τρέφεται ὁμοίως.* ait *Hesych.* et plura *Suidas* in *τρέφεσθαι*, quem vide. IUNGERM.

ὀῤῥὸς] C. V. pro *ὀῤῥὸς* legit *ὀρὸς*, male. KUEHN.

ὀῤῥὸς] MS. *ὀρὸς*, et *γαυλοί*. quae ambo et apud *Homer.* ita dicto lib. X. *Odyss.* v. 222.

νᾶον δ' ὀρῳ̃ ἄγγεα πάντα,
γαυλοί τε σκαφίδες τε τετυγμένα, τοῖς ἐνάμελγεν.

Vid. *Eustath.* ibi. IUNG.

ταρσοὶ] Abest a C. A. *ταρσοί*. KUEHN.

ταρσοὶ] Deest *ταρσοὶ* in MS. dein scribe *τάλαροι*. ut est in MS. IUNG.

συβωσία] P. R. *συβοσία*. *H. Steph.* si synonyma *συβωσία*, *συφεοὶ*, *χοιροκομεῖα*, scribendum erit potius *συβώσια*, (et sic expresse habet P. V.) ut idem sit cum *συβόσια* (quomodo est in A. etc. sin *συβωσία* mendo caret, significabit *suum*, vel *porcorum pasturam: porculationem*, *porcorum nutricatum* ut *Varro* loquitur lib. II. Rei Rust. cap. 1. SEB.

συβωσία] C. A. *συβωσίαι*. KUEHN.

συβωσία] *H. Steph.* hic ad vocem *συβ.* in margine: *f. συβώσια.* vid. et eius thesaurum. MS. habet *συβόσια*, quod reponamus. Ita enim et infra IX, 16. *Hesych. Συβόσια, συοφόρβια. Suid. Συβόσιον, τὸ χοιροφορβεῖν. Homer. Odyss.* ξ. (quem locum et *Steph.* attulit in thesauro, ut et *Suid.*)

τόσσα συῶν συβόσια, τόσσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν.

quem versum sine dubio suavissimus *Heliodorus* allusit, ut solet, lib. IX. Aethiopic. paulo longius a fine: *πλεῖστα δὲ αἰγῶν αἰπόλια, καὶ συῶν συβόσια.* IUNGERM.

σύφοι] Sic et infra VII, 187. in vulgatis: habet sic et *Stephanus* quum hunc locum in thes. voce *συβωσία* adfert: et idem tamen mox habet *συφὸς, οῦ*, ex *Pollucis* hoc loco, ut ait, quem hinc citavit. et malim sane *συφοὶ* oxytone, ut MS. habet infra VIII. 16. quemadmodum et *συφετοὶ* et *συφεοὶ* ibidem. IUNG.

χοιροκομεῖα] *H. Steph.* synonyma putat *χοιροκομεῖον*, et *χοιροφορβεῖον*, per quod posterius *Suid. συβόσιον* exponit. (*ἐρεγμὸς ὑῶν.*) *Interpr. pabulum suum:* forte quia vox isthaec de faba fressa fractaque aut aliis leguminibus dicitur. Sed *H. Steph. εἰργμὸς* vel *ἔργμα* legendum putat: astipulanturque illi nonnihil P. V. et A. in quibus *ἐργμός*. Seb.

ἐγερμὸς] C. V. *ἐργμός*. Kuehn.

ἐγερμὸς] MS. *ἐργμὸς ὑῶν.* quod sane ad *H. Stephani* coniecturam proxime accedit, qui hic in margine ait forte emendandum *εἰργμός. ἔργετος* et *ἔργμασι* de huiusmodi *περιφράγμασιν* habes etiam apud *Hesych.* Iung.

σῦες τέλ. etc.] P. R. *σύες τέλ. καὶ ὗες.* Seb.

σῦες τέλ. etc.] MS. *σύες τ. καὶ ὗες ἀγ.* Iung.

ὗες ἀγάλ. etc.] C. A. *ὗες γάλακτος κ. γ. καὶ δέλφακες τὰ ὀψίγονα κ. μ.* C. V. *ὗες ἀγάλ. γαλαθηνοὶ, καὶ δέλφακες καὶ τὰ ὀψ. μετ.* Kuehn.

γαλαθηνοὶ] Post *γαλαθηνοὶ*, in MS. a manu, puto, recentiore ad oram est adnotatum ut inseratur: *καὶ δέλφακες.* Sane et infra *δελφάκια* habes VII, 187. ubi eadem tractat. Iungerm.

252.

περὶ ἀρότρου μερῶν.] P. V. *περὶ μερ. ἀρ.* A. *ἀρότρου μέρη.* Seb.

περὶ ἀρότρου μερῶν.] C. A. *ἀρότρου μέρη.* Kuehn.

περὶ ἀρότρου μερῶν.] Capitis huius titulus in membrana: *Ἀρότρου μέρη.* Iung.

περὶ ἀρότρου μερῶν.] Videndus *Hesiod.* *Ἔργων β'.* v. 45. etc. ex quo placet adscribere, quae habet ad illum locum *Proclus.* Ita autem ille: *Περὶ ἀρότρου κατασκευῆς ἐν τούτοις διδάσκει* (*Ἡσίοδος*), *καὶ δεῖ εἰδέναι τίς ἡ ὕννις, τί τὸ ἔλυμα, τίς ὁ γύης, τίς ὁ ἱστροβοεύς, τίς ἡ ἐχέτλη, ἐξ ὧν ἐστι τὸ ἄροτρον. ἡ μὲν οὖν ὕννις ἐστὶ τὸ σίδηρον αὐτὸ τὸ ἐν τῷ ἀροτριᾶν σχίζον τὴν γῆν. τοῦτο δὲ τῷ ἐλύματι περιήρμοσται ἄνωθεν ἐμβεβλημένον εἰς αὐτὸ τὸ κοῖλον ὄν. τὸ δὲ ἔλυμά ἐστι τὸ ἐμβληθὲν εἰς τὸ τὴν ὕννιν κατέχον ξύλον κατὰ τὸ ἄκρον, ὃ καλοῦσι νύμφην, ὃ κατὰ θάτερον μέρος τὸ ἄνω συγγεγόμφωται πρὸς τὸν γύην. ὁ δὲ γύης ξύλον ἐστὶ μακρὸν ἔχον οὐ πορρῶ τοῦ ἐλύματος, ὀρθὸν ἐμπεπηγὸς ξύλον ἐν αὐτῷ, ὃ κατέχοντες οἱ ἀροτριῶντες ὅλον κινοῦσι τὸ ἄροτρον, καὶ διὰ τοῦ ἀρότρου τοὺς βόας· καὶ τοῦτο τὸ ξύλον καλεῖται ἐχέτλη. τούτῳ δὲ τῷ γύῃ ἐμπέπηγεν ἄλλο ξύλον μεῖζον κατὰ τὸ ἕτερον μέρος τὸ ἄκρον ἕως τοῦ ζυγοῦ διῆκον τοῦ ἐπικειμένου τοῖς ὤμοις τῶν βοῶν καὶ ζευγνύντος αὐτούς, ἐμπέ-*

πηγε δὲ σφηνωθὲν διά τινων σφηνισμῶν. εἰ μὲν οὖν ἓν ξύλον ἦ τὸ ὅλον ὁ γύης μέχρι τοῦ ζυγοῦ ἀπὸ τοῦ ἐλύματος, καλεῖται τὸ ἄροτρον αὐτόγυον. Ἐὰν δὲ μικρότερος ᾖ τῆς χρείας ὁ γύης, ἐνσφηνοῦται τὸ ἕτερον αὐτῷ ξύλον τὸ συνάπτον αὐτὸν καὶ τὸν ζυγὸν, καὶ καλεῖται τὸ μὲν ὅλον πηκτὸν, τὸ δ' ἐνσφηνωθὲν ἑστοβοεύς. Haec prolixiora equidem sunt, veruntamen quoniam Nostrum illustrant, in paucorum vero manibus illa scholia versantur, ideoque illa exscribere non piguit.

ἐχέτλη] P. R. *ἐχέτλην καλοῦσιν.* Seb.

ἐχέτλη] Apud *Nonium bura.* in *Gloss. stiva*, *buris.* Kuehn.

κοῖλον] C. V. *κοῖλον* in *κῦλον* mutat. Kuehn.

κοῖλον] *κῦλον α.* MS. Iung.

καθ' ὃ] P. R. *ᾧ τὴν χ.* Seb.

καθ' ὃ] C. A. *ᾧ.* Kuehn.

χειρολαβής. οὗ etc.] MS. *χειρολαβίς. οἷοις δὲ ἐμπ.* Recte illud *χειρολαβὶς*, quod etiam *H. Steph.* ita emendandum vidit hic et in thesauro. vulgatum sequutus est et *Rhodiginus* XXVI. ant. 5. aratri partes explicans, et haec Latine exponens: ubi *chirolabes* habes. Iung.

ἀλύη] *ἀλύει* C. V. Kuehn.

ἀλύη] MS. *ἀλύει.* Iung.

ὕννις] A. *ὖνις.* Seb.

ὕννις] Alterum *ν* abest a C. A. sequentia vero exhibet: *ᾧ δὲ ὑμὸς ἥρμοσται.* Kuehn.

ὕννις] MS. *ὖνις.* Iung.

τὸν γύην] C. A. *τὸ γύον. Gl. γύης ὕνεως, Dentale. γύας ὁ τοῦ ἀρότρου, dens aratri.* Kuehn.

ἐχέβοιον] C. A. *ἐχέβοτον.* vid. *Hesych. Phavorin.* in *μέσηβα*, *ἔλυμα*, et *πηκτὸν ἄροτρον.* Kuehn.

μεσάβοιον] Sic habet et MS. *H. Steph.* ad hanc vocem hic adscripsit *μέσαβον*, credo quod sic legere mallet. Iung.

καταλαμβάνουσι δὲ αὐτὸν] A. et P. V. *αὐτὸ.* Seb.

καταλαμβάνουσι δὲ αὐτὸν] C. A. et V. *κ. δ. αὐτὸ.* Kuehn.

καταλαμβάνουσι δὲ αὐτὸν] MS. *καταλαμβάνουσιν δὲ αὐτὸ, ὅτ' ἂν περιείλωσιν ε.* Iung.

κερκίδα] *H. Iun.* nomencl. in supell. rustic. voce *Radius.* Iung.

ἔμβρυον] C. *Salmas. ἔμβριον.* Kuehn.

253.

περὶ ἀμάξης] v. *περὶ μερῶν ἁμάξης· ἄξων* etc. Seb.

περὶ ἀμάξης] C. A. *ἁμάξης.* Kuehn.

περὶ ἁμάξης] Huius cap. titulus in MS. *Ἁμάξης μέρη.* Incipitque: *Ἄξων. τ.* et sequentia hoc ordine: *κλ. τὸ ὑπὲρ τοῦ ἀξ. προμ. ξύλον ἐκ τεσσ.* Iung.

τὸ πρόμηκες] C. A. *τὸ δὲ ὑπέρμηκες. τὸ δὲ* et V. C. habet. *Plat.* in *Theaet.* has currus partes habet, *τροχοὶ, ἄξων, ὑπετήρια* (lege *ὑπερτερία*) *ἄντυγες, ζυγός.* Kuehn.

τὸ ὑπὲρ τοῦ ἄξονος] P. V. et A. *τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦ ἄξονος πρόμ. ξύλ. ἐκτ.* P. R. *τὸ ὑπέρμηκες ξύλ.* Seb.

ἔχον] MS. *ἔχων.* Iung.

ἃ καὶ καθαραῖαι] Vid. *καθαραῖα.* Seb.

ἃ καὶ καθαραῖαι] C. V. *ἃ θάραια ὀνομάζεται. leg. θαιραῖα.* C. A. habet vulgatam lectionem sed *κα* punctis notatur et in fine mutatur in *οι*, ut sit *θαραῖοι. Salmas. θαιραῖα* legendum ait. Kuehn.

ἃ καὶ καθαραῖαι] MS. *ξύλα, ἃ θάραια* (absque accentu) *ὀνομάζεται.* quod certe minus corruptum puto, quam vulgatum. Legendum itaque forte *θαραῖα.* Immo *θαιραῖα*, ut ingeniosissimus *Salmasius* mihi id coram indicabat. perspicue tunc ex etymo suo *θαιραῖα* illa agnosci queant, *ξύλα ὑποπεπηγότα θαιροῖς, ἤγουν ταῖς ἑκατέρωθεν πλευροῖς*, ut in modo iam praecedentibus *Pollux* noster ipse ait. Iung.

ἃ καὶ καθαραῖαι] *Falckenburgius*, *ὃ καὶ ἀθαίρετον* habet, quod tamen ut et vulgatum non intelligo. Placet magis emendatio Cl. *Kuehnii*, qui *θαιραῖα* legit, a quo Nostro Auctori illa vox quoque restituta inque textum recepta est.

ἐφαρμόζονται] P. R. *ἁρμός.* Seb.

ἐφαρμόζονται] MS. *ὑφαρμόζονται.* Iung.

ζυγὸς, ὑμὸς] MS. inverso, *ὑμὸς, ζυγός.* Iung.

ζεύγλη] *Gloss.* reddunt *subiuga.* Kuehn.

καὶ τὰ τοιαῦτα] Non habet C. A. proverbialiter videtur olim usurpatum fuisse, *ἑκατὸν τῆς ἁμάξης ξύλα, centum sunt plaustri ligna;* pro re intricata et multis necessariis egens, quia revera plaustrum ad sui structuram plurimum et laboris et materiae requirit, vid. *Dionys. Episcopum* apud *Euseb. Praep. Evangel.* Tribuitur hoc dictum *Hesiodo*, ut qui cecinit

ἑκατὸν δέ τε δούρατ' ἁμάξης.

uti videre est in *Platone* circa finem *Theaeteti.* Kuehn.

254.

περὶ μελισσῶν] Hoc caput priori cohaeret, absque titulo, qui tamen ab aliquo in margine additus est, idem cum vulgato. Iung.

μελισσῶν] *Phavorin.* qui hunc locum exscripsit in *ἐσμὸς, καὶ ὁδὸς, δεσμὸς* subiicit post *μελισσῶν.* KUEHN.

μελισσῶν] Videbatur mihi emendandum *μελισσῶν* vel potius interpungendum ita: *ἐρεῖς δὲ, μελισσῶν ἐσμὸς, καὶ σ.* quod posterius dixi confirmat MS. qui nullam interpunctionem inter *μελισσ.* et *ἐσ.* agnoscit. IUNG.

μελισσῶν] A. *μελιττῶν.* SEB.

τόπος, σίμβλα καὶ σίμβλοι] MS. *τόπος σίμβλοι.* et post *σίμβλοι* nota, ut inseratur, quod recentior manus orae adscripsit: *καὶ σίμβλα.* IUNG.

βλίττειν] A. et P. V. *βλήττειν.* P. R. editis similiter. *Schol. Aristoph. βλίττειν ἐστὶ τὸ ἀφαιρεῖν τὸ μέλι ἀπὸ τῶν κηρίων* etc. fol. 254. SEB.

βλίττειν] *Dio Chrysostom.* orat. *Celaenis habita καρποὺς ζώων βρίζοντες, καὶ τροφὴν ζώων βδάλλοντες καὶ βλίττοντες,* vid. *Hesych.* in *Βλίσαι* et *βλίττειν.* Idem in *ἐκβλίσαι* dicit, *βλίζειν* esse *τὰ κηρία ἐκθλίβειν.* ergo *βλίζειν* vel *βλίττειν* est fumo apes expellere et simul favos tollere et exprimere. hac de re extat proverbium militare apud *Suidam* in *σχολαίτερον* ex *Agathia.* C. V. *βλήττειν.* KUEHN.

βλίττειν] MS. *βλήττειν.* quod quis mutare voluit in *κλήττειν.* vid. *Brod.* ad c. 70. lib. I. anthol. IUNG.

καπνίζειν] Pr. ed. *κναπνίζειν.* SEB.

βασιλεὺς] *Plinius* lib. II. cap. 15. ita describit: *Duo genera eorum* (Regum) *melior ruffus quam niger, variusque, omnibus forma semper egregia et duplo quam caeteris maior, pennae breviores, crura recta, ingressus celsior, in fronte macula, quodam diademate candicans, multo etiam nitore a vulgo differunt.* KUEHN.

ἔγγονα] *ἔκγονα* MS. IUNG.

σχαδόνες] C. A. *σχαδόνας.* C. A. et V. pro *ἔγγονα* habent *ἔκγονα.* KUEHN.

κηφῆνες] *Plinius* l. c. *fuci, sirenes, cephenes.* KUEHN.

κύτταροι] C. V. *κύταροι* in *Gloss. κυτταρία* (lege *κυτιάρια*) *nucamenta.* vid. *Scholia Aristoph.* in *Vespas* pag. 353. et 354. KUEHN.

κύτταροι] *κύταροι* MS. IUNG.

τὸ δὲ κέντρον etc.] Non habet ista C. A. usque ad *μελίκηρα.* KUEHN.

τὸ δὲ κέντρον etc.] Desunt in MS. *τὸ δ. κ. ου. ε.* IUNG.

εἰσὶ δὲ σχαδόνες] MSS. *εἰσὶ δὲ σχαδόν. καὶ ἐδ.* SEB.

εἰσὶ δὲ σχαδόνες] C. A. *εἰσὶ δὲ σχαδόνες καὶ ἐδώδιμοι,* ita et C. V. *Sunt vero etiam in cibo,* quas vocant *σχαδόνες, ver-*

miculos dixeris; *quibus si capita demantur, priusquam pennas habuerint, pro gratissimo sunt pabulo matribus*, inquit *Plin.* loco citato. *Athenaeus* libro XIV. ex *Eubulo* inter alia bellaria etiam σχαδόνας enumerat cap. 10. ubi *Dalechampius* vertit, *favos*, τὰ κηρία, quod huc non pertinet. KUEHN.

εἰσὶ δὲ σχαδόνες] MS. *εἰσὶν δὲ σχαδόνες καὶ ἐδ.* Septem lineolae sequentes desunt. IUNG.

255.

ἐμελλον] Hic totus versiculus abest a C. A. sequitur vero *τὸ δὲ παρὸν πρῶτον βιβλίον* etc. KUEHN.

τὸ παρὸν βιβλ. πρ.] A. *τὸ δὲ π.* P. V. *τὸ μὲν παρόν.* SEBERUS.

τὸ παρὸν βιβλ. πρ.] MS. *τὸ παρὸν πρῶτον βιβλίον ἐκ θ.* IUNGERM.

εἰς γεωργίαν] P. V. et A. *εἰς τὴν γε.* SEB.

εἰς γεωργίαν] MS. *εἰς τὴν γ.* IUNG.

ἀνθρώπου, καὶ π. etc.] P. V. et A. *ἀνθ. διαλαμβάνει. καὶ τῆς ὀνομασίας τῶν ἐν αὐτῷ φανερῶν καὶ ἀφανῶν μορίων.* SEBERUS.

ἀνθρώπου, καὶ π. etc.] Sic explicit in MS. liber primus: *ἀνθρώπου διαλαμβάνει, καὶ τῆς ὀνομασίας τῶν ἐν αὐτῷ φανερῶν καὶ ἀφανῶν μορίων. Τέλος τοῦ πρώτου βιβλίου.* IUNGERM.

II. 1.

Ἰουλίου Πολυδ.] In C. A. desunt segm. 1. et 2. KUEHN.

Ἰουλίου Πολυδ.] Titulus huius libri in MS. iste: *Ἀρχὴ τοῦ δευτέρου βιβλίου. Περὶ σώματος ἀνθρώπου καὶ τῆς ὀνομασίας τῶν ἐν αὐτῷ φανερῶν καὶ ἀφανῶν μορίων.* Praefatio, et capitum enumeratio, cum toto tmemate primo non sunt in MS. qui incipit a secundo tmemate: *Ἐρεῖς* etc. IUNG.

βιβλ. δεύτερον] Hunc librum secundum luculenta expositione illustravit *Ioach. Camerarius* in commentariis utr. linguae. Inde autem pauciora quam prius facere animatus eram, excerpsi, cum quia temporis inopia non sivit, tum vero quia spero nepotem illius, tanto avo dignissimum, *Goth. Iungermannum* propediem eos denuo publici iuris facturum: additis observationibus, quas *Esromus Rudingerus* consignavit ad oram libri sui, quem V. Cl. *Philippus Camerarius* superiori anno *εἰς χρῆσιν* ad me misit. Nam et inde nescio an quicquam mutuari prae angustia temporis potuerim. SEBERUS.

Ἰούλιος Πολυδ.] In MSS. absunt praefatio, Catalogus capitum et sectio prima, in qua sunt *ἀνθρώπων ἡλικίαι·* quam *Ald.* et *Flor.* edd. ante praefationem habent. in *Aug.* haec est inscriptio: *περὶ σώματος ἀνθρώπου. τῆς ὀνομασίας τῶν ἐν αὐτῷ φανερῶν καὶ ἀφανῶν μορίων.* P. R. vero: *περὶ ἀνθρώπου ἀπὸ τοκετοῦ αὐτοῦ μέχρι γήρως.* SEB.

τῷ περιπάτῳ σ.] *Interpr. familiares nostri inter deambulandum*, sed melius fuerit Peripateticos Philosophos intelligere, ut qui *Polluci* partes hominis plurimas subiecerunt; et partim e suae sectae philosophis, partim e medicorum libris de partibus hominis libros dederunt, secuti magistrum, qui etiam scripserat de *Partibus Animalium*. KUEHN.

2.

μετὰ τὴν πεῖραν] Interpres obscurat egregium dictum Auctoris. *quorum*, inquit, *cognitio experientiae beneficio da-*

tur, eorum usus etiam necessario est petendus ab iis, qui experientiam illam habent. Et hac ratione a medicis quaedam mutuo sumsit *Pollux* in hoc argumento Medicis Physicisque proprio. KUEHN.

φράσει δὲ, τὰ] Post *δὲ* comma dele. IUNG.

ὅπη ἕκαστα] *Quo singula spectent, quemque usum habeant.* KUEHN.

κεφάλαια τοῦ β' βιβλ.] Capita non extant in C. A. habet autem ita: *ἀρχὴ τοῦ δευτέρου βιβλίου περὶ ἀνθρώπου ἀπὸ τοῦ τοκετοῦ αὐτοῦ μέχρι γήρως.* quae extant segm. 6. deinde etiam absunt omnia a segm. 4. usque ad segm. 5. KUEHN.

3.

κεφάλαια τοῦ β' βιβλ.] Capitum indici *H. Steph.* hic adscripsit: *In diversa capita non distinctus est hic liber.* In hunc vero suum secundum, totum fere *Rufi Ephesii* librum de appellatione partium corporis humani transtulit noster, ut monet *Casaub.* IX. in *Athen.* XIII. *Pollucis* vero vestigia sequutus est laudatiss. avus noster in Comm. utriusque linguae seu *διασκευὴ Ὀνομαστικὴ τῶν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι μερῶν.* Qui liber quasi perpetuus Comm. est in hunc *Pollucis* librum secundum, ne quid dicam quod multa accuratius tractet quam *Pollux* et disertius. Adeo ut cogitaremus addere huic editioni. Ceterum quod id factum sit minus, per nos minime stetit. redeamus ad MS. nostrum. IUNG.

4.

καθ' Ἱπποκράτην] Ipsius *Hippocratis* verba prout ex *Philone* Iudaeo inter *Hippocratis* opera relata sunt, legi possunt Tom. I. pag. 314. et seq. nitidissimae illius editionis, quam Doctiss. *vander Linden* Lugduni Batavorum adornavit.

5.

περὶ τῶν τοῦ ἀνθρ. μ.] Titulus hic nullus, quam quem toti libro praescriptum indicavi. IUNG.

ἀνθρώπινον] In C. A. *ἀνθρώπιον.* in C. V. *ἀνθρωπειον* deinde pro *ἀνθρώπιον,* pro quo leg. C. A. *ἀνθρώπινον,* qui ordo melior est vulgato. KUEHN.

ἀνθρώπινον] MS. *ἀνθρωπειον* (et emendatum *ἀνθρώπιον*) *ἀνθρωπίσκος, ἀνθρώπινον, ἀνθρωπικόν.* IUNG.

ἀνθρωπικῶς] Non est in C. A. nec sequens, *ὡς Θουκυδίδης,* et *ὡς Πλάτων.* rarissime enim hic Codex laudat Auctores et ipsa eorum testimonia. KUEHN.

ἀνθρωπικῶς] Deest *ἀνθρωπικῶς* in MS. ut et sequentia: *ὡς Θουκ. καὶ.* et paulo post: *ὡς Πλ.* Ceterum in Comm.

avi c. 11. ubi haec *Pollucis* exponit, pro *ἀνθρωποειδὲς* legitur *ἀνθρωποειδῶς*, *humaniter seu humane*. *Platonis* vero loci tales aliquot a me observati, in *Theaeteto*: *ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀσθενεστέρα ἢ λαβεῖν τέχνην ὧν ἂν ᾖ ἄπειρος*. et ante *φύσιν ἀνθρωπίνην*. in Timaeo: *τῆς γὰρ ἀνθρωπίνης ξύγγενὴ φύσεως*. et *Νόμων γ'*: *φύσις τις ἀνθρωπίνη, μεμιγμένη θείᾳ τινὶ δυνάμει*. et lib. IV. Legum: *ἀνθρωπεία φύσις*. lib. V. de Rep. *πότερον δυνατὴ φύσις ἢ ἀνθρωπίνη ἢ θήλεια τῇ τοῦ ἄρρενος γένους κοινωνῆσαι* etc. initio lib. V. Legum: *τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως*. ut et in *Epinomide* ubi et *τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν*. Timaeo extremo: *καθ' ὅσον δ' αὖ μετασχεῖν ἀνθρωπίνη φύσις ἀθανασίας ἐνδέχεται*. *Thucydidis* locus est lib. II. *ξυγγ.* ubi de illa famosa peste incipit narrare: *οὔτε γὰρ ἰατροὶ ἤρκουν* etc. *οὔτε ἄλλη ἀνθρωπεία τέχνη οὐδεμία*. et mox *ἀνθρωπείαν φύσιν* habes ibid. quo et lib. I. utitur in concione Corinthiorum ad Lacedaemonios. Iung.

φησὶν] Pro *φησὶν*, MS. *ὡς*. Comm. vero avi c. 11. habent: *ἀνθρωπίζειν*, *Aristophanicum*. etc. Iung.

ἀνθρωπὴν] Scr. *ἀνθρωπῆν*, vel solutione atque productione Ionica, *ἀνθρωπηΐην*, ut est apud *Herodot.* lib. V. fol. 187. *σφάξας* (scil. *Cambyses* iudicem iniustum.) *ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπηΐην*. *Plautus corium* nominavit Milite act. 2. sc. 2. *herus meus elephanti corio circumtectus* (al. *circumtentus:* al. *circumiectus*, Taub.) *non suo est*. Seb.

ἀνθρωπὴν] C. A. *ἀνθρωπίνην*, quod explicat potius quam corrigit vulgatum. *ἀνθρωπέη Ionice* pro *ἀνθρωπέα* sc. *δορὰ*, contracte, *ἀνθρωπῆ*, in plural. *ἀνθρωπαῖ*, ut *παρδαλαῖ*, *λεονταῖ*, *κυναῖ*, *pelles pardalis*, *leonis*, *canis*. *Herodot.* in *Terpsich.* habet *ἀνθρωπηΐην*. Kuehn.

ἀνθρωπὴν] *ἀνθρώπην* MS. Comm. avi c. 82. docent *ἀνθρωπηΐην* dixisse *Herodotum*, et hoc communiter esse *ἀνθρωπῆν*. Apud *Rhodigin.* III. Antiq. 19. est: *Hominis pellem Herdotus anthropen nuncupavit*, *id est ἀνθρωπὴν*, *vel* (*ut in aliis*) *ἀνθρωπείην*. Iung.

προσήκει] MS. *προσήκοι*. Iung.

φιλάνθρωπος] Sequitur in C. A. *ἀπάνθρωπος*, *φιλάνθρωπος*, *ἀπανθρωπεύεσθαι δὲ οὐκ ἐρεῖς*. Caetera non adsunt. Kuehn.

φιλάνθρωπος] MS. *φιλάνθρωπος*, *ἀπάνθρωπος*, *φιλανθρωπία*, *καὶ τὰ ὅμοια*. *ἀπανθρωπεύεσθαι δὲ, οὐκ ἐρεῖς*. Cetera de hoc tmemate in MS. omissa. Iung.

6.

περὶ ἀνθρώπου etc.] Titulus in C. A. nullus est. Kuehn.

περὶ ἀνθρώπου etc.] Ab hoc segm. 6. usque ad segm. 24. nullus in MS. titulus, sed omnia cohaerent. Iung.

καὶ σπορὰ] Deest καὶ ante σπορὰ in MS. Iung.

καὶ ἀρόσαι] Deest etiam καὶ ante ἀρόσαι in MS. Iung.

σπέρμα] C. A. σπέρματα καὶ σποραί. Kuehn.

ἔμβρυον κύημα] A. et P. V. ἔμβρυον, κύημα. *Galenus* Συμπτ. δ'. foetum adhuc imbecillem, ut maxime trimestrem, κύημα appellari, ἔμβρυον autem iam validiorem, scripsit. *Camer.* 16, 5. Seb.

ἔμβρυον κύημα] MS. ἔμβρυον, κύημα, recte. Sic et *H. Steph.* in suo codice interpunxit. quid differant e *Galeno* vid. in Comm. avi c. 32. Iung.

ἀνεμιαῖον] Non est in textu C. A. superscriptum tamen est. Kuehn.

βιώσιμον] Post haec in C. A. ἀμβλωθρίδιον φ. ἀμβλῶσαι, ἄμβλωσις, ἄμβλωμα β. α. est medicamentum abortum procurans. Kuehn.

τὸ δὲ κύημα etc.] τὸ δὲ κ. κ. κ. A. κ. cum testimonio poëtae desunt in MS. Iung.

si quae praegnans apparuit f. t.] Quae foetum visa est gestare talem. Seb.

7.

ἀμβλωθρίδιον] Pr. ed. ἀβλ. Seb.

ἀμβλωθρίδιον] MS. auctius, ἀμβλωθρίδιον, καὶ ἀμβλωθρ. φαρ. Nec enim de solo pharmaco hoc vocabulum dicitur, sed et de foetu, ut notant Lexicographi. et *Hartungus* decur. I. c. 2. *Tzetzen* hinc restituit in hac voce. Quod ad *Lysiam* attinet, eius oratio quaedam περὶ τῆς ἀμβλώσεως laudatur aliquoties apud *Harpocrationem*, in ἀμφιδρόμια, θεμιστεύειν, et ὑπόλογον. Sed ita tamen, ut dubitet εἰ γνήσιος ὁ λόγος. Alias ante vulgati hic habebant ἀβλωθρίδιον φ. *H. Steph.* itaque in ora sui codicis correxit ἀμβλ. indicans sic et infra esse IV, 208. Nec aliter agnoscunt Comm. avi c. 32. ubi hoc τμῆμα exponit. Iung.

ἀμβλωθρίδιον] Ita bene etiam legit *Falckenburgius*, pro ἀβλωθρίδιον, quod in editione illa quae *Basileae* anno CIƆIƆXXXVI. prodiit, legitur.

ἀμβλύναι] C. V. ἀμβλῶναι. Kuehn.

ἀμβλύναι] MS. ἀμβλῶναι, pro ἀμβλύναι. Iung.

ἀμβλῶσαι] MS. ἀμβλῶσαι, καὶ. et ὡς Λυσ. καὶ. v. et *Nunnes.* in *Phrynich.* in ἐκτρῶσαι. Iung.

ἄμβλωμα] Haec tantum MS. ἄμβλωμα. καὶ ἀμβλίσκει (persona tertia) ὡς Πλάτων. γένεσις· γονή· γένεσις· τόκος· ἐπιτεξ. Locum *Platonis* de ἀμβλίσκειν vide infra ad IV, 208. γέννησις saepe apud *Platonem* in Symposio, ut ἡ κύησις καὶ ἡ γέννησις. et τῆς γεννήσεως καὶ τοῦ τόκου. et τὴν τῶν νόμων γέννησιν etc. γέννημα vero ut in eiusdem *Timaeo*, γεννήματα καὶ παιδεύματα θεῶν. γένεσις vero ut MS. habet saepe in eodem *Timaeo* et alibi, ut et apud alios scriptores, sicut et cetera. Νόμων α'. ἐν ταῖς τῶν παίδων γεννήσεσι καὶ τροφαῖς. Iung.

ἀμβλίσκειν] P. R. ἀμβλώσκειν. Seb.

Πλάτων] Sequitur in C. A. γένεσις, γονὴ, γέννησις τόκος ε. ε. ε. τοκῶσαι δ. ε. Κ. ἀτόκιον φάρμακον ἢ ὠκυτόκιον. C. V. pro ἀτόκιον legit αὐτόκιον, male. locus *Platonis*, ubi extat ἀμβλίσκειν, est in *Theaeteto* non procul ab initio. Kuehn.

γέννησις] A. et P. V. γένεσις, γονὴ, γέννησις. Seb.

ἢ τικτικὸς] Deest ἢ τικτικὸς in MS. exponunt haec avi Comm. cap. 57. Iung.

ἢ ὠκυτόκιον] Deest particula ἢ in MS. ut et mox illa: ὡς Ἀριστ. *Aristophanes* vero ita in Thesmophoriazontes: ὁ δ' ἀνὴρ περιήρχετ' ὠκυτόκεια ὠνούμενος. Iung.

ὡς Ἀριστοφάνης] In Codice *Pollucis*, quo usus doctiss. *Canterus*, hic in margine post Ἀριστοφάνης ab illius manu haec adduntur: καὶ Πλούταρ. πότερα τῶν ζώων ἐστί. Nimirum indicare voluit eruditissimus Vir τοῦ ὠκυτοκίου etiam in *Plutarcho* mentionem fieri. Ita enim apud illum Tom. II. *Autobulus* in libello de solertia animal. p. 964. lit. C. edit. *Francof.* ait: οὐ μὴν δοτέον, ὥσπερ δυστοκούσαις γυναιξὶ, περιάψεσθαι τοῖς φιλοσόφοις ὠκυτόκιον ἵνα ῥᾳδίως καὶ ἀταλαιπώρως τὸ δίκαιον ἡμῖν ἀποτέκωσιν. quae ab *Interpr.* ita redduntur: *Verum non convenit philosophis tanquam difficulter fetum enitentibus mulieribus appendere medicamentum partum accelerans, ut facile et absque aerumna iustitiam nobis pariant.*

8.

περὶ βρεφῶν etc.] Titulus non extat in C. A. Kuehn.

βρέφος] MS. βρέφος νε. absque distinctione: desunt autem νεογονὸν et ἀρτιγ. et ἀρτίγονον, ἀρτίτοκον (sic enim in nostra edit. legendum) et πρωτόγ. et ἀρτιτ. de quo φραστέον. Iungerm.

ἀρτίγονον, ἀρτίτοκον] Post νεόγονον extat in C. A. ἀρτίτοκον π. νήπιον ἄρτι ἀπὸ γονῆς, modo genitus. α. ἐξ ἀμφιδρομίων, *diem abhinc quintum* vel *decimum natus*. Kuehn.

Nuper amphidromiis initiatus] *ἀμφιδρόμια* quintus ab ortu infantis dies, quo manus purgant, quae partum adiuverunt, et infantem cursim circum aedes (al. circum focum) ferunt. Dona itaque cognati mittunt, polypodes plerumque et sepias. Decimo vero die nomen imponunt. *Hier. Wolf.* interpretans *Suidam;* qui tamen paroxyt. *ἀμφιδρομία.* Ad. et *Hesychium.* Seb.

ἄρτι ἐξ ἀμφιδρομίων] *Ἀμφιδρόμια* ex *Platonis Theaeteto* et *Phavorino* explicantem vide *Camerarium* Com. utr. ling. 469. 24.

νεογιλὲς] C. V. *νεόγγιλον. Hesych. νεογιλὸν* et *νεογιλὴ*, in C. A. plane non est *νεογιλαῖον.* Kuehn.

ἢ νεογιλαῖον] MS. *τὸ δὲ νεόγγιλλον εἰ καὶ Ἰ.* vid. et Comm. avi c. 40. *Lucian. Ἄλκυ. τῷ ὄντι γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων. ἐπείτοι μικρὸς πάνυ καὶ νεογιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα.* Iung.

Ἰσαῖος εἴρηκεν] *Falckenburgius* plenius ita: *εἰ καὶ Ἰσαῖος εἴρηκεν ἐν τῷ κατὰ Ῥεναίχμου.* quam tamen orationem inter illas quas adhuc hodie in *Isaeo* habemus frustra quaeres. De voce autem *νεογιλὲς* videri poterit *Eustath.* ad *Hom. Il. Δ.* v. 363.

αὐτοετὲς] C. A. *καὶ α. ἔτειον δ. ἐν γάλακτι ἐπιμαστίδιον.* Kuehn.

ἔτιον] Fac *ἔτειον,* quomodo est in MSS. et alibi. Seb.

ἔτιον] MS. *ἔτειον*, recte. Sic patet et avum meum legisse ex Comm. c. 39. Iung.

ἔτι ἐν γάλ.] *Sylb.* add. *ὑποτίθιος.* Seb.

ἔτι ἐν γάλ.] Deest *ἔτι* in MS. Iung.

ἔτι ἐν γάλ.] Eleganter hanc loquendi formulam metaphorice de arte pingendi rudi adhuc et quasi in infantia sua existente usurpat *Aelian.* V. H. VIII, 8. quem vide.

ἐπιμάστιον] Deest in MS. *ἐπιμάστιον.* ad quam vocem *H. Steph.* in ora addidit: *ὑποτίθιον.* Iung.

ἄρτι ἀπὸ θηλῆς] *Interpr. nuper a foemina submotus.* confundit inter se *θῆλυ* et *θηλή*, *a mamma recens, modo a lacte depulsus, segregatus,* contra sunt antiquis *subrumi agnelli, qui adhuc inhiant uberibus.* Kuehn.

μαστοῦ] P. R. *μαζοῦ.* Seb.

9.

περὶ παιδίων] Titulus *περὶ παιδίων* non extat in C. A. Kuehn.

κοῦρος] C. V. *κόρος* legit. Kuehn.

κοῦρος] MS. κόρος. IUNG.

πρόσηβος] *Luc.* princ. operum: ἤδη πρόσηβος τὴν ἡλικίαν ὤν. SEB.

πρόσηβος] Ad illa οὔπω πρ. *H. Steph.* hic: ἤδη πρόσηβος. *Lucianus in princip. operum, qui postea videtur ab eo ἀντίπαις, puto.* Locus *Luciani* est περὶ τοῦ ἐνυπνίου, ἤτοι βίῳ Λουκιανοῦ, quod συνταγμάτιον inter eius opuscula primum poni solet: ubi sic orditur: ἄρτι μὲν ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος ὤν, etc. dein ibidem ubi somnium suum retulit: ταῦτα μέμνημαι ἰδὼν, ἀντίπαις ἔτι ὤν. IUNG.

ἀντίπαις] Male in MS. ἀντίπες. IUNG.

οἱ νέοι κωμ.] νέοι non agnoscit C. A. et in voce παλλάκια alterum λ punctatur, omisso εἴρηκε. *Hesych.* tamen cum duplici λλ παλλάκιον, μειράκιον. KUEHN.

οἱ νέοι κωμ.] MS. sic: οἱ κωμ. κ. παλάκια, ὡς Πλ. ὁ κ. IUNGERM.

μειράκιον] A. et P. V. μειράκια. SEB.

μειράκιον] Haec cum praecedentibus cohaerent sine titulo in C. A. KUEHN.

μειράκιον] MS. μειράκια. IUNG.

ἀφειμένον] Idem quod ἄνετον, *sibi permissum, liberum, dimissum, solutum severiori disciplina.* KUEHN.

περυσινὸν] *Hesych.* περσινὸν per syncopen, ut περυσινὸς sit, qui iam praeterito anno excessit ex ephebis; *annotinus ephebus.* dicitur autem simpliciter περυσινὸς, unde et in C. A. τὸ ἔφηβος margini adscriptum est, quasi subintelligendum, non vero in textum admittendum sit. Haec secundum lectionem vulgatam. At C. V. legit περισυνὸν, et ita etiam *Phavor.* περσύας ὁ περισυνὸς οἷον περισύας τις ὤν, qui spiritu, impetu vigoreque plenus est, a σύω, σεύω *ruo*, ut περισυνὸς sit quasi ὁρμητικὸς, ὁρμῆς ἔμπλεως, περὶ augente vocis significationem. haec ultima lectio arridet prae vulgata *Pollucis* et *Hesych.* quia cum adolescentium ingenio accommodata est, quodcunque enim illa aetas agit, valde agit; prior tamen lectio possit videri simplicior. KUEHN.

περυσινὸν] MS. καὶ περισυνὸν ἔφ. sine interpunctione, quod agnoscunt et Comm. avi qui cap. 49. περυσ. ἐφ. interpretantur, *qui paulo ante fuerint ephebi.* IUNG.

ἄρτι] Abest a C. A. qui habet ε. δ. κ. α. ἠβάσκων κ. α. η. γεγονὼς, ἔτι μειρακύλλιον καὶ βούπαις. in margine vero extat μειρακίσκος. C. V. ἠβάσκων, κ. α. η. γεγονὼς. KUEHN.

ἄρτι] Deest in MS. ἄρτι primum. mox est ἡβάσκων, καὶ ἀφήβης γεγονώς. Sed illud ἀφήβης sic ex duabus vocibus coaluit, more in MS. solenni. Nota enim οἱ δέκα ἀφ' ἥβης, οἱ τετταράκοντα ἀφ' ἥβης etc. ex Lexicographis. IUNG.

ἡβάσκον] A. et P. V. ἡβάσκων. et mox γεγονώς. SEB.

τὸ γὰρ πρ.] Desunt, τὸ γὰρ πρ. ποι. in MS. IUNG.

πρωθήβης] *Iliad.* θ, 518. παῖδας πρωθήβας. *Schol.* πρώτως ἡβῶντας, νέους τοὺς ὄντας ἀπὸ τῆς ἀκμῆς, ὅ ἐστιν ἡλικίας. vid. et *Odyss.* α, 431. ϑ, 263. pr. edit. προθ. SEB.

μειρακίσκος] Inusitatum ait *Thomas Eclog.* vid. *Nunnes.* in *Phrynich.* voce μείρακες. IUNG.

παρ' Εὐπόλιδι] Etiam apud *Aristoph.* Σφηξί. fol. 355. SEBER.

παρ' Εὐπόλιδι] Desunt παρ' Εὐπ. in MS. IUNG.

10.

περὶ ἀνδρῶν] Titulo omisso connectitur cum praecedentibus: εἶτα καὶ α. λ. ι. ν. ἐπανθῶν in C. A. KUEHN.

ἰούλῳ νέον ὑπανθῶν] De his Comm. avi cap. 50. IUNGERM.

ὑπανθῶν] PP. ἐπανθῶν. SEB.

καθέρποντα] C. V. καθέρποντι ἢ παρὰ τ. υ. ἀνέρποντι. KUEHN.

καθέρποντα] καθέρποντι MS. IUNG.

περὶ τὴν ὑπήν. ἀνέρποντα] MS. παρὰ τὴν ὑπ. ἀνέρποντι. Certe et Comm. avi παρὰ habent, non περὶ ut vulgati. IUNGERM.

παρηνθηκώς] Abest in C. A. ut et ἄφηβος. in margine ἀφηβηκώς, ε. μ. εἰς ἄνδρας παραγγείλας, qui iamiam virorum in numerum transiturus est. KUEHN.

παρηνθηκώς] Deest παρηνθηκώς et ἄφηβος in MS. IUNGERM.

εἰς ἄνδρα] εἰς ἄνδρα etc. ἀναβάσεων, desunt omnia in MS. IUNG.

ὡς Κρατῖνος] Omissum in C. A. KUEHN.

ὡς Κρατῖνος] Deest in MS. ὡς Κρατ. de προφερεῖ et σκληρῷ, hinc Comm. avi c. 52. IUNG.

σκληρὸς δὲ ὁ τούτων] C. A. in margine addit φ. ut sit σκληφρὸς, et ita legit C. V. σκληφρὸς δὲ ὁ τούτῳ ὑπεναντίος. *Plato* in *Euthydemo*: ἐκεῖνος μὲν σκληφρὸς, οὗτος δὲ προφερὴς καὶ καλὸς καὶ ἀγαθὸς τὴν ὄψιν. KUEHN.

σκληρὸς δὲ ὁ τούτων] MS. σκληφρὸς δὲ ὁ τούτῳ ὑπ. bene illud τούτῳ, scilicet τῷ προφερεῖ. nec illud σκληφρὸς displiceat etiam. vid. *Hesych. Suid.* IUNG.

σκληρὸς δὲ ὁ τούτων] *σκληφρὸς* etiam *Falckenb.* bene.

νεοειδῆ] C. V. *νεοειδῆ ἀπείποις.* KUEHN.

νεοειδῆ] MS. *νεοειδῆ ἀπείποις.* Cetera huius sectionis omissa sunt. IUNG.

Θεόπομπος] Desunt ista in C. A. ad finem usque huius *τμήματος.* KUEHN.

εἴρηκεν αὐτό] Auctius *Falckenburgius* ita: *Θεόπομπος δ. ὁ κ. ε. γ. εἴρ. αὐτὸ ἐνστρατιώτησις.*

11.

νέαξ] MSS. *νεάζων.* SEB.

νέαξ] Uterque Codex *νεάζων.* quod non convenit cum iudicio Auctoris, non enim est Comicum. C. A. *νεάζων κωμικωτέρως*, omissis aliis. KUEHN.

νέαξ] MS. aliter: *ν. ν. ὃ δὲ νεάζων κωμικώτερον. τὸ δὲ.* infra tamen segm. huius libri XX. *τὸ νεάζειν* inter *δόκιμα* recensetur. IUNG.

νεολαία] C. V. *νεολέα* male. *εἶτα ἀνὴρ τὴν μ. η. ε.* KUEHN.

νεολαία] MS. *νεολία.* et deest mox partic. *ὅ.* IUNG.

τὴν ἐκ καταλόγου] *τῶν ἐκ καταλόγου*, ita C. uterque iterum. KUEHN.

τὴν ἐκ καταλόγου] MS. *τῶν ἐκ κ.* Bene. infra VIII, 115. *τοὺς ἐκ τοῦ καταλόγου.* IUNG.

ἐκ τῆς ἀπομάχου ἡλικ.] C. A. *ἐκ τῆς ἀμάχου, ἀπολέμου, ἀστρατεύτου υ. τ. κατάλογον υ. τ. ε. ἔιη γεγονὼς, qui est aetatis ad bellum ineptae, a bellis exemptae, immunis a militia, militarem catalogum supergressus:* haec omnia pertinent ad senes, qui aetatis habent veniam post peracta solita stipendia. Recenset enim Auctor hac sectione iuventutem, aetatem iustam et statam, quae bellis idonea est, et denique senectutem non amplius belli laboribus obnoxiam. *Interpr.* hic in alia omnia abiit. KUEHN.

ἐκ τῆς ἀπομάχου ἡλικ.] *ἐκ τῆς, ἐκ τῆς* bis desunt in MS. de his et Comm. avi cap. 56. IUNG.

ἀμάχου ἐκ τῆς ἀπολ.] P. V. *ἀμάχου ἀπολέμου ἀστρατεύτου.* SEB.

12.

περὶ μεσηλίκων] Non est in C. A. KUEHN.

δημηγόρου] *ἔχων* abest a C. A. Oratores ad populum Atheniensem provectioris aetatis et 50. annorum erant: si iunior ante senes suggestum conscendisset orandi gratia, a concione acclamabatur interdum: *καταβάντων·* id quod *Pla-*

toni etiam accidit, qui viginti tres annos natus dicitur prodiisse in tribunal ad defendendum *Socratem*. vid. *Laërt.* in *Vita* eius. KUEHN.

δημηγόρου ἡλικίαν] Sic sane MS. nescio tamen quomodo mihi incidebat et *δημηγόρον* posse legi. nec tamen si quid mihi aptius videtur, statim aptius fore scio: ita mihi conscius nullius sum eruditionis in huiusce linguae reconditis et rarioribus. quid tamen? narrant et sapientiores interdum sua somnia. IUNG.

ὑποπόλιος] C. V. *ὑποπόλιος ὡς Δημοσθένης μεσοπόλιος, μεσῆλιξ*· scribitur autem et *μεσαιπόλιος* et *μεσυπόλιος*. vid. *Phavor.* in *κυνάμυια*. KUEHN.

ὑποπόλιος] MS. auctius, *ὑποπόλιος, ὡς Δημοσθένης, μεσοπόλιος, μεσῆλιξ, π.* IUNG.

πολιοκρόταφος, ὠμογ.] Vid. *Galenum* lib. V. *ὑγιεινῶν* in fine. KUEHN.

πρεσβεῖα] P. V. et A. *πρεσβεῖα τὰ τοῖς πρεσβύταις γέρα διδόμενα*. Etiam P. R. *πρεσβύταις*, sed caetera ut editi. SEBERUS.

πρεσβεῖα] C. V. *πρεσβεῖα τὰ τοῖς πρεσβύταις γέρα διδόμενα*. C. A. mutat etiam *πρεσβυτέροις* in *πρεσβύταις*. vid. *Hesych.* in *Πρεσβήϊον* et *Phavor.* in *καλλιστεῖον*. KUEHN.

γέρα, τὰ τοῖς πρεσβ. διδ.] Ita et hoc ordine in MS. *τὰ τοῖς πρεσβύταις γέρα διδόμενα*. IUNG.

καὶ τὸ κατὰ πρ.] Haec usque ad *πρεσβύτερον* absunt a C. A. KUEHN.

καὶ τὸ κατὰ πρ.] *καὶ τὸ κατὰ* etc. *πρεσβύτερον* desunt in MS. IUNG.

πρέσβιν] *Sylb. πρέσβυν*. SEB.

πρέσβιν] Scripsit *H. Steph.* in ora codicis sui pro *πρέσβιν, πρέσβυν*. vulgatum tamen placuisse video et avo meo, qui in Comm. cap. 57. *Sed et πρέσβις, aetatis honorem notat, ut Νόμων θ'. κατὰ πρέσβιν ἰζέσθω*. quod certe et *H. Steph.* etiam videtur in thesauro suo adprobasse. IUNG.

Πλάτωνι] Ut in Sympos. sicut indicavit *Budaeus*. Sed vel valde fallor, vel locus hic est, quem *Pollux* respexit, *Νόμων 4. τῷ δὲ μὴ παραλείπειν μνήμην ἐνδελεχῆ παρεχόμενον, τούτῳ μάλιστ' ἀεὶ προσβεύειν, δαπάνης τε τῆς διδομένης ὑπὸ τύχης τὸ μέτριον τοῖς κεκμηκόσι νέμοντα*. de parentationibus, et honore parentibus defunctis saepius repetendo. Potest tamen et hic non minus verisimiliter putari, in Symposio, ubi *Eryximachus* medicus in laudem Amoris verba facit:

πᾶσα γὰρ ἡ ἀσέβεια φιλεῖ γίγνεσθαι, ἐὰν μήτις τῷ κοσμίῳ ἔρωτι χαρίζηται, μηδὲ τιμᾷ τε αὐτὸν καὶ πρεσβεύῃ ἐν παντὶ ἔργῳ, etc. e quo dialogo et alterum, *οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον*, quod apud *Pollucem* sequitur, esse. Sic enim *Plato* fere extremo dialogo: *ἐμοὶ μὲν γὰρ*, ait *Alcibiades*, *οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον, τοῦ ὡς ὅτι βέλτιστον ἐμὲ γενέσθαι.* Iung.

οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον] *Herod.* lib. V. fol. 195. *τὰ γὰρ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο, ἢ τὰ τῶν ἀδρῶν. Cicero* similiter *Attic.* 15, 2. *id quidem sic susceptum est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius.* Et 12, 19. *me quidem id multo magis movet, quod mihi est et sanctius et antiquius.* 7, 3. *ne dubitaris, quin quod honestius, id mihi futurum sit antiquius.* Seberus.

13.

περὶ γερόντων] Titulus *περὶ γερόντων* non est in C. A. Kuehn.

πρόγηρος] C. V. *προγήρως. Phavor.* in *γέρων* locum ita exhibet: *γέρων, πρόγηρος, γηραιὸς, ἐσχατόγηρως, ὡς Θουκυδίδης, βαθύγηρως* etc. nec C. A. habet *ὡς Θουκυδίδης καὶ Ἀντιφῶν.* Kuehn.

πρόγηρος] MS. *πρόγηρως.* et eodem modo scriptum invenias in Comm. avi c. 55. inde verbum *προγηράω*, quod ni fallor apud *Lucianum* in Tim. mis. me legisse memini. Dein in MS. desunt ista, *ὡς Θουκ. καὶ Ἀντ.* Sed nec *πρόγηρος* damno. Sic enim et *σύγγηρος* adferunt. Apud *Lucian. διαλ. νεκρ.* etiam *ὑπέργηρος*, si bene memini, legitur, sicut et *ὑπέργηρως* ibid. *Antipho* in tetralogia *φόνου ἀκουσίου* Orat. II. extrema: *ἐμοῦ δὲ τοῦ γηραιοῦ καὶ τοῦ ἀθλίου* etc. *γεροντικὰ λουτρὰ θερμὰ* habes apud *Platonem* lib. VI. Legum. Iung.

γηραιὸς] *Thucydid.* lib. VI. *ξυγγρ. Πεισιστράτου γὰρ γηραιοῦ τελευτήσαντος ἐν τῇ τυραννίδι.* Iung.

αὐτῶν] C. A. *αὐτοῦ. Phavor. αὐτῶν*, quod melius. Kuehn.

γεροντικὰ λουτρὰ] *Plato* lib. VI. L. L. *γυμνάσια χρὴ κατασκευάζειν τοὺς νέους αὐτοῖς τε καὶ τοῖς γέρουσι γεροντικὰ λουτρὰ (θερμὰ) παρέχοντες.* Kuehn.

γερονταία παλ.] Desunt haec in C. V. Kuehn.

γεροντιαία παλ.] *γεροντ. παλ.* MS. non habet. Iung.

γερόντειαι παλ.] *Phavor. γερόντιαι.* C. V. *γεροντεῖαι παλαῖστραι.* C. A. plane non habet *γεροντιαία παλαίστρα*; deinde *τὸ γέροντας* etc. Kuehn.

γερόντειαι παλ.] In MS. est: *καὶ γερόντειαι παλ.* Iung.

Ἀριστοφάνει] Pro *Ἀριστοφάνει Falckenburgius* habet *Ἀντιφάνει*.

γεραιτέρους ὁ Ξενοφ.] I. *Cyrop.* et alibi, ut indicat *H. Steph.* in vocabulis *Xenophontis* mere poëticis vel poësi convenientioribus. Iung.

Πλάτων] *Platonis* locus non longe ab initio *Euthydemi* est, ubi ait *Socrates* quod se ad Connum citharoedum in senecta itantem discendi causa derideant pueri: *καὶ τὸν Κόνον καλοῦσι γεροντοδιδασκαλίον.* Iung.

γεροντοδιδάσκαλον] C. V. *γεροντοδιδασκαλλον·* innuitur *Connus*, quem *Plato* hoc nomine appellatum dicit a pueris, quod doceret citharistriam artem iam senio confectum *Socratem*. Kuehn.

προσήκει] MS. *προσήκοι*. Iung.

γηροτροφεῖν] In C. A. sequitur *γηρονομεῖν γ. καὶ γηροτρόφοι. Ὑπερίδης δὲ καὶ γ. εἶπε. Ξενοφῶν δὲ.* Kuehn.

γηροτροφεῖσθαι] Deest *γηροτροφεῖσθαι* in MS. Iung.

14.

καὶ γηροτρόφοι] MS. *καὶ γηροτρ.* et deest *ἐγγηρ.* Iung.

ἐγγηρᾶναι] Loco horum *ἐγγ. καὶ καταγ.* MS. *τὰ ὅμοια.* Iungerm.

εἴρηκε] Desunt in MS. *εἴρηκε. καὶ Α. γ. ε.* Iung.

Ξενοφῶν] *Xenophontis* haec refert hinc *H. Steph.* in Thesauro sub *ἀγήραος*, quod apud *Pollucem* hic *ἀγήραον* scriptum habetur in prioribus editionibus: verum MS. habet *ἀγήρατον*, quod vocabulum aliquoties apud *Xenoph.* occurrat. Iung.

ἀγήρατον] *Phavor.* in voce *γηροτροφεῖν* legit *ἀγήραον*. Kuehn.

Ὑπερίδης δὲ, τὸν ἀγ.] C. A. non habet *Ὑπερίδης δ. τ. α. χ.* Kuehn.

Ὑπερίδης δὲ, τὸν ἀγ.] Desunt in MS. *Ὑπερ. δ. τ. α. χ.* Iung. Hyperides apud Stobaeum in *Ἐπιταφίῳ τὴν εὐδοξίαν ἀγήρατον*. Respexit autem Sophoclis Antigon. v. 620. *ἀγήρως χρόνῳ δυνάστας.* Toup.

ἀγήρω] C. V. *τὴν ἀγήρων.* C. A. *τὴν α.* sc. *δόξαν.* C. A. statim subiicit: *καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ ὡς Εὐριπίδης τὴν ἀγήρω τιμὴν*, (in margine vero est *τὴν ἀγήρω ἀρετὴν*) *ἐρεῖς δὲ* etc. Kuehn.

ἀγήρω] In *Sophocleis* MS. habet *τὴν ἀγήρων*, quod videtur contra quorundam traditionem, qui *ἄνευ τοῦ ν θηλυ-*

κόν φασιν εἶναι, ut est apud *Suid.* in *ἀγήρω*. Ceterum MS. tres fere versus hic omittit: sic enim habet statim post iam dicta *τὴν ἀγήρων, καὶ ἄλλοι πολλοί. ὡς καὶ Εὐριπίδης τὴν* etc. IUNGERM.

Πλάτων] *Platonis* locum puto hunc esse in Politico: *διότι δὴ καὶ τότ' ἤδη θεὸς ὁ κοσμήσας αὐτὸν* etc. *ἀθάνατον αὐτὸν (κόσμον) καὶ ἀγήρω ἀπεργάζεται.* Alias et *ἀγήρων* apud *Platonem* est in *Timaeo* etiam de mundo, *ἓν ὅλον ἐξ ἁπάντων τέλεον καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον αὐτὸν (κόσμον) ἐτεκτήνατο.* et paulo ante dixerat in neutro *περὶ τοῦ ὅλου ἵνα ζῷον τέλεον* etc. *ἓν* etc. *ἔτι δέ, ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ.* IUNG.

ἀγήρων ἀρετὴν] P. R. *ἀγήρων τροφήν.* SEB.

τιμὰς] MS. *τινὰς*, pro *τιμ.* Sed male. Locus est in extrema oratione *Demosthenis*, quae inscribitur *Ἐπιτάφιος λόγος*, si modo *γνήσιος*, ut *Harpocration* dubitat, verba ibi sunt: *σεμνὸν δέ γε ἀγήρως τιμὰς καὶ μνήμην ἀρετῆς δημοσίᾳ κτησαμένους ἐπιδεῖν, καὶ θυσιῶν καὶ ἀγώνων ἠξιωμένους ἀθανάτων.* ubi et paulo ante habes *εὔκλειαν ἀγήρων. Pericles* in concione funebri apud *Thucyd.* lib. II. *κοινῇ γὰρ τὰ σώματα διδόντες, ἰδίᾳ τὸν ἀγήρων ἔπαινον ἐλάμβανον.* Et neutrum ibid. in eadem: *τὸ γὰρ φιλότιμον, ἀγήρων μόνον.* IUNG.

15.

μακρόβιος] C. A. *καὶ μακροχρόνιος εἶτα, ἐπὶ γήρως οὐδῷ, ἐπὶ δυσμῶν βίου.* C. V. *ἐπίγηρως ὀδῷ·* male. *Herodot. Euterpe: ἐς πτωχίην ἀπῖκται ἐπὶ γήραος οὐδῷ, in limine senectutis.* KUEHN.

ἰσοχειλῆ] Ad ea composita *ἰσοχειλῆ*, *ὑπερχειλῆ*, *ἐπιχειλὲς* notat hic *Pollucem* in ora sui codicis *H. Steph.* ea nimirum esse deducenda a *χεῖλος de vase dicto, non ab hominis labro.* eaque extare et infra IV, 170. ubi *ἰσοχειλῆ, τὰ πλήρη* exponit. et V, 135. Idem *H. St.* etiam animadvers. in adagia *Erasmum* notat adag. *Ad satietatem usque*, dicentem *Iul. Pollucem* vas plenum vocare *ἰσοχειλὲς*, vel *ἐπιχειλὲς*, quum tamen tribus locis haec diserte *Pollux* distinguat. Iung.

Ἀριστοφάνης] C. A. *Ἀριστοφάνης δὲ ἐ. ῥήματα* leg. *χρήματα. Πόλιν ἐπιχειλῆ*, habet in *Equit. Urbem non satis plenam;* cui deest aliquid. *εἴρηκεν* in margine est eiusdem Codicis, nec habet *τὸ ἀνωρρόθια* usque ad *νεώς*. C. V. ita habet: *ἐπιχείλη δὲ καὶ τὰ ἐπιπόλεα ῥήματα Ἀριστοφάνης εἶπε.* Kuehn.

Ἀριστοφάνης] MS. ita: *ἐπιχειλῆ δὲ καὶ τὰ ἐπιπόλεα ῥήματα Ἀριστοφάνης εἶπεν. Εὔπ.* Iung.

εἶπε] P. R. *λέγει.* Seb.

90.

νηὸς] *νεὼς* MS. pro *νηὸς*, rectius, quoniam sic in sequentibus verbis, quae, ni fallor, sunt ipse versus Comici, etiam est. desunt in MS. ut saepius talia poëtarum testimonia. videntur tamen restitutione adhuc opus habere: et *H. Steph.* hic in ora crucem fixit. nec *Pollucem* hic vocem *ἀνωρροθία* explicare voluisse mihi persuadeo. Iung.

τὸ δὲ συνάγειν τ. χ.] C. A. marginale usque ad *ὀνομάζεται δέ*. Kuehn.

μοιμύλλειν] Ita *Camer.* et *Sylb.* Praec. ed. *νοιμύλειν.* Siberus.

μοιμύλλειν] Pro *μοιμύλλειν* antea male vulgabatur *νοιμύλειν*. quod et avi Comm. cap. 267. videre, qui etiam *μοιμύλλειν* habent, haec *Pollucis* explicantes. MS. *μοιμύλειν*, sicut et *H. Steph.* orae suae adscripsit: qui tamen duplici *λλ* in Thesauro, ut et *Hesych.* Iung.

μοιμύλλειν] *Falckenburgius τῷ νοιμύλειν* (ita enim editum est in ipsius codice) superscripsit *λ*, ut sit *νοιμύλλειν*.

μοιμυᾶν] *μοιμυλλᾶν* uterque Codex pro *μοιμυᾶν*. Kuehn.

μοιμυᾶν] Adhuc est *μοιμυᾶν*, quod etiam ex MS. emendamus, qui habet *μοιμυλλᾶν*. Iung.

διμηλαίνειν] *H. Steph.* forsan, inquit, *διαμυλαίνειν* scripsit. nam *μύλας* vocari *τὰς σιαγόνας Hesych.* auctor est. Idem autem *Hesych. διαμυλλαίνειν, χλευάζειν, ἐπὶ τοῦ τὰ χείλη διαστρέφειν, διαμωκᾶσθαι.* Et *διεμύλλαινε*, quo usus *Aristoph.* in *Vesp.* eiusdem *Schol. τὰ χείλη διέστρεφεν ὡς χλευάζων, καὶ μὴ ἡσθεὶς τῷ λεγομένῳ.* fol. 359. Seb.

διμηλαίνειν] *διαμυλλαίνειν καὶ γὰρ τὰ χείλη μύλλα. ὀνομάζεται δὲ αὐτὸν τὸ μὲν* etc. C. A. cum quo consentit *Vossianus*, nisi quod, post *μῦλλα* legit *προσαγορεύουσιν. ὀνομάζεται δέ. διαμυλλαίνειν* legit etiam *Salmasius*. Kuehn.

διμηλαίνειν] Optime MS. credo et vitiosum *διμηλαίνειν* corrigit. habet enim *διαμυλλαίνειν*, nil verius, vide *Hesych. Suid.* At, inquies, ipse *Pollux* hoc negat, et, vulgatum firmat, quum statim ait labra *μῆλα* adpellari. Immo et ista aio mendosa. Ita enim optimus MS. *καὶ γ. τ. χείλη μύλλα προσ.* Non verbum de meo addam amplius: sed haec ab *Etymologo: διαμυλλαίνειν, Ἀριστοφάνης διαμωκᾶσθαι τοῖς χείλεσιν· ἀπὸ τῶν μύλλων. μύλλαι γὰρ* (forte etiam legendum *μύλλα*) *τὰ χείλη· καὶ μύσταξ* etc. Iung.

διμηλαίνειν] *Falckenburgius διμυλαίνειν.*

προσαγορεύουσι] *H. Steph.* hic ad *προσαγορεύουσι* ita adnotavit: *videtur προσαγορεύουσι subaudiri οἱ κωμικοὶ, ut dixit ἡ κωμῳδία.* Bene. nam ex *Aristophane* illud *διαμυλλαίνειν* adfertur. Post *προσαγ.* ita MS. *ὀνομάζεται δὲ αὐτῶν τό.* Iungerm.

χειλέων] *H. Steph.* hic ad *χειλέων* adscripsit, *non χειλῶν.* ut scilicet mox est, quod tamen et MS. habet, ut et infra segm. huius libri 98. Iung.

περὶ τὸ ὅλον στόμα] C. A. ex correctione *περὶ ὅλον τὸ στόμα*. C. V. *περὶ ὅλῳ τῷ στόματι κῆμος*. Kuehn.

περὶ τὸ ὅλον στόμα] MS. *περὶ ὅλῳ τῷ στόματι, κῆμος.* etc. Iung.

χείλει] Ante mendose *γείλη*. Iung.

ἡ δὲ] *τὸ δὲ* pro *ἡ δὲ* MS. Iung.

τύπος] *Falckenburgius τυπίς*.

προέχον] *προῦχον* leg. C. V. Kuehn.

προέχον] *προῦχον* MS. Iung.

προχειλίδα] *πρόχειλον* sequitur statim [post *αὐτῶν* in C. A. Kuehn.

προχειλίδα] Pro illis duabus *προχ. προχ.* tantum MS. una voce *πρόχειλα*. Partes hasce hinc exponit et *Rhodig.* III. antiq. 31. Iung.

ἡ δὲ εἰς] P. R. *αἱ δὲ εἰς ἄλληλα τῶν χειλέων συμβολαί*. Seberus.

ἡ δὲ εἰς] MS. mendose *εἰ δὲ εἰς*. Iung.

προστόμιον] C. A. *περιστόμιον*. Kuehn.

91.

περὶ ὀδόντων] Idem titulus in MS. Iung.

ταῖς γένυσιν ἐμπεφ.] C. A. *ταῖς γέννυσιν ἐμπεφύκασι*. C. V. *ἐκπεφύκασι*. Kuehn.

ταῖς γένυσιν ἐμπεφ.] MS. *γέννυσιν ἐκπεφύκασιν*. Iung.

ἑκκαίδεκα ἑκατέρᾳ] *ἑκκαίδεκα δὲ ἕ*. MS. Iung.

ἐγγεγομφωμένοι] A C. A. male abest prius *μ*. Kuehn.

ὧν οἱ μέσοι] *ὧν οἱ μὲν μ*. MS. Iung.

τέσσαρες] *τέτταρες* MS. cetera hoc ordine: *τομεῖς, καὶ γελασ. κ. δισ. κ. κτ*. Iung.

τομεῖς] De sectoribus dentibus, qui *τομεῖς* etc. vide etiam *Meurs.* ad *Lycophr.* ad vers. 215. ubi haec *Pollucis* laudat. Sed plura de nominibus dentium eruditiss. *Rigaltius* ad *Artemidori* lib. I. cap. 33. quem vide. Iung.

καὶ διαίρουσι] Non est in C. A. *Aristoteles* nihilominus habet, *ἵνα διαιρῶσι* lib. III. de P. A. cap. 1. Kuehn.

καὶ διαίρουσι] Illa *καὶ διαίρ. καὶ δ. τ. πρ.* desunt in MS. Iungerm.

τὸ δὲ ὅτι γυμνοῦνται] In MS. post *τὸ δὲ* ita sequitur, *ὅτι τὸ προσπεσὸν διαιροῦσιν. τὸ δὲ, ὅτι κτ*. Comm. avi cap. 276. aliam *κτενῶν* etymologiam reddunt. Iung.

λάβωσιν] C. A. compositum *συλλάβωσι*. dein *οἱ δὲ ἑκατέρωθεν δύο*. Kuehn.

ἑκατέρᾳ] Desunt *ἑκατέρᾳ τῇ σιαγόνι* in MS. Iung.

92.

καὶ οὗτοι μὲν] Marginale est C. A. usque ad *ἐκπεφύκασι*. postea in textu: *παράκεινται δὲ αὐτοῖς ἐξηρτημένοι δύο ῥιζῶν οἱ λ. γ*. C. V. leg. *γόμφοι*. vid. *Hesych.* caeterum C. A. margo habet *τὸ ε. δ. ρ*. Kuehn.

δύο ῥιζῶν ἐξηρτημένοι] MS. alio ordine, *ἐξηρτ. δύο ῥιζ.* Iungerm.

πέντε] Aliis quatuor. vid. Comm. avi cap. 276. Iung.

μύλοι] Ita et MS. Comm. avi cap. 276. et 282. habent *μύλαι.* quod et infra probat MS. si vera lectio segm. sequenti ubi in eo *μυλῶν*, nec aliter *Galenus* saepius. Iung.

ἴσος τὴν τρ.] MSS. *ἴσως μύλῃ τὴν τροφήν.* et inde *πέντε τῶν.* Seb.

ἴσως τὴν τρ.] C. A. *ἴσως μύλη τὴν τροφήν. εἰσὶ δὲ οὗτοι* (in margine) *πέντε τ. τ. ε.* tum iterum in margine *τρισὶ ρ. ε.* Kuehn.

ὡς ἡ σιτουργὸς μύλη] Desunt *ὡς ἡ σιτουργὸς μύλη* in MS. *Pollucis*, ait avus Comm. cap. 277. *narratio post haec est indisertior: vel locus, ut plurimi, mendosus.* exponit itaque hanc rem secundum *Galenum.* Ceterum MS. noster forte uni et alteri loco mendas auferet. Iung.

σιτουργὸς] *Camer.* et *Sylburg.* Pr. ed. *σιταργός.* Seb.

εἰσὶ δὲ πέντε] MS. ita: *εἰσὶν δὲ οὗτοι πέντε* etc. Iung.

οἱ σωφρονιστῆρες] C. V. *οἱ καλούμενοι σ. genuini.* in C. A. statim excipit, *μετὰ τὸ εἰκοστὸν ε. α.* Kuehn.

οἱ σωφρονιστῆρες] MS. *οἱ καλούμενοι σωφρονιστῆρες. μετὰ εἰκοστ.* absque mediis. Iung.

93.

κραϊῆρας] C. A. recte *κραντῆρας. Phavor. κριτῆρες* in voce *σωφρονιστῆρες.* vid. *Hesych.* in *κραντῆρες* et *Scholia Nicandri.* C. A. *κραντῆρες δὲ αὐτοὺς Ἀριστοτέλης λέγει, καὶ μετὰ τὸ ο. ε. α. ἀνασχεῖν*, C. V. *κραυτῆρας*, superscripto tamen *ν.* dein etiam *ἀνασχεῖν* habet. vid. *Aristot.* lib. II. de H. A. cap. 4. Kuehn.

κρατῆρας] *κραντῆρας* MS. et sic omnino scribendum: quamvis et antea vulgati *κρατῆρας* illud, ex vitio typographico, puto, retinuere. de illis et Comm. avi cap. 277. Iung.

ἄλλοι τε καὶ] Desunt *ἄλλοι τε καὶ* in MS. Iung.

Ἀριστοτέλης] MSS. *Ἀριστ. καὶ μετὰ ὀγδ. ἔτος λέγει αὐτοὺς ἀνασχεῖν.* Seb.

τὸ ὀγδοηκοστὸν] Deest particula *τὸ* in MS. Iung.

ἀνίσχειν] MS. *ἀνασχεῖν ἐν ἑκατέρᾳ σιαγόνι. ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ σιαγόνι τοὺς ἴσους*, longe auctius et melius. Locus *Aristotelis* alias est lib. II. de Histor. animal. c. 4. Iung.

ἐν ἑκατέρᾳ δ. σ.] Marginale C. A. omisso *δὲ* et desinit in *ἀναριθμ.* Kuehn.

τῶν μέντοι μύλων] C. A. *τῶν μυλῶν τὸ μέντοι πρὸς τῇ*

σαρκὶ βωμίσκους καλοῦσι et hoc in margine est. Caeterum C. V. κωμίσκους leg. KUEHN.

τῶν μέντοι μύλων] MS. μυλῶν, ut indicavi. IUNG.

μωμίσκον] Egregie MS. βωμίσκους, pro vulgato illo μωμίσκον. sane μ et β in veteribus MS. scribuntur plane eodem ductu, ut norunt qui tractarunt: hinc error. IUNG.

μωμίσκον] Optime et noster *Falckenburgius* βωμίσκον habet.

καὶ τὰς κοιλ.] C. A. τὰς δὲ κοιλότητας ο. τὸ δὲ συναμφότερον, φ. KUEHN.

καὶ τὰς κοιλ.] MS. τὰς δὲ pro καὶ τάς. IUNG.

τὸ συναμφότερον] MS. τὸ δὲ συν. φατνίας ἢ φάτνας· καὶ σ. Comm. avi c. 282. habent φάτνας et φατνία, e *Galeno* nempe. Partes has dentium etiam exponit hinc *Rhodig.* IV. antiq. 1. IUNG.

ἢ φατνίας] Margo tantum habet C. A. textus vero pergit: σύμπας δὲ ὁ τῶν ὀδόντων στίχος. KUEHN.

στίχος] MSS. στοῖχος. SEB.

στίχος] C. V. rectius στοῖχος, *series dentium.* KUEHN.

στίχος] Hic etiam στοῖχος MS. pro στίχος habet. IUNG.

τούτου δὲ] C. V. τὸ δὲ υ. τ. γ. KUEHN.

τούτου δὲ] MS. τὸ δὲ ὑ. sine τούτου. IUNG.

γαμφῆλαί τε, καὶ σιαγόνες] C. V. γόμφαι τε καὶ φαγόνες. KUEHN.

γαμφῆλαί τε, καὶ σιαγόνες] γόμφαι τε καὶ φαγόνες MS. pro γάμφ. et σιαγ. plane aliter. Et miror viros doctos illud φαγόνες non adnotasse in thesauris suis, quum tamen *Hesychius* clare: φαγόνες, σιαγόνες, γνάθοι. qui optimus Lexicographorum et de altero nos quid doceat: γόμφους, ait, ὀδόντας etc. nisi quis γαμφαὶ legendum putet apud *Pollucem*, quod etiam apud *Hesychium* γνάθοι exponitur. Apud eum tamen et vulgatum: γαμφῆλαι. γνάθοι, σιαγόνες. Alias tamen accentus potius in ultima scribitur, γαμφηλή, ut apud *Suid.* et *Etymolog.* et γαμφηλῆσιν aliquoties apud *Homerum.* IUNG.

94.

τοὺς ὀδόντας σάρκες] Alio ordine MS. σάρκες τοὺς ὀδόντας, οὖλα. de his et *Poes.* Oecon. *Hipp.* in οὖλα. IUNG.

τὰ μεταξὺ] In textu C. A. τὸ δὲ μ. τ. ο. ἅρμιον, at in margine est, αἱ δὲ μεταξὺ ὀδόντων ἁρμογαὶ, ἁρμοί. quae lectio etiam C. V. est. KUEHN.

τὰ μεταξὺ] MS. αἱ δὲ μεταξὺ τ. ὀ. ἁρμογαὶ, ἁρμοί. φησὶν δὲ Ἀριστοτέλης, ἐλ. eleganter illa priora auctiora. Locum

alias *Pollucis* adnotat eximius *Aristaeneti Scholiastes* ad epist. 16. lib. I. ubi exemplum habes vocis *ἁρμοί*. IUNG.

Ἀριστοτέλης] Lib. II. H. A. cap. 2. KUEHN.

τοὺς γυναικείους ὀδ. etc.] MS. *μὲν εἶναι τοὺς γ. ὀδ. τῶν ἀ. τούτων δὲ ὅσοι μὲν πυκνοὺς ἔχουσιν καὶ συν. τ. ο. μ. εἶναι. τὸ δὲ ἐναντίον, ὁ. ἀρεούς.* quae sequuntur desunt, usque ad *Πύῤῥον*. Exponit haec et seqq. historica avus Comm. cap. 284. IUNG.

καὶ τοὺς μ. ε.] C. V. *τούτων δὲ ὅσοι μὲν πυκνοὺς ἔχουσι καὶ συνεχεῖς τοὺς ὀδόντας μακροβίους εἶναι. τὸ* etc. KUEHN.

εἰ δὲ δεῖ τι] Non habet C. A. usque ad *ἐπαγωγόν*. KUEHN.

τῷ γλυκεῖ] *τὸ γλυκύ*. TOUP.

Πύῤῥον μέν φασι] *Plut.* in vita eius fol. 279. *πολλοὺς δὲ ὀδόντας οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἓν ὀστέον συνεχὲς ἦν ἄνωθεν, οἷον λεπταῖς ἀμυχαῖς τὰς διαφυὰς ὑπογεγραμμένων τῶν ὀδόντων.* SEBERUS.

Πύῤῥον μέν φασι] C. A. *Πύῤῥον δέ φ. Festus Monodos (μονόδους) appellatus est Prusiae filius, qui unum os habuit dentium loco.* Similiter habuit et *Pyrrhus* Rex Epirotarum. *Plinius* addit in *superna parte* oris *os continuum fuisse Prusiae filio.* *Ἄτταλος ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς Νικομήδει τῷ μονόδοντι πολεμήσας* etc. *Suid.* in *Ἀπολλωνιὰς λίμνη*: *Herodot.* vide in *Calliope*, ubi refert dentes *μονοφυέας* repertos ex uno osse cum ipsis maxillis inter *Persas* caesos. conf. *Epitomen Livii* ad l. 50. KUEHN.

Πύῤῥον μέν φασι] MS. *Πύῤῥων φασι τ.* absque *μέν*. IUNGERM.

τετυπωμένον ἐπ. etc.] Plane alius ordo in MS. *ἐπιπολῆς εἰς ὀδ. σχῆμα τετυπ.* IUNG.

ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ Εὐρ. etc.] Non apparent haec in C. A. in textu vero, *καὶ ἄλλοι ὤφθησαν τοιοῦτοι.* KUEHN.

ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ Εὐρ. etc.] Haec de *Euryphye ταυτὸ* etc. *συμπεσεῖν* desunt in MS. IUNG.

Εὐρυφυεῖ] *Sylb.* placet *Εὐρυφαεῖ*. SEB.

Εὐρυφυεῖ] *Falckenburgius Εὐρυφίῳ.*

95.

περὶ δὲ τὴν Ἀλκάθου] Absunt omnia in C. A. usque ad *ὄνομα αὐτῷ*. et deinde pergit partim textus, partim margo, *Τίμαρχος δέ τις ὁ Νικοκλέους τοῦ Κυπρίου παιὴρ* (C. V. etiam *Κυπρίου* leg.) *διστοίχους εἶχε τοὺς ὀδόντας κατὰ Ἀριστοτέλην* (hoc quidem in *Aristotele*, qui nunc in mundo est, non

comparet, meminit tamen *διστοίχων ὀδόντων* in de H. A. lib. II. cap. 1.) *ὁ Ἡρακλῆς τριστοίχους.* KUEHN.

περὶ δὲ τὴν Ἀλκάθου] *περὶ* etc. *Κυπρίων.* tota haec narratio de Mestore deest in MS. Adnotandus vero videtur genitivus *Ἀλκάθου*, pro *Ἀλκαθόου*. Sic infra segm. huius libri 118. et VI, 150. *Ἀλκίνου.* IUNG.

Κυπρίων πατὴρ] MS. *Κυπρίου πατὴρ, Τίμαρχος διστοίχους εἶχεν κατὰ Ἀριστοτέλην τοὺς ὀδόντας, κατὰ δὲ Ἴωνος τοῦ χίου τὴν δόξαν τριστοίχους ὁ Ἡρακλῆς· ὀν.* quae vulgo interseruntur, non habet. Si vero vis interdum ridere, ad *Interpretem* diverte, qui nescio quem nobis *Athenaeum* hic exhibet: quum *Isocrates* Atheniensis (quod et *H. Steph.* hic notaverat) sit, qui illas ad *Nicoclem* paraeneses conscripsit. Comm. avi cap. 284. admonent hunc *Timarchum*, in *Isocratis Euagora* esse *Euagoram.* quod et *Leopardus* I. Emend. 10. obiter monuit, uti et a *Plinio* quoque *Timarchum* vocari sicut a nostro. IUNG.

Athenaeus Sophistae] Scr. Atheniensis intelligitur *Isocrates.* SEB.

Τίμαρχος] Sed *Nicocles* patrem suum nominat *Evagoram* apud *Isocrat.* pag. 72. vid. *Leopard.* Emend. I, 10. In MS. nulla istius rei mentio, sed omissis praecedentibus ab initio huius segm. sic legitur: *Τίμαρχος δέ τις διστοίχους εἶχε τοὺς ὀδ.* P. R. tamen *διστίχους*, sicut mox etiam *τριστίχους.* SEB.

96.

ὀδοντωμένος] In *Gl. ἀποδοντωμένος*, *edentatus.* KUEHN.

ὀδοντωμένος] Sane et sic MS. Sed an non *ὠδοντωμένος* legendum? ut et supra in MS. I, 185. et II, 56. IUNG.

ὀδοντοφυῆ] P. P. *ὀδοντοφυὴς, καὶ ὀδονταλγία, καὶ τά.* SEBENUS.

ὀδοντοφυῆ] C. A. *ὀδοντοφυὴς*, et in margine sequitur *καὶ ὀδοντοφυεῖν τὰ βρέφη*, etiam C. V. leg. *ὀδοντοφυεῖν.* Sequitur dein *ὀδονταλγία κ. τ. τ. ἐ. ε.* KUEHN.

ὀδοντοφυῆ] MS. *ὀδοντοφυεῖν*, pro *ὀδοντοφυῆ.* Mox desunt ista, *καὶ τὸ τ. ὀδ. π. ὀδοντοφυΐα.* IUNG.

ὀδοντοξέστης] *ὀδόντοξέτης* C. V. KUEHN.

ὀδοντοξέστης] *Iun.* nomenclat. in *Dentiscalpium.* IUNG.

ὀδοντοξέστης] *Falckenburgius ὀδοντοξύστης.*

ὁ δὲ μὴ ἔχων ὀδ.] MS. alio ordine: *ὁ δὲ ὀδόντα μὴ ἔχων νωδός.* deinde desunt, *ὡς Ἐ. λ. κ. Φ. ο. κ.* IUNG.

ὀδόντα] C. A. *ὀδόντας νωδὸς καὶ ἀνόδοντος· ὡς Φερεκράτης.* KUEHN.

νωδὸς] MSS. *νωδὸς, καὶ ἀνόδοντος, ὡς Φερ.* Alias *ἀνόδοντος* absque auctore citatur. Seb.

ἀνόδοντα δ' αὐτὸν καλεῖ Φερ.] In MS. *καὶ ἀνόδοντος ὡς Φερεκράτης.* Bene. *Hesych. ἀνόδοντος, ὀδόντας οὐκ ἔχων.* Nec dubitabis interim restituere. Infra X, 89. ipsam *χρῆσιν Pherecrateam* ex MS. adscribam, Iung.

ὁ δὲ προὔχοντας ἐχ. ὀδ. προόδων] C. A. *ὁ δὲ προὔχοντας ἔχων, προόδων.* C. V. *προώδων.* Kuehn.

ὁ δὲ προὔχοντας ἔχ. ὀδ. προόδων] MS. *ὁ δὲ προὐχοντας ἔχων, καλεῖται προώδων.* et sic finit haec sectio. Illud *προώδων* autem non reiiciendum videtur, et sic etiam in *Hesych.* forte scribendum, qui habet: *προωδῶν, ἐξέχων τοὺς ὀδόντας.* Iungerm.

97.

περὶ στόματος] Titulus huius sectionis in MS *περὶ στόματος, καὶ τῶν περὶ αὐτό.* Iung.

προσήκει δ' ἂν τῷ στ.] C. A. *προσήκει δὲ τῷ στ. τὸ χαίνειν, ἀναχάσκειν, ἐγχανεῖν, ἐκ τούτου δὲ* etc. Kuehn.

προσήκει δ' ἂν τῷ στ.] MS. *προσήκοι.* et *καὶ τὸ χ.* Iungerm.

χανεῖν, κεχηνὼς] Desunt *χαν. κεχ.* in MS. et dein habet MS. *καὶ ἀναχ. καὶ ἐγχ.* Iung.

παρὰ δὲ Ξενοφῶντι] *παρὰ δὲ Ξενοφῶντι* etc. *ἀναχαίνειν.* Haec cum intermediis desunt in MS. Iung.

ἀναχάνειν] Leg. *ἀναχαίνειν.* Seb.

καταγέλως] MS. *καταγέλως καταχήνη παρὰ τ. κ.* et desunt voculae duae seqq. *καχήνη εἰρ.* ad vulgatam vocular *H. Steph.* hic *Cachinnus Latine.* quod et in adpend. d Dialect. Att. cap. 16. tm. III. ait non esse dubium, quir ab illo vocabulo sit Latinorum *Cachinnus.* quod et av meo visum erat Comm. c. 291. Verum si illa vocula nullo alio loco nitatur quam hoc, audacter profitear emendandun hic esse *καταχήνη* uti clare MS. habet. *τὸ αὐτοβοᾷ* enim ill *Aristophanis* in Vespis,

ἆρ' οὐ μεγάλη τοῦτ' ἔστ' ἀρχὴ καὶ τοῦ πλούτου κα
ταχήνη;
Βδ. δεύτερον αὖ σου τουτὶ γράψομαι· τὴν τοῦ πλούτο
καταχήνην,
καὶ τἀγαθά μοι μέμνησ' ἃ χεις φάσκων τῆς Ἑλλά
δος ἄρχων.

et *Scholiastae* gemina explicatio, *καταγέλως, καταφρόνησι* quae apud *H. Steph.* videas Thes. in *καταχαίνω.* Mirc illum non suboluisse hoc vitium, adscripserat tamen hic a

oram: *apud Aristoph.* καταχήνη. Noster autem saepius κατ' ἐξοχὴν nomine Comicorum *Aristophanem* intelligit. Et audeam etiam apud *Hesychium* ubi, καταχὴ, καταχάσμησις, κατάγελως, emendare καταχήνη. Sic enim et *Etymologus*: καταχήνη, ἡ χάσμησις. Iung.

καχήνη] MSS. καταχήνη. quod *Schol. Aristoph.* itidem κατάγελως, καταφρόνησις fol. 330. et nescio an καχήνη alibi etiam; nisi quod *Camerar.* col. 136. inde fieri posse inquit, ut *cachinnum* habeamus, col. vero 208. καταχήνη et καχήνη coniungit. Seb.

καχήνη] Uterque Codex et *Salmasius* καταχήνη. C. A. omittit εἴρηται, et mox δὲ παρ' αὐτοῖς et μὲν δὴ in margine habet. Hinc corrigendus *Hesych.* qui Καταχὴ habet pro καταχήνη, quod autem sequitur, ibidem verbum est καταχήνη etc. ut ὑπὸ *Πεισιστράτου* καλαμαία etc. haec subiungenda sunt voci κατάγελως· bis extat in *Vespis Aristophan.* τὸ καταχήνη. Kuehn.

καὶ χάνος δὲ παρὰ α. τ.] In MS. ista ordine alio: παρ' αὐτοῖς δὲ καὶ χάνος τὸ στόμα. Iung.

ὀξύγενύς τε] In C. A. extat γένυς et γενὺς et ὀξύγενυς et ὀξυγενὺς, et ὀνομάζεται superscriptum. Kuehn.

ὀξύγενύς τε] MS. ὀξυγένυς καὶ γ. ο. καὶ τὸ ὑπ'. Iung

ἀνθερεών] *Gl. Philox. Summentum* ἀνθερεών. *Gl. Cyrill.* ἀνθερεών, *mentum, submentum*, quasi ἀνθεὼν τριχῶν, *pilorum viridarium.* Kuehn.

ἀνθερεών] De ἀνθερεῶνι vide *Foes.* Oecon. *Hippocr.* Iungerm.

λαυκανία] *Iliad.* χ, 325. et ω, 642. Item *Apollin.* ps. 5, 18. Scribitur etiam λευκαν. et sic quidam libri habent in priore *Hom.* loco: nec aliter est *Anthol.* 2, 22, 29. et apud *Apollon.* 2, 192. Seb.

λαυκανία] In C. A. margine est κατ' ἐνίους δὲ εὐκανίας. ἑτέρων δὲ εὐκανὶς καλούντων τ. π. τ. κ. χ. hucusque margo C. V. λευκανίαν et sic iterum eodem versu. vid. *Phavor.* in λευκανία. Kuehn.

λαυκανία] MS. λευκανία. ἑτέρων δὲ λευκανίαν. sicut et infra segm. huius libri 206. vidit hoc et *H. Steph.* qui in suo codice hic pro α, ε reposuit, et Comm. avi cap. 292. utrumque habent λαυκανία, et λευκανία. *Etymologus* utrique suam rationem nomini reddit. Iung.

λαυκανία] Facit cum MSS. *Falckenburgius* noster qui etiam habet λευκανία.

98.

χειλέων] A. et P. R. *χειλῶν*. Seb.

χειλέων] C. A. *χειλῶν στόμα, ἢ τῶν χειλέων τομὴ*, tum margo habet: *ἢ ὑπ' ἐνίων δὲ λογεῖον κ. καὶ μάσταξ.* in textu, *ὡς λέγεται καὶ Ὅμηρος.* tum iterum margo. *ὃ καὶ Ο. φ. δ. λ. ἀλλ' Ὀδυσσεὺς* etc. *καὶ μέντοι καὶ τὸ μάστακ' ἐπείκε λάβησι, μάστακι φασὶν εἰρῆσθαι ἵνα ᾖ, ἐπειδὰν λάβῃ τῷ στόματι, τοῦ δὲ στόματος τὸ ἄνω.* C. V. ita post *πίεζε. καὶ μέντοι καὶ τὸ μάστακεπεικελάβησι. μ. φ. ει. ἵν' ᾖ ἐπειδ' ἂν λάβῃ τ. στ. τοῦ δὲ στόματος τὸ ὑπεράνω καλεῖται οὐρανὸς* etc. Locus *Homeri* de quo sermo est, habetur *Iliad.* 9. v. 324. ubi *μάστακ'* quidam per *τροφὴν*, alii per *στόμα* explicant:

ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι
μάστακ' ἐπεί κε λάβῃσι, κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ.
qualis avis pullis implumibus ore ministrat,
arripiat quodcunque cibi, male sit licet ipsi.

Kuehn.

χειλέων] MS. *χειλῶν*, et paulo post *χειλῶν τομὴ, ἢ ὑπενίων καὶ λόγειον κ.* Iung.

καὶ λογεῖον] *Falckenburgius* ex MS. *κοιλογεῖον.*

Ὅμηρον] *Homericus* versus est ex *Ὀδυσσ. δ.* ut Comm. avi docent cap. 293. Ceterum in MS. post versum illum continuantur plura, quasi *Pollux ἐξηγήσεως χάριν* adiecisset ita: *καὶ μέντοι καὶ τὸ μάστακεπεικελαβησι μάστακί φασιν εἰρῆσθαι. ἵν' ᾖ ἐπειδ' ἂν λάβῃ τῷ στόματι· τοῦ δὲ στόματος τὸ ὑπεράνω καλεῖται* (ita enim MS.) *οὐρανὸς* etc. Verum hic alium latere *Homeri* versum mihi recte suboluit, unde *Palatini* MS. egregia facinora *Pollucis* augendi non possum non deprae dicare. En enim *Ἰλ. ι.* v. 323.

ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι
μάστακ' ἐπείκε λάβῃσι, κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ.

Sic itaque ista MS. distingue: *καὶ τὸ, Μάστακ' ἐπείκε λάβησι· μάστακι* etc. et nota hanc quorundam *Homerici* loci huius lectionem et explicationem: quae erudite copiosus ille *Eustathius*, ni fallor, haud indicavit. Saltem *μάστακα, τὸ μάσημα, ἤγουν τὴν μεμασημένην τροφὴν* ibi explicans. *οὐρανὸς* vero palatum, ut et *Brod.* explicat ad lib. VII. Antholog. non longe a fine. Iung.

πίεζε] Quam bono noster *Falckenburgius* usus sit Codice, vel hic locus palam faciet. Plane enim ut egregius ille *MS. Palatinus Cl. Iungermanni* post versum *Homericum* ex *Ὀδ.* 6. ita auget *Pollucem: καὶ μέντοι καὶ τὸ μάστακ' ἐπεί*

κε λάβῃσι. καὶ μάστακί φασιν εἰρῆσθαι, ἵν' ἢ ἐπειδὰν λάβῃ τῷ στόματι. τοῦ δὲ στόματος τὸ ἄνω etc.

ὑπερῶα] Sic etiam in MS. Comm. avi c. 293. *ὑπερώα*, uti potius scribendum videtur, ut et infra segm. huius libri 105. vide *Etymolog.* Iung.

τοῖς ὀδοῦσι] C. A. *ὀδοῦσι.* Kuehn.

ἔνδοθεν] P. R. *ἔνδον.* Seb.

αὐτῶν] C. A. *αὐτοῦ.* deinde in textu. *ἰσθμὸς ἡ φάρυγξ διὰ στ.* etc. in margine est, *ἰσθμοῦ δέ.* C. V. *αὐτοῦ μέρος. Ἰσθμοῦ* etc. Kuehn.

αὐτῶν] MS. *αὐτοῦ*, quod *οἱ ἀνατομεῖς* examinabunt. Iungerm.

ἰσθμὸς δὲ] MSS. *ἰσθμὸς ἡ φάρυγξ, διὰ στενότητα. τὸ δὲ ἐνδοτέρω* (P. R. *ἐνδότερον*) *τῆς ὑπερώας κίων καὶ* etc. Seb.

ἰσθμὸς δὲ] MS. *ἰσθμοῦ δέ.* recte, ni fallor. Ex *Pollucis* Thesauris haec adfert et *Rhodig.* XXI. Ant. 19. Iung.

παρίσθμια] Margo C. A. *ἤκουσεν ἐκαλοῦντο δὲ καὶ ἀντιάδες ἐκ τούτου.* et ita etiam C. V. *Gloss. παρίσθμια tonsillae* etc. Kuehn.

παρίσθμια] MS. ita et iterum auctius: *παρίσθμια ἤκουσεν· ἐκαλοῦντο δὲ καὶ ἀντιάδες ἐκ τούτου. τὸ δὲ ἐνδοτέρω κατηρτισμένον ἀπὸ τῆς ὑπερώας, κίων* etc. Optime *περὶ ἀντιάδων.* Nec possum quin ex *Etymologo* adscribam ista gemina: *Παρίσθμια τὰ περὶ τὴν φάρυγγα, διὰ τὸ παρακεῖσθαι τῷ Ἰσθμῷ· Ἰσθμὸς δέ ἐστι* etc. (quae vidi ibi) *λέγονται δὲ καὶ ἀντιάδες, ἀπὸ τοῦ ἀντικεῖσθαι ἀλλήλοις.* Nec enim forte alia sint magis *Polluci*, uti quidem hic auctiorem facimus, illustrando. Iungerm.

παρίσθμια ἐκλήθη] Egregie iterum cum *Palatino Cl. Iungermanni* Codice consentit noster *Valckenburgius*, qui rursus auget *Pollucem* sequenti modo: *Παρίσθμια ἐκλήθη. ἐκαλοῦντο δὲ καὶ ἀντιάδες ἐκ τοῦ τόπου. τὸ δὲ ἐνδοτάτω* etc.

99.

τὸ δὲ ἐνδοτάτω] C. A. *τὸ δὲ ἐνδοτέρω τῆς ὑπερώας κίων καὶ κιονὶς* (*υνα*) *περὶ ὃ στοιχίζεται τ. α. τ. π. κ. τ.* margo (*ὡς μὴ καταπνιγώμεθα* etc.) *τοῦτο καὶ βρόγχος καὶ γαργαρεὼν ὑπ' ἐνίων ἐκλήθη, καὶ εἰ νοσήσας φλεγμαίνῃ,* ex *Aristot.* C. V. *τὸ δ. ἐνδοτέρω, κατηρτισμένον ἀπὸ τῆς ὑπερώας, κίων καὶ κιονὶς, περὶ οὗ σχίζεται* etc. Kuehn.

περὶ ὃ] MS. *περὶ οὗ.* Iung.

καταπνιγοίμεθα] MS. *καταπνιγόμεθα.* Iung.

καὶ τοῦτο] Deest *τοῦτο* in MS. et mox illa *καὶ χόνδρος.* vide et *Iun.* nomencl. in *Gurgulio.* Iung.

ὑπερήρτηται] MS. ὑπερῆρται δὲ στομάχου καὶ βρ. κ. Iungerm.

εἰ νοσήσας] MS. ἢν νοσ. φλεγμήνη καὶ ἐς ὀχρ. (sed emendatum ὠχρ.) ὑποτραπῇ. Iung.

φλεγμαίνοι] P. V. et A. φλεγμήνῃ. et mox ὑποτραπῇ. Seberus.

Ἀριστοτέλης] Lib. I. H. A. in fine cap. 11. Kuehn.

Ἀριστοτέλης] *Aristotelis* verba περὶ Ζω. ἱστορ. lib. I. sub fine cap. 11. sunt: ἔσω δ' ἄλλο μόριον σταφυλοφόρον, κίων ἐπίφλεβος. Iung.

τὸ δὲ μετ' αὐτὴν] In margine extat C. A. τὸ δὲ περὶ (quod et V. C. leg.) αὐτὸν πόλος. postea in textu: τὸ δὲ στομάχου v. φ. iterum in margine est καὶ φαρύγετρον o. deinde sine titulo in ipso textu est, ὀνόματα δὲ ἐκ τοῦ στόματος. Kuehn.

τὸ δὲ μετ' αὐτὴν] MS. τὸ δὲ περὶ ἀ. π. Iung.

στομάχου] Iterum auctius MS. στομάχου καὶ βρόγχου προκείμενον, φ. κ. φαρύγεθρον ὀ. et infra segm. huius libri 207. φαρύγεθρον, sed in MS. auctiore ibi. quae vox, credo, etiam apud *Hesych.* restituenda, ubi est Φαρύγαθρον, ὁ κατὰ τὰ παρίσθμια τόπος. Sic scribitur etiam apud *Eustath.* ad Ὀδυσσ. ι. in illa

φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος.

Sequentia continuantur cum praecedentibus, sine titulo in MS. ita: Τὰ δὲ ἐκ τοῦ στόματος ὀνόματα, εὔστ. Iung.

στομάχου] Auget iterum *Pollucem Falckenburgius* noster. Ita enim habet, στομάχου καὶ βρόγχου ὑπερκείμενον etc.

100.

ἵππος] Iterum vocula auctius *Falckenburgius*, ἵππος τε καὶ αὐλός etc.

ἄστομος] Vide supra I, 197. Kuehn.

καὶ αὐλὸς] A καὶ αὐλὸς usque ad λιμένα desunt in C. A. Kuehn.

καὶ αὐλὸς] Desunt in MS. καὶ αὐλὸς (ut et infra segm. huius libri 108. de tibia) usque ad Ὅμηρος. et loco eorum est καὶ τὰ ὅμοια. *Sophoclis* locum Oed. Colon. esse indicant Comm. avi cap. 295. ubi haec explicant: et *Nunnes.* ad *Phrynich.* Eclog. II. in εὐστομεῖν. vide et infra V, 90. Iungerm.

Ὅμηρος] *Homeri* loca Ἰλ. κ. et τ. adfert avus Comm. cap. 295. MS. habet inverso κέκληκεν στόμα. Iung.

πολέμου στόμα] *Iliad.* κ, 8. nimirum quia πόλεμος πάντων δαπανητικός, ut inquit *Auth. brev. Schol.* in quem seu-

sum 2. *Sam.* II, 27. *ποτὲ μὲν οὕτως καὶ ποτὲ οὕτως φάγεται ἡ μάχαιρα·* hunc sicut illum consumit gladius. Et ut *στόμα πολέμου*, sic *Gen.* 34, 26. et alibi saepe *μαχαίρας στόμα* dicitur. Immo Hebraei ab hoc effectu ipsum bellum vocant מִלְחָמָה a לָחַם quod incidere significat. Seb.

πολέμου στόμα] Vid. *Eustath.* in *Homerum* pag. 496, 786, 1185. de *στομῶσαι* idem p. 294, 1021. Kuehn.

κέκληκεν] P. V. *εἴρηκεν.* Seb.

Ἀριστοφάνης] *Ἀριστοφάνης δὲ στομῶσαι τὸ λ. α.* ita C. A. *Aristoph.* locus est in Nubibus, ubi pater *Socrati* dicit,

δίδασκε καὶ κόλαζε καὶ μέμνησ' ὅπως
εὖ μοι στομώσεις αὐτόν —

ubi *Scholia ὀξυνεῖς ἢ εὔστομον ποιήσεις. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μαχαιρῶν·* et iterum

τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον στόμωσον.

Metaphora ducta a ferro quod induratur ut aciem habeat firmiorem. *στόμα* enim ferri est et dicitur *acies eiusdem.* Kuehn.

Ἀριστοφάνης] MS. *Ἀριστ. δὲ στομῶσαι, τὸ λαλὸν εἶπεν ἀπειρ.* locum ex Nebulis habes in Comm. avi cap. 295. Iungeam.

ἄστομον δὲ ἵππ.] *ἄστομον δὲ* etc. *τραχὺν*, cum interiectis frustra quaeras in C. A. Kuehn.

ἄστομον δὲ ἵππ.] *ἄστομον δὲ* etc. *τραχύν.* cum intermediis desunt in MS. Iung.

στόμιον δέ, καὶ χαλινοῦ] Ita MS. *καὶ στόμιον καλεῖται τοῦ χαλ. τί μ.* Sunt vero illa vocabula apud *Xenophontem*, ut monet avus in Comm. c. 296. Iung.

101.

Καλλίας δὲ] A *Καλλίας* usque ad *εἴρηκε* desunt in C. A. *στόμα* autem in eo poni videtur pro *στόμωμα*, deinde ibid. *πρόστομον δὲ ξίφος τὸ ἐστομωμένον.* In margine vero. *καὶ τομὸν τὸ δὲ μαλακὸν, καὶ ἄτομον, ἀπόστομον.* hucusque margo. deinde iterum deest *ὡς Μάγνης* usque ad *Σοφοκλῆς.* C. V. pro *ἄστομον* etiam leg. *ἄτομον.* Kuehn.

Καλλίας δὲ] *Καλλίας* etc. *εἴρηκε.* Haec cum intermediis iterum absunt a MS. dein ita MS. *πρόστομον δὲ ξίφος ἔλεγον τὸ ἐ.* Iung.

στόμα] *Falckenburgius στομόν.*

τὸ δὲ μαλακὸν] Egregie MS. *τὸ δὲ μαλακὸν καὶ ἄτομον, ἀπρόστομον.* Sed desunt dein cetera *ὡς Μάγνης* usque ad *Σοφοκλῆς*, quae vox itidem abest. Credo illud adprobasse

et avum. Sic enim Comm. cap. 296. *Ensis acutus πρόστομον ξίφος. obtusus: ἀπρόστομον.* IUNG.

στομώδη] *Falckenburgius* hunc locum ita legit: *στομήρη δὲ τὰ εὔστομα, καὶ εὔσχημα.*

στομοδόκον] MS. *στομοδοκὸν* (sed accentus est erasus) *τὸ δὲ στώμυλον.* IUNG.

καὶ λάλον] Superscriptum in C. A. *καὶ ὁ στωμύλος αὐτὸς* usque ad *παρῆκται* marginis est, quae sequuntur a *στόμια* ad *στομαυλεῖν* absunt a C. A. KUEHN.

στωμύλος αὐτό.] *στωμυλος* (sine accentu) *δὲ αὐτὸς καὶ ἡ* etc. quo pacto cohaerent sane rectius. IUNG.

στωμύλος αὐτό.] *Falckenburgius* noster iterum plane ut Codex *Palatinus Iungermanni*, *στωμύλος δὲ αὐτὸς καὶ ἡ* etc.

στόμια] *στόμα* MS. pro *στόμια.* IUNG.

χαλινοί. εἴρηκε] Post *χαλινοὶ* ita MS. sequentia: *εἶπεν δέ τις ὑπαλλάττων καὶ στομαυλεῖν νόσημα· καλεῖται δὲ καὶ τὸ νόσημα στομαλγία· καὶ ἡ φλυαρία δὲ οὕτω καλεῖται.* Priora corrupta videntur. Ex *Platonis* enim *Cratylo προαύλιον στομαυλῆσαι* adferunt. supra memini etiam quodam loci in MS. *Πλάττων* pro *Πλάτων* fuisse. Postea MS. eleganter auctius: *εὐρύστομος, ὁ ὧδε ἔχων στόματος· καὶ ἐπιστομῆσαι* etc. Sic enim hoc ultimum per *η* habet. Et apud *Etymologum* habes *Ἐπιστομέωσι*, in *ἐπιστοβέωσιν.* Lubet in hoc verbo restituere *Hesychium* ex *Hesychio.* Sic enim editur: *Ἐπιστομίζων, φιμονῶν ἐλέγχων.* lego *φιμῶν, ἑλ.* Ita enim ipse infra, *Φιμοῖ, ἐπιστομίζει* exponit inter alia. IUNG.

εἴρηκε δέ που Πλάτων] Pro his C. V. habet *εἶπεν δέ τις ὑπαλλάττων καὶ* etc. KUEHN.

οὕτως ἂν καλ.] In margine C. A. *οὕτω καλεῖται.* KUEHN.

εὐρύστομος] C. A. *εἶτα εὐρύστομος. ἐπιστομίσαι δὲ τ. ε. λ. καὶ χαλκόστομον παρὰ ποιητῇ καὶ χαλκοπ. ἢ χαλκέμβολον*, quod margini debetur. C. V. *εὐρύστομος ὁῶδες ἔχων στόματος καὶ ἐπιστομήσαι* forte *ὁ ὑῶδες ἔχων στόμα.* Sus enim quia *ῥιζοφάγος* est, *πλατύρυγχος* est. *Aristot.* lib. VII. H. A. cap. 1. KUEHN.

εὐρύστομος] Iterum auctius *Falckenburgius* noster, uti *Palatinus Iungermanni* habet: *εὐρύστομος ὁ ὧδε ἔχων στόματος.*

102.

χαλκόστομον] MS. *καὶ χαλκ. π. τοῖς π.* IUNG.

παρὰ ποιηταῖς] P. R. *π. τοῖς ποι.* SEB.

παρὰ ποιηταῖς] Vocabulo *ποιηταῖς* in Codice *Falckenburgii* nostri superscriptum est *τοῖς πάλαι.*

καὶ χαλκόπρωρον] C. V. *χαλκόπωρον* pro *χαλκόπρωρον*. KUEHN.

καὶ χαλκόπρωρον] MS. *χαλκόπωρον*. IUNG.

χαλκέμβολον] Post *Valckenburgius* noster ex MS. addit *χαλκεπίωρον*.

ἀναστομῶσαι] MSS. *ἀνεστόμωσε*. tum P. R. *τοὺς τάφους*. SEB.

ἀναστομῶσαι] C. A. *ἀνεστόμωσεν τ. τ. ὡς Ἡρόδ. aperire fossas, obstruere ἀποστομῶσαι* contrarium est. deinde sequitur *ἀποστοματίζεσθαι τοὺς παῖδας τὰ μαθήματα ἢ ἀπὸ στόματος λέγων*, margo habet *καὶ ἀποστοματίζουσιν οἱ διδάσκαλοι τοὺς μαθητάς, τουτέστι, ἀξιοῦσιν ἀπὸ στόματος λέγειν*. eadem habet C. V. post *λόγου* et subiungit *καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος*, quod non habet C. A. KUEHN.

ἀναστομῶσαι] MS. *ἀνεστόμωσέ φησι τὰς τάφρους Ἡρ.* IUNGERM.

ἀποστοματίζεσθαι] Hoc sensu ait *Camerarius* nondum se reperisse: nam locum *Euthydemi*, cuius *Pollucem* mentionem facere *Henr. Stephan.* existimat, ipse aliter interpretatur. Sic autem habet: *ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα;* h. e. *Interpr. Cam. cum memorabantur a Grammatico quaepiam, utri illa discebant pueri, quae memorabantur?* ut sit *ἀποστοματίζειν memoriter recitare*, et *ἀποστοματιζόμενα, quae memoriter recitantur*, ut exp. *Iul. Pacius* apud *Aristotelem* capite quarto (al. 3.) *Soph. Elench.* Sed *Henr. Stephan. Interpret.* ad hunc modum: *cum memoriter aliqua vos recitare iubebat Grammaticus, utri pueri didicerant, quae ab ipso interrogabantur, et memoriter recitare iubebantur?* Qui idem fere huius verbi usus *Luc.* XI, 53. *Suidas* quoque *Polluci* similiter: *καὶ ἀποστοματίζειν φασὶ τὸν διδάσκαλον, ὅταν κελεύει τὸν παῖδα λέγειν ἅττα ἀπὸ στόματος.* Sed eidem paulo ante id verbum significat etiam *ἀπὸ μνήμης λέγειν* etc. itaque usurpat et *Athen.* libro octavo, fol. 559. SEB.

ἀποστοματίζεσθαι] MS. *καὶ ἀποστομ.* omissis illis *Calliae*, de quibus Comm. avi c. 296. dein *τοὺς παῖδας, οἷον* (interiecta non habet) *ὑ. τ. δ. ἐπερωτᾶσθαι* etc. Comm. avi c. 296. aiunt se nondum reperisse haec quae *Pollux* hic de verbo *ἀποστοματίζεσθαι* ex *Platone* narrat. vide et *H. Steph.* in Thesauro: et quae mox ex MS. proferam auctiora. IUNG.

Πλάτων] Locus *Platonis* de *ἀποστοματίζειν* est in *Euthydemo*, ubi dicit: *ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς,*

πότερον ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα οἱ σοφοὶ ἢ οἱ ἀμαθεῖς, cum vobis praeceptor aliquid ore profert, utrum ore prolata pueri discant sapientes an indocti: ex quo loco non apparet τὸ ἀποστοματίζω significare id quod dicitur, nempe interrogare discipulum, aut iubere, ut memoriter aliquid recitet, aut discipulum interrogatum recitare quiddam memoriter. *confer Lucam* c. XI. v. 53. ubi simpliciter acceperim, de interrogationibus oretenus factis et simile responsum deposcentibus. KUEHN.

ὡς ἀπὸ στόματος] MSS. *ἤγουν ἀπὸ στόμ.* SEB.

τὸ αὐτὸ καὶ] Desunt ista in MS. *τὸ α. κ. ἀ.* IUNG.

ἀποστοματίζεται] MSS. *ἀποστοματίζειν.* SEB.

ἀπὸ στόματος] Infra segm. huius libri 110. *ἀπὸ γλώττης* etc. *Aristot.* Top. VIII. cap. 14. *ἀπὸ στόματος ἐξεπίστασθαι, memoriter tenere.* SEB.

καὶ ἐξ ἑνὸς στόμ.] Loco horum *καὶ ε. ε. στ. Π. π. λ.* MS. habet ista: *καὶ ἀποστοματίζουσιν οἱ διδάσκαλοι τοὺς μαθητάς. τουτέστιν εἰπεῖν ἀπὸ στόματος.* est et illud *ἀποστοματίζειν* infra *ἐν τοῖς τοῦ γραμματιστοῦ* IV, 18. IUNG.

Πλάτων] Polit. II. item *Aristoph.* Eq. vers. 671. exponente id *Scholiaste: ὁμοθυμαδὸν καὶ μιᾷ φωνῇ*, quarum formularum utraque alibi cum priore illa coniunctim legitur, ut cum rursum *Plato* inquit lib. I. de L. L. *μιᾷ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος.* D. *Paulus* autem *Rom.* XV, 5. *ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι*, absque copula: cum *ἐν ἑνὶ στόματι* dixissent iam olim et LXX. exponentes *Hebr.* phrasin פֶּה אֶחָד 3 *Reg.* XXII, 13. vid. prov. *uno ore.* quid bis apud *Terent. Andr.* I, 1. et *Phorm.* IV, 3. SEB.

103.

περὶ πυέλου] MSS. *πυέλου*, itaque mox segm. seq. in textu. Nam *πύελος* aliud. SEB.

περὶ πυέλου] C. A. *πυέλου.* KUEHN.

περὶ πυέλου] Titulus huius sectionis in MS. tantum *περὶ πυέλου.* et sic omnino corrigendum. accurate debet attendere, si quem non praeterire debet τ, ut in MS. *τῷ π.* adpendit. IUNG.

καὶ μὴν τὸ] C. A. incipit, *τὸ δὲ ἀποῤῥέον τοῦ στ.* C. V. *ἀπὸ τοῦ στ.* KUEHN.

ἀποῤῥέον τοῦ στόμ.] MS. *ἀποῤ. ἀπὸ τοῦ στόμ.* IUNG.

καὶ σίελος] C. V. delet dein *καὶ σιαλὸν*, ita et C. A. qui pergit: *τὰ ῥήματα, πτύειν. νόσημα δὲ* etc. *πτυίζειν* vid. apud *Athenaeum* pag. 249. *Edit. Casaub.* KUEHN.

καὶ σίελος] MS. καὶ σίαλον, pro vulgatis καὶ σ. vide et Comm. avi cap. 298. IUNG.

καὶ τὰ ῥήματα] Tantum haec MS. καὶ τὰ ἀπ' αὐτοῦ ὀνόματα, πτύειν. καὶ τὰ ὅμοια. ἀῤῥώστημα δὲ τ. IUNG.

κατάπτυστος] *Hesychius*: Κατάπτυστον, ἐξουθενημένον. Quod vocabulum *Aeschyli* esse ibidem in notis docetur. *Glossae*, κατάπτυστος, *Contemptibilis.* et καταπτύω, *despuo.*

καταπτύστην] *Interpr. desputorem.* Verum *Camer.* annotasse *Pollucem* monet, praeter consuetudinem sermonis Graeci, in genere foeminino, dictam ab *Anacreonte* καταπτύστην. SEB.

Desputorem, id est, contemtorem] potius: abominandum. vid. notam praeced. SEB.

ἐντὸς τοῦ στόματος] Pro ἐντὸς τοῦ στ. MS. ἐν τὸ στ. corrupte. IUNG.

βηξ etc.] Vide de singulis Oecon. *Hippocr. A. Foesii.* Ceterum λύγγας etiam λυγμοὺς nominari ibidem ostenditur. συνάγχη autem cum se laborare diceret, ἀργυράγχην habere, dictum *Demosthenem.* vid. infra VII, 104. SEB.

καὶ λύγξ] Hoc superscriptum in C. A. ita et in βραγχᾶν superius inseritur ι, ut sit βραγχιᾶν. C. V. βρεχᾶν, suibus accidit τὸ βραγχᾶν apud *Aristot.* lib. VIII. cap. 21. H. A. KUEHN.

104.

περὶ γλώττης] Huius sectionis in MS. titulus est: περὶ γλώττης καὶ τῶν περὶ αὐτήν. IUNG.

καὶ μὴν καὶ γλῶττα] In C. A. sequitur λόγου τε πηγὴ etc. KUEHN.

καὶ μὴν καὶ γλῶττα] Sectio incipit: καὶ μὴν καὶ γλῶττα, λόγου τε etc. quae intercedunt non habet. IUNG.

τῇ δὲ ἀναπνοῇ] Haec margo habet C. A. usque ad παραπέμπουσα. KUEHN.

τροφάς, παραπ.] Dele comma post τροφάς. Exponit haec avus Comm. cap. 306. IUNG.

καλεῖται δ' ὑπ'] MS. καλεῖται μὲν ὑπενίων. IUNG.

105.

τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἐ.] τὸ μὲν etc. ἐργάζεται cum interiectis in C. A. absunt. KUEHN.

τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἐ.] Desunt τὸ μὲν etc. ἐργάζεται. cum mediis in MS. IUNG.

φλέβων] C. A. φλεβῶν τ. ὠραιά τε καὶ εὐέλικτος. C. V. εὐμέλικτος. tum in C. A. omissis interiectis, ὀξεῖα καθὺ σ. KUEHN.

φλέβων] Scribe *φλεβῶν*. Iung.

ἡ γλῶττα] Desunt in MS. *ἡ γλῶττα*. dein est *ἀρεά τε*, ut haec vox plerumque in MS. scribitur. Iterum desunt *κάτωθεν μ.* etc. *ὑπερῴαν μέρος*, cum mediis omnibus. Iung.

ὀξεῖα δὲ] Deest et particula *δὲ* in MS. Iung.

ἧς ἐκδέδεται] C. A. *ἧ δέδεται*. Kuehn.

ἧς ἐκδέδεται] *Falckenburgius ἧ συνδέδεται*.

σιαγόνα] *σιαγώνα* MS. Iung.

106.

ἐπιγλωσσὶς] *Gl. ἐπίγλωσσις*, *ligula*. Kuehn.

ἐξήρτηται] Sequitur statim in C. A. *πρὸς τὸ εἴσω τοῦ στόματος μέρος ἐπεστραμμένη*. ultimum *ἐπεστραμμένη* et C. V. habet. Kuehn.

ἐξήρτηται] Ita decurtato saltem MS. *ἐξήρτηται πρὸς τὸ ἴσω τοῦ στ. μ. ἐπεστραμμένη, καὶ τ. ο. τ. τ. ἐπιφράττουσα, ὡς μὴ* etc. Explicat haec avus Comm. c. 307. Iung.

ἀθρόα] P. R. *ἀθρόον*. Seb.

ἀθρόα] C. A. *ἀθρόως καταφέρει περὶ τὸ φράγμα κ.* Kuehn.

καλεῖται] *καλεῖται* etc. *κατηρτημένη*. Hae duae periodi desunt in MS. Iung.

107.

τὸ δὲ πλέον] C. A. *τὸ δὲ πλέον η. γ. τῆς εἰς γεῦσιν.* Kuehn.

μέρος, ὃ γεῦσιν etc.] C. A. post *μέρος*, *τὰς δὲ ἑκατέρας* etc. omissis interiectis. Kuehn.

μέρος, ὃ γεῦσιν etc.] Desunt, *ὃ γ. κ. κ. ὀν.* in MS. Iungerm.

γλώττης] MS. *γλώσσης κ. χηράμους κ.* Varia vocabula de lingua hinc etiam exponit *Rhodig.* XIII. Ant. 4. Iung.

παράσυρα] *Hesych. Περισείρια τὰ πλάγια τῆς γλώτης.* Seberus.

παράσυρα] C. V. *παράσειρα ἔργα μὲν οὖν γ. γεῦσις*, quod ultimum in margine est C. A. Caeterum *Phavorinus* hunc locum transtulit in *Lexicon* suum, usque fere ad finem segmenti 109. Kuehn.

παράσυρα] *παράσειρα* MS. et credo rectius. *H. Steph.* hic adnotavit, apud *Hesychium* esse *περισείρια*. Iung.

108.

εὔγλωττος] C. V. *εὔγλωσσος*. Kuehn.

καὶ εὐγλωττία] C. A. non habet *καὶ εὐγλωττία* usque ad *ὡς Ξενοφῶν*. Kuehn.

καὶ εὐγλωττία] In MS. tantum καὶ τὰ ὅμοια. caetera desunt usque ad ὡς Ξενοφῶν, quae itidem non agnoscit MS. IUNGERM.

Ξενοφῶν] Locus forte *Xenophontis* est qui statim in prooemio *Paideias* occurrit, de *Cyro* tot gentibus imperante: καὶ τοίνυν τούτων τῶν ἐθνῶν ἦρξεν, οὔθ' ἑαυτῷ ὁμογλώττων ὄντων, οὔτε ἀλλήλοις. IUNG.

γλωσσογάστορας] Qui et κνισολοιχοὶ et κνισοκόλακες apud *Athen.* lib. III. fol. 125. vid. *Erasm.* prov. *Glossogastores.* SEB.

γλωσσογάστορας] C. V. εὐγλωσσογάστορες. *Phavor.* in καταγλωττίζομαι. leg. ἐγγλωσσογάστορας. KUEHN.

γλωσσογάστορας] MS. καὶ εὐγλωσσογάστορος. Itaque legendum ἐγγλωσσογάστορος suspicor, quam vocem ex *Aristophanis* Avibus adnotant. Certe eaedem explicationes apud *Hesych.* et *Etymolog.* Ille: Ἐγγλωτογάστορες (scribe duplici τ) οἱ ἀπὸ τοῦ λέγειν βιωτεύοντες. *Alter:* Ἐγγλωττογάστωρ. πεποίηται παρὰ τὸ διὰ γλώσσης καὶ διὰ λόγων τρέφεσθαι. IUNG.

αὐλοῦ γλῶτταν] αὐλοῦ γλῶτταν. non γλωσσίδα. *Phrynich. Eclog. Attic.* ubi *Nunnesius* et *Pollucem* nostrum hinc laudat. IUNG.

γλωττοκομεῖον] De γλωττοκομείῳ hoc vid. et *Nunnes.* ad *Phrynich.* in γλωσσόκομον. Aliquid etiam *Foesius* Oecon. *Hippocr.* in γλωσσόκομον. IUNG.

γλώττας] MS. γλώσσας. IUNG.

καὶ γλωττοποιὸς] Non est in C. A. usque ad ἄγλωττος. KUEHN.

καὶ γλωττοποιὸς] Desunt, καὶ γλ. ὁ τ. κ. α. ἄ. in MS. IUNGERM.

109.

ἄγλωττον] Abest in C. A. ἄγλωττον ut et ἀγλωττίαν usque ad *Εὐριπίδῃ* segmenti sequentis. KUEHN.

ἄγλωττον] MS. non habet ἄγλωττον, et εἶπεν ἀγλ. etc. παρ' *Εὐριπίδῃ.* cum mediis omnibus in MS. desunt. τὸν βάρβαρον vero et MS. habet. At Comm. avi videntur aliter legisse. Sic enim cap. 318. haec referunt: *Sophocles* (dixit) ἄγλωσσον, *barbariam.* nisi *barbaram* scripsit. quum in *Sophoclis* versu, qui in *Trachin.* οὔθ' ἑλλὰς, οὔτε ἄγλωσσος. IUNGERM.

ὁ ἀθυρογλ. παρ' *Εὐριπίδῃ*] *H. Steph.* hic adnotavit: *nam Euripidis* ἀθυρόγλωσσος *improbatur, ait Camer. ex hoc loco.* verba avi sunt Comm. cap. 318. vid. et *Erasmi* Adag. *Os infrenc.* IUNG.

καταγλωττίζειν] *Suavium* (dare) *blandientis appulsu linguae mellitum;* ut lib. VI. *Metamorph.* exprimit Madaurensis Graecorum *καταγλώττισμα. Hesych. καταγλυπτον* habet male pro *κατάγλωττον.* vid. *Eclogas Thomae.* KUEHN.

καὶ καταγλωττισμένον] Non est in C. A. KUEHN.

καὶ καταγλωττισμένον] Desunt *καὶ καταγλωττισμένον*, in MS. quae vulgo etiam corrupta puto et scribendum *κατεγλωττισμένων*, ut avi Comm. cap. 318. habent. Nec enim aliter invenio in *Θεσμοφοριαζούσαις*, dum percurro hoc *δρᾶμα Aristophanis.* Sic enim ibi plusculum ab initio: *ὡς ἡδὺ τὸ μέλος* etc.

καὶ θηλυδριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον.

Et alibi *κατεγλωττισμένην.* in Equitibus:

ὥστε νυνὶ (πόλιν)

ὑπὸ τοῦ μονωτάτου κατεγλωττισμένην σιωπᾶν. IUNG.

παλίγγλωσσον] Abest a *παλίγγλωσσον πάλι* in C. A. et pro *τὸν τὸ* adest. KUEHN.

παλίγγλωσσον] Pro *παλίγγλωσσον* MS. habet simpliciter *γλωσσόν. παλίγγλωσσον* et infra nominat VI, 164. IUNG.

ἐπιγλωττίσομαι] MS. per *η ἐπιγλωττήσομαι.* et ita scribendum est. Verba enim sunt *Aristophanis* initio *Lysistratae,* ubi hic versus:

ἐπιγλωττήσομαι, φλυαρήσω, βλασφημήσω. περὶ τῶν Ἀθηναίων γὰρ οὐκ ἐπιγλωττήσομαι.

Est enim idem versus et ex *Aristophane,* ut iam attuli, rescribendus. IUNG.

γλώττας δὲ, τὰς τῶν ὑποδ.] C. A. *γλώττας τῶν ὑποδημάτων ἔλεγον,* quod ultimum adscriptum ab alia manu. KUEHN.

γλώττας δὲ, τὰς τῶν ὑποδ.] MS. *γλώττας δὲ τῶν ὑ.* absque *τάς.* sic vero loquendum, non *γλωσσίδας,* praecepit idem *Phrynichus.* IUNG.

ὡς Ἰσαῖος ὁ Σωκρατ.] Absunt, *ὡς Ἰσαῖος ὁ Σ.* in C. A. KUEHN.

ὡς Ἰσαῖος ὁ Σωκρατ.] Desunt *ὡς Ἰ. ὁ Σ.* in MS. IUNG.

ὡς Ἰσαῖος ὁ Σωκρατ.] *Falckenburgius* pro *Ἰσαῖος* habet *Αἰσχίνης* ex MS.

γλώττας] *σημείωσαι γλῶτται,* ait hic *H. Steph.* IUNG.

ὡς Ἀριστοφάνης] Haec usque ad *Κόρυμβος* non agnoscit C. A. Quod testimonium *Aristophanis* attinet, legerim illud ita: *πρὸς ταῦτα λέξω Ὁμήρου γλώττᾳ τί κ. Κόρυμβος, Adhaec dicam quid sit Homeri lingua Corymbus? Galenus praefat. Lexici Hippocrat.* leg. *σοὶ λέξων Ὄμηρε γλώττῃ τίνι καλοῦσι*

Κόρινα· est locus in Comoedia, quae inscripta est *Λαιταλεῖς*, quod et *Salmas.* notavit. KUEHN.

'*Ηρόδοτος*] Libro primo, fol. 13. ubi et *βάρβαρος γλῶσσα* tribuitur priscis *Pelasgis.* SEB.

'*Ηρόδοτος*] *Herodoti* locus est *Κλειοῖ.* vid. Comm. c. 319. IUNGERM.

110.

γλῶτταν Ἑλλ.] In Actis Apostol. dicuntur coepisse *λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις*, cap. 2. vers. 4. de quibus mox qui e diversis locis convenerant: *πῶς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν*; Igitur *διάλεκτος* idem quod eo significatu *γλῶσσα.* unde *διάλ. Περσικὴ Plutarch.* Apophtheg. fol. 113. *Ἑλληνικὴ Id.* in *Numa* fol. 49. *Αἰγύπτιος* in *Anton.* fol. 676. ubi paulo ante *Cleopatra* dicitur *τὴν γλῶσσαν ὥσπερ ὄργανον πολύχορδον εὐπετῶς τρέπουσα καθ' ἣν ἂν βούλοιτο διάλεκτον.* Latini consimiliter *linguae* utuntur voce. *Horat.* III. Odar. 8. ad Maecen. *Docte sermones utriusque linguae.* SEB.

Περσίδα ἢ Ἀ.] Non extat in C. A KUEHN.

Περσίδα ἢ Ἀττίθα] Desunt *Περσ. ἢ Ἀττ.* in MS. IUNG. *καθ' ἕκαστον ἔθνος*]

οὐ γὰρ πάντων ἐστὶν ὁμὸς θρόος, οὐδ' ἴα γῆρυς,
ἀλλὰ γλῶσσ' ἐμέμικτο.

Ut una saltem voce mutata est apud *Hom. Iliad. δ*, 436. sive ut idem *Iliad. β*, 804.

ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα πολυσπερέων ἀνθρώπων.

Etsi autem *Epiphanius* certum linguarum numerum constituere videtur, a numero scil. 72. illorum, qui decantatissimam istam in Babylonia turrim aedificare ausi sunt, lib. I. haeres. fol. 129. tamen cum *Cicerone* Tusc. V. pag. 250. *innumerabiles* dicere multo mavelim, modo fides habenda *Timostheni* quem *Plinius* lib. V. cap. 5. scribit prodidisse in *solam urbem Dioscuriada* C C C *nationes quae dissimilibus linguis uterentur descendere. Strabo* idem referens lib. XI. fol. 543. dicit *τριακόσια ἔθνη, πάντα δὲ ἑτερόγλωττα.* cui voci opponas *ὁμόγλωσσος* apud *Herod.* lib. I. fol. 13. et hanc porro accommodes ad homines ante Babylonicam turrim, quorum fuit *χεῖλος ἓν καὶ φωνὴ μία*, *Gen.* XI. 1. sed quorsum evagor? SEB.

ἀπὸ γλ. ε.] C. A. *τὸ ἀπὸ μνήμης, ore tenus, memoriter.* deinde *τὸ δὲ ἐν τῇ γλώττῃ ἑλκύδριον* (C. V. *ἑλκίδιον*) *φ. κ.* caetera usque ad finem sectionis absunt a C. A. *Salmasius*

hic ita annotat: *ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν* i. e. *ἀπὸ στόματος.* KUEHN.

ἀπὸ μνήμης] Supra II, 102. SEB.

καὶ μὴ τὰ] Desunt in MS. *καὶ μ. τ. γεγρ.* dein in MS. ita: *τὸ δὲ ἐν τῇ γλώττῃ ἑλκύδριον, ἑλκίδιον φλ. κ.* cetera huius sectionis desunt. IUNG.

ἑλκύδριον φλυκτὶς] *Falckenburgius* ex MS. ita legit hunc locum *ἑλκίδιον ὁλοφυτὶς καλεῖται ἐν τοῖς τιτανοστιᾶσαι τοῦ μυρτιλλοῦ.*

γευστήριον] *γευστρὶς* in *Gl.* Veterum; ubi redditur *Merarium*, est igitur vasculum, quo gustus rei alicuius datur, vini puta et aliorum. KUEHN.

γευστήριον] Post *γευστήριον Falckenburgius* addit *καὶ.*

δρυμεῖς] MSS. *δριμεῖς.* SEB.

Πλάτων] Locus in *Timaeo* est: *τὰ δὲ ὑποδεέστερα, τῆς νιτρώδους ἕξεως, ἐπὶ τὸ μέτριόν τε τῇ ῥίψει χρώμενα, ἁλυκὰ, ἄνευ πικρότητος τραχείας, καὶ φίλα μᾶλλον ἡμῖν φαντάζεται.* Et dialogo fere extremo: *ὅπου γὰρ ἂν οἱ τῶν ὀξείων καὶ τῶν ἁλυκῶν φλεγμάτων καὶ ὅσοι πικροὶ καὶ χολώδεις χυμοὶ κατὰ τὸ σῶμα πλανηθέντες* etc. IUNG.

ἐκλυσῶντας] *Interpr. dissolutos*, legens forsan *ἐκλύοντας*, quomodo tamen potius vertendum *laxantes. Camer.* prioribus expositis subnectit: *ἐκκλύζοντας*, aut nescio quid. Nam illud *ἐκλυσῶντας* non agnosco. Significat autem *ἐκκλύζειν* abluere seu diluere. In MSS. ut alibi, sic etiam hic multa desiderantur. SEB.

ἐκλυσῶντας] *Interpr. dissolutos*, quasi legisset *ἐκλελυμένους*, mihi placuerit *ἐκλυσσῶντας* ab *ἐκλυσσάω, succi insaniam furoremque creantes;* posset et legi *ἐκλύσαντες, resolventes. Salmas. ἐκλυζῶντας.* KUEHN.

ἐκλυσῶντας] De hoc ultimo *ἐκλυσῶντας* quid dicendum? Avus meus in Comm. cap. 320. haec exponens ait: *ἐκκλύζοντας, aut nescio quid. nam illud ἐκλυσῶντας non agnosco. significat autem ἐκκλύζειν abluere, seu diluere.* IUNG.

111.

περὶ φωνῆς etc.] Huius sectionis titulus tantum *περὶ φωνῆς.* IUNG.

ἀπὸ φωνῆς] C. A. *Ἀπὸ δὲ φωνῆς μέγα καὶ λαμπροφωνῶν κ. ω. Δ. λ. βαρύφωνος γ. καὶ τὰ πράγματα εὐ. α. λαμπροφωνία, ὁ δὲ σύμφωνος εὐτελὴς* etc. quae ultima sequuntur in Nostro segm. 113. KUEHN.

ἀπὸ φωνῆς] Placet ponere quantum in duobus his segm. nimirum 111. et 112. in MS. est, ut crebris monitionibus *περὶ τῶν ἐλλειπόντων* lucrifaciamus. Ita autem MS. *Ἀπὸ δὲ φωνῆς, φώνημα, μέγα φωνῶν καὶ τὰ ὅμοια. καὶ λαμπρόφωνος. καὶ ω. Δ. λαμπροφ. βαρύφωνος, γυναικόφωνος, καὶ τὰ ὅμοια. καὶ τὰ πράγματα, εὐφ. ἀφ. λαμπροφωνία καὶ τὰ ὅμοια.* Post quae statim sequitur, quod circa segm. 113. initium est, *ὁ δὲ συμφ.* Iung.

μεγαλόφωνος] P. R. *μεγαλοφωνῶν.* V. *μεγαφωνῶν.* A. *μεγάφωνος.* Seb.

καὶ ὡς Δημοσθένης] *Demosthenis* locus est in extrema *ὑπὲρ Κτησιφ.* de *Aeschine: ἡνίκ' ἂν εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέοι, ἐν τούτοις λαμπροφωνότατος, μνημονικώτατος* etc. Iung.

ὡς Ἀριστοφάνης] Ut in Thesmophoriazusis:

γυναικόφωνος, ἁπαλὸς, εὐπρεπὴς ἰδεῖν. Iung.

ὄργανον, καὶ] *Falckenburgius* vocula auctius, *ὄργανόν τι, καί.*

καὶ στρηνόφωνος] *Falckenburgius νηνόφωνος.*

112.

Καλλίστῳ κωμικῷ] Hunc comicum eundem esse cum eo qui *Athenaeo* sub init. lib. XV. *Κάλιππος* vocant; itaque alterutrum horum authorum emendandum, ait *Casaub.* XV. *Athen.* II. Iung.

παρ' Ἀλέξιδι, ὥσπερ καὶ θρασυφωνίαν. τὸ μὲν] Tollenda hic post *θρασυφωνίαν* distinctio. cohaeret enim ita cum sequentibus; dicit *θρασυφωνίαν* vocabulum esse non horridius ingratumque magis auribus, quam *Platonis θρασυξενία*, quae extat lib. IX. de L. L. circa finem. vid. et infra III, 58. Kuehn.

παρ' Ἀλέξιδι, ὥσπερ καὶ θρασυφωνίαν. τὸ μὲν] Haec in vulgatis omnino aliter distinguenda iudico, si *Polluci* suam sententiam constare velimus. Sic itaque interpungo: *Ἀλέξιδι· ὥσπερ καὶ θρασυφωνίαν τὸ μὲν πρ.* hoc enim ait, a ceteris adiectivis nulla talia dici, praeter quod *Alexidi* sit usurpatum *βαρυφωνία.* quemadmodum ait noster, et *θρασυφωνίαν* derives itaque; quod certe aures tuas non magis radere debet, quam *Platonis θρασυξενία:* quam vocem exponit infra III, 58. Locus *Platonis* est lib. IX. Legum extremo: *ἐὰν ἄρα ἀδίκως δοκῇ ὁ ξένος τὸν ἐπιχώριον τύπτειν τῇ μάστιγι, τὸν ξένον, ὅσας ἂν πατάξῃ, τοσαύτας δόντες, τῆς θρασυξενίας παυόντων.* (nempe astynomi compescant.) Iung.

113.

τὸν ξενόφωνον] οὐ excidit ante τὸ ξ. negat enim ξενόφωνον admittendum esse, licet ξενοφωνίαν non damnet. KUEHN.

τὸν ξενόφωνον] *H. Steph.* in suo codice adnotavit, ἴσως emendandum esse, οὐ τὸν ξενόφωνον. Sic sane et antecedentia de γλυκυφώνῳ suadent. Vidit id sine dubio et avus, qui Comm. cap. 364. ait, *Pollux θρασύφωνον, et θρασύστομον et γλυκύφωνον, et ξενόφωνον, et διάφωνον reiicit ut dura* etc. IUNG.

καὶ τὸ] Deest in MS. καὶ ante τό. dein pro ἀπ' αὐτῆς MS. habet ἀπὸ τῆς φωνῆς. IUNG.

εὐφώνως] In C. A. sequitur φωνὴ etc. quod demum sub initium segm. sequentis est. KUEHN.

εὐφώνως] εὐφώνως MS. καὶ τὰ ὅμοια. reliqua omnia desunt usque εἴποις, quod est sub finem segm. 116. IUNG.

114.

συμφωνεῖ] Ut in *Platonis* Phaedone εἴ σοι ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἢ διαφωνεῖ. IUNG.

φωνὴ] Quae de *voce* noster, illa exponit avus Comm. cap. 358. IUNG.

τέως ἄναρθρον] *Cum hactenus fuisset inarticulatus.* τοῖς δὲ φ. ο. εἰς εὐσήμαντον α. C. A. KUEHN.

115.

ἐπιγλωττὶς etc.] Affert haec etiam *Rhodig.* XIII. Ant. 4. qui et iisdem lucem infert XIX. Ant. 13. IUNG.

ἁπλῆς] P. P. ἁπλῶς. SEB.

ἁπλῆς] ἁπλῶς φ. ο. γ. δ. τ. ε. δ. κ. ο. μ. τ. τ. *Πανδιονίας* α. ἄλαλον θεῖναι β. C. A. KUEHN.

Πανδιονίδος] *Philomelae Pandionis* filiae. vid. *Apollod.* libr. III. pag. 198. et *Ovid. Metamorph.* VI. fab. 7. maximeque v. 556. ubi:

ille (Tereus) *indignantem, et nomen patris usque vocantem*
luctantemque loqui comprensam forcipe linguam
abstulit ense fero: radix micat ultima linguae. SEB.

Fabula Pandionidis] Vide de illa et *Reinecc.* Syntag. heroici part. 1. fol. 472. SEB.

116.

ἡ πλῆξις ἀέρος] C. A. ἡ πλῆξις α. *Stoica* soni definitio. KUEHN.

ἐπὶ θεατὰς ὀφθ.] C. A. ἐπὶ θέαν ὀφθαλμοὺς, leg. ὀφθαλ-

μοῖς, *ut radius luminis ad spectandum oculis se perhibet.* KUEHN.

πολλῶν ἀντιλ. φ.] MSS. πολλῶν ἅμα φωνῶν ἀντιλ. SEB.

πολλῶν ἀντιλ. φ.] C. A. πολλῶν ἀέρα φωνῶν ἀντιλαμβάνεται καὶ οὐκ ὀλίγων ὁρατὸς ὁ. KUEHN.

117.

ἡδεῖαν] Hoc segmento post vocem ἡδεῖαν, haec duntaxat MS. ἐπαγογὸν, μέλαιναν, ἀηδῆ, σμικρὰν, δυσήκοον, τραχεῖαν, διεσπασμένην, χαλκίζουσαν, καὶ τὰ ὅμοια. καὶ φθέγμα δ. ὠ. Unum et alterum monebimus in sequentibus. IUNG.

ἐπαγωγὸν] In C. A. sequitur μέλαιναν ἀηδῆ σ. δυσήκοον τραχεῖαν, διεσπασμένην χαλκίζουσαν καὶ φθέγμα etc. *Sextus Empiric.* pag. 133. τὴν οἱονεὶ τέμνουσαν τὴν ἀκοὴν, ὀξεῖαν, τὴν δὲ ὥσπερ θλῶσαν, βαρεῖαν, καὶ οὐ ξένον εἰ ὥσπερ φαιάν τινα καὶ μέλαιναν καὶ λευκὴν φωνὴν ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν ὅρασιν αἰσθητῶν κεκλήκαμεν, ὧδε καὶ ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν ἀφὴν ἐχρησάμεθά τισι μεταφοραῖς. KUEHN.

εὐέλικτον] Pro εὐέλικτον legit avus ἐνέλικτος, quod et interpretatur, *implicabilis* c. 565. Comm. IUNG.

λιγυρὰν] *Interpr.* stridulam, malim, *canoram. Gloss.* λυγρὸς (pro λιγυρὸς) *canorosus.* KUEHN.

ἀηδῆ] Illud ἀηδῆ et MS. habere dictum est: avus tamen, ubi haec citat, agnoscit ἀειδῆς, quod et interpretatur *obscura.* IUNGERM.

κατὰ τὴν ὑφ.] Abest a C. A. ut et φθέγμα usque πρόσφθεγξις. KUEHN.

118.

καὶ φθέγγεσθαι etc.] Optimum erit, ut quantulum de quatuor segmentis et 122. dimidio MS. habeat, id omne describamus simul. Sunt ista: καὶ φθέγγεσθαι. καὶ πραοτέρους τὰ φθέγματα, ω. *Π. ὃ κ.* Ἀπὸ δὲ τοῦ λόγου, λέγειν, καταλέγειν, κατάλογος, ἀνάλογον, παράλογον, καὶ τὰ ὅμοια. κακολογεῖ, ὡς Δημοσθένης· καὶ κακολογία· καὶ ἀλογία· καὶ ὡς Θουκ. ἀναλογισμός. Ἀντιφῶν δὲ, ἀπαρτιλογία· καὶ ἐπαλληλόγησεν· καὶ κενολογήσω· καὶ ὁμολογήματα· καὶ ὁμόλογον· εἶτα, πυλυλόγους, μισολόγους, βραχυλογία, κουφολογία, καὶ τὰ ὅμοια· παρὰ δὲ Κριτίᾳ, καὶ λ. ὃ ῥήτωρ· καὶ π. ο. λ. παρὰ Η. κ. λ. π. Placet quaedam ad vulgata notare. IUNG.

παραθεγκτήρια] Festum erat ante nuptias, in quo sponsus alloquebatur sponsam. KUEHN.

ὡς καὶ Σοφ. κατεχρήσατο] Abest a C. A. usque ad περιβεβηκότα. Caeterum *Interpr.* hoc *Sophoclis* testimonium male accipit, significatur autem nihil aliud, quam draconem spiris suis complexum esse ianuae cardinem. οἷον περιβεβηκότα sunt verba Auctoris explicantis, quid sit ἁμφιπλὶξ εἰληφότα; redderem ita: *quasi circumdantem.* Kuehn.

ὡς καὶ Σοφ. κατεχρήσατο] Desunt in MS. ista: ὡς καὶ Σοφ. cum verbis poëtae et *Pollucis* interpretatione usque ad *Strattin.* Emenda autem in vulgatis κατεχρήσατο. Iung.

173.

καὶ Στράττις] C. A. *διὸ καὶ Στράττις.* KUEHN.

καὶ Στράττις] Iterum MS. ita: *διὸ καὶ Στράττις* (ita enim scribe in vulgatis.) IUNG.

ἅπαντα περιπ.] C. A. *πάντα περιπεπλεγμένα διηχόντα*, C. V. *διηχότα divaricasse crura circa pelvim*, describitur habitus foeminarum aquam reddentium. e C. A. posset legi etiam *διΐσχοντα*. KUEHN.

ἅπαντα περιπ.] MS. *πάντα* (non *ἅπαντα*) *περιπεπληγμένα* (per *η*) *τουτέστιν διηχότα τ. σ.* Melius itaque sic metrum constabit, ni fallor, — *τὰ θυγάτρια περὶ τ. λ. πάντα π.* avus Comm. cap. 763. habet *περιπεπλιγμένα*. et interpretatur ita: *Filiae circum varis pelvim universae cruribus. Hesychius* per *η* hoc verbum habet: *περιπεπλῆχθαι, διηλλαχέναι τὰ σκέλη ἀσχημόνως*. et *περιπλήξ* ibidem. Verum ex priori loco an forte in *Polluce* MS. pro *διηχότα*, emendare possemus *διηλλαχότα*. IUNG.

περιπεπληγμένα] *Camer.* scr. *περιπεπλιγμένα*. SEB.

καὶ παρ' Ὁμήρῳ δὲ τὸ διέβαινον. Εὖ δὲ πλῆσσον πόδεσσι.] C. A. et V. *καὶ Ὅμηρος δέ· εὖ δ' ἐπλίσσοντο πόδεσσι.* hic desinit marginale C. A. quod incepit segm. praec. *τὰ μέντοι.* post *πόδεσσι* addit C. V. *τουτέστι διέβαινον. Homerus autem, bene diductis pedibus consistebant* i. e. *διέβαινον.* pedibus *diductis* statum praeliantis componere. KUEHN.

καὶ παρ' Ὁμήρῳ etc.] Ita MS. longe emendatius: *καὶ Ὅμηρος δέ· εὖ δ' ἐπλίσσοντο πόδεσσιν· τουτέστιν διέβαινον.* Sunt ex *Odyss. ζ.* ut adnotat avus Comm. c. 763. *H. Steph.* hic in ora scribit *πλίσσοντο*, pro vulgato *πλῆσσον*. versus *Homeri* est fere sub libro illo extremo: et sane *εὖ δὲ πλίσσοντο* ibi legitur, uti et in *Eustathii Παρεκβολαῖς*. *Pollucis* MS. lectionem *εὖ δ' ἐπλίσσοντο* habet et avus d. cap. 763. IUNG.

καὶ παρ' Ὁμήρῳ etc.] *Falckenburgius* noster longe aliter hunc versum *Homeri* legit quam in editis libris conspicitur. ita enim ad oram sui Codicis posuit: *Αἳ δ' εὖ μὲν τροχοῖς, αἳ δὲ πλήσσοντο πόδεσσι*, cum editi habeant: *Αἳ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.* Versus est *Odyss. ζ*, 318. ad quem *brevia Scholia* ita observant: *πλίσσοντο, διέβαινον· πλίσσος γὰρ τὸ ὑπὸ τὰ αἰδοῖα δέρμα, ὃ δεῖται διαβαινόντων.* addi potest *Eustathius* et *Hesychius.*

πλῆσσον] *Camer.* scr. *ἐπλίσσοντο*, ex *Hom.* scil. *Od. ζ*, 318. ubi tamen pleraque exemplaria,

εὖ δὲ πλίσσοντο πόδ.

unde forsan et apud *Etym.* col. 395. pro *ἐὐπλίσσοντο* scriben-

dum *εὖ πλίσσοντο* cum exp. *καλῶς ἐβάδιζον καὶ διέβαινον. πλίσσεσθαι γὰρ τὸ βάδην διαβαίνειν.* Non absimiliter *Homericis* exemplaribus etiam *Scholia Aristoph. Acharn.* fol. 270. ubi in textu *ἀπεπλίξατο.* ad quod ille non pauca, ut et *Eustath.* ad *Homeri* locum. *H. Steph.* videtur id verbi nec cum *η* plane improbare: cui iunge Oecon. *Hipp. A. Foesii* in *πληχάς.* Seb.

κρεμαστῆρες] MS. *κρεμμαστῆρες.* Iung.

ὀσχεοῦ μέσον] C. A. *ὀσχεοῦ μέσου.* Kuehn.

ὀσχεοῦ μέσον] MS. *ὀσχέος μέσον.* Iung.

ὑπὸ τὸν] *ὑπὸ τὸν ὀνομ.* etc. *ἡ παρθένος* cum mediis non sunt in C. A. Kuehn.

ὑπὸ τὸν] *ὑπὸ τὸν ὀνομαζ.* etc. *ἡ παρθένος*, haec cum intermediis non habet MS. De tauro hoc et *B. Pius* annotat cap. 84. ubi ait, *Subiectum scroto caulem vocari taurum testatur Pollux lib. II. sic* etc. qui mihi verba *Pollucis* non recte cepisse videtur. nec enim colem cum tauro *Pollux* confundit. vide alias *Foes.* Oecon. in *πηχέδιον*, ubi et de *ὄρρῳ* et *τράμι.* et *Luisin.* I. parerg. 25. ubi haec illustrat. Iung.

ταῦρον] *Bapt. Pius* annot. ling. Gr. Latinaeque, cap. 84. *Fr. Luisin.* parerg. libr. I. cap. 25. *Io. a Wouweren* in *Petron. Sat.* pag. 200. Seb.

περίναιον] *Vossii Codex περίναιος. Aristot. περίνεος.* post *τράμις καὶ ὄρρος* sunt in margine C. A. Kuehn.

περίναιον] MS. *περίναιος ὀν. ἢ τρ. ἢ ο.* Comm. avi c. 764. habent *περίνεος*, sicque et ex *Aristotele* adducit. Et apud *Hesych.* est *περίνεον.* verum utraque scriptura reperitur, ut ex iis quae *Foesius* in *περίναιον* adfert locis videbis: alias vide et *Iun.* nomencl. in *Perinaeum.* De *τράμι* vide eund. in *τράμις.* et de *ὄρρος* in *ὀρρωδέειν.* Iung.

174.

ὄρχεων] In C. A. iterum male *ὀρχέων* et mox infra, qui quidem supra in textu habuit *περίναιον*, sed suprascriptum est *ς.* Kuehn.

τὸ δὲ πᾶν τούτων] Hic in C. A. praemittitur titulus: *περὶ γυναικῶν* (leg. *γυναικείων*) *αἰδοίων.* pro *γυναικῶν* idem legit, *τὰ γυναικεῖα.* Kuehn.

τὰ γυναικῶν] P. V. *τῶν γυν.* Seb.

κτείς, ἐπίσειον] Ita et supra II, 170. ubi MSS. tacent. Hic P. P. *ἐπίσιον*: itaque est et apud *Suid.* et *Etymolog. H. Steph.* e *Lycoph.* etiam *ἐπείσιον* affert. Seb.

κτεὶς, ἐπίσειον] C. A. *καὶ* interserit inter haec duo omissa interpunctione. C. V. *ἐπείσιον*, ut supra II, 170. KUEHN.

κτεὶς, ἐπίσειον] MS. *κτεῖς, καὶ ἐπείσιον*. sicut et supra II, 170. IUNG.

σκαῖρον] *σκαῖρ.* punctis subnotatum in C. A. KUEHN.

σκαῖρον] MS. mendose credo, *καῖρον*, pro *σκαῖρον*. IUNG.

ἐπίδερες] C. V. *ἢ ἐπίδερ̣ὸις*. KUEHN.

ἐπίδερες] MS. *ἐπίδερ̣ὸις*. IUNG.

ἐπίδερες] *Falckenburgius* *ἐπιδορίς*.

κλητορίς. καὶ κλητοριζ.] C. V. *ἢ κλίτορις καὶ κλιτορίζειν. Salmas. κλειτορίς. κλειτοριάζειν.* KUEHN.

κλητορίς. καὶ κλητοριζ.] MS. *Κλίτορις*, et *κλιτορίζειν*, per *ι*. Itaque non *Pollux* per *η* scribere maluit has voces, ut ait *Rhodig.* IV. ant. 7. Sed codex a librario fuit corruptus. Per *ει κλειτορὶς* habes apud *Hesych.* ut et *κλειτοριάζειν*, quod et sic *Suidas*, *κλιτοριάζειν* vero *Etymologus* in *κλιτόριον*. Scriptionem per diphthongum veriorem putat *H. Steph.* in Thes. IUNG.

κλητορίζειν] *Camerar.* *η* retinet. Sed *H. Steph.* existimat scripturam per *ει* esse veriorem, cum eam confirmet series alphabetica apud *Hesychium* ac *Suidam*, ubi tamen *κλειτοριάζειν*, pentasyllabως, hic vero tetrasyllabως. SEB.

τὸ διαψᾶν καὶ μαλάσσειν] C. V. *τὸ διαψαθαλάσσειν τὴν κλιτόριδα*. KUEHN.

τὸ διαψᾶν καὶ μαλάσσειν] Pro illis: *τὸ διαψ. καὶ μάλ.* mire MS. una voce: *τὸ διαψαθυλάσσειν τὴν κλιτορίδα*. (sic enim hic accentum notat.) Pro quo verbo forte scribendum *διαψαθάλλειν*, vel *διαψαλάσσειν*, quod idem esset cum *ψηλαφᾶν*, quo *Hesychius* *τὸ κλειτοριάζειν* exponit. Idem *Hesychius* restituendus in hoc verbo, ubi vulgo, *διεθάψαλλε, διέφθειρε.* scribo: *διεψάθαλλε*. IUNG.

τὸ διαψᾶν καὶ μαλάσσειν] *Falckenburgius* noster ex MS. affert *τὸ ψαθάλλειν*, quod vulgato praeferrem. Usurpatur enim hoc verbi de obscoena et turpi contrectatione. vid. *Suid. Hesych.*

κρημνοὶ] *H. Iun.* nomencl. de membris in *Alae.* vide et *Foes.* in *κρημνοί*. IUNG.

κατάγοντες] Auctius *Falckenburgius* ita: *κατάγοντες καὶ ἐκπέμπουσαι τὸ σπ.* Anonymus in *Isag.* Anatom. cap. 22. *Τὰ δὲ τὸν σπόρον καταφέρει εἰς προστάτας, ὥσπερ ταμεῖόν τι οἷον οἱ πόροι οἱ καλούμενοι σπερματικοί.*

175.

ὀνόματα δὲ etc.] C. A. *ἀπὸ μὲν γαστρὸς γαστρίζειν οὐ μόνον* etc. ut *Seberus* e MSStis mox annotat; caeteris deinde omissis usque ad *τὸν δὲ Ψιττακ.* Kuehn.

ὀνόματα δὲ etc.] MS. *ὄνομα δὲ ἀπὸ γαστρὸς μὲν οὐ μόνον γαστρίζειν λέγουσι τὸ χορτάζειν, ἀλλὰ καὶ τὸ πλήττειν τὴν γαστέρα.* interiecta, et reliqua omnia desunt usque ad *τὸν δὲ Ψ.* De *γαστρὶς* dixi supra segm. 168. De *γαστρίζειν*, quod illud quoque ventrem caedere significet, vide *Leopard.* XVII. Emendat. 23. ubi notat *Thomam Magistrum* et *Phrynichum* hoc negantes, adfertque versum *Aristophanis* ex Equitibus, ubi *Cleo* vapulans ab Equitibus: *ὦ πόλις καὶ δῆμ' ὑφ' οἵων θηρίων γαστρίζομαι.* quem indicavit et avus Comm. c. 750. qui et alterum e *Vespis* adfert in hanc rem. meminit et *Nunnes.* ad *Phrynich.* in *γαστρίζειν.* patet vero *Leopardum Phrynichi* verba plena non habuisse, ut videbis in editione *Phrynichi*, quam clariss. *Hoeschelius* dedit. Iung.

γαστρίζειν] MSS. *οὐ μόνον γαστρίζειν λέγουσι* (supra segm. 168.) *τὸ χορτάζειν ἀλλὰ καὶ τὸ πλήττειν τὴν γαστέρα.* Seberus.

ἔπειτα δὲ, οὐδεὶς ἐστιν ἀνὴρ γαστρ.] *Platonis* comici versum male edi putavi, nec fefellit me opinio. Sic enim avus Comm. cap. 749. cum scribit, *ἔπειτα δ' οὐδεὶς ἔστ' ἀνὴρ γαστρίστερος*, et interpretatur: *Dein nemo ventris vitio perditior homo est.* Iung.

Ψιττακὸν ὁ Ἀλκ. γάστριον] Ita et MS. sed *Diog. Laërt.* in vit. *Pittaci* circa fin. *τοῦτον* (*Πιττακὸν*) *Ἀλκαῖος σαράποδα μὲν καὶ σάραπον* (*σαράπουν*) *ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι καὶ ἐπισύρειν* (vid. ibi not. *Casaubon.*) *τὼ πόδε. χειροπύδην δὲ, διὰ τὰς ἐν τοῖς ποσὶ ῥαγάδας, ἃς χειράδας ἐκάλουν. γαύρικα δὲ* (*Hesych. γαύρηξ ὁ γαυριῶν*) *ὡς εἰκῇ γαυριῶντα. φύσκωνα δὲ καὶ γάστρωνα, ὅτι παχὺς ἦν* etc. vid. *Leopard.* Emend. libro decimoseptimo extremo. Seb.

Ψιττακὸν ὁ Ἀλκαῖος] C. A. *τὸν δὲ Ψιττακὸν ὁ Ἀλκαῖος γάστρωνα*, ex correctione C. V. *γαστρῶνα.* Vel ex voce *γάστρωνα* patet legendum esse *Πιττακὸς*, ita enim cognominatus fuit ab *Alcaeo Pittacus* notante *Laërtio* in *Vita* eius. Kuehn.

Ψιττακὸν ὁ Ἀλκαῖος] MS. ita: *τὸν δὲ Ψιττακὸν ὁ Ἀ. γάστρωνα* κ. quod miratus sum. nam statim atque vulgata legi, suspicatus sum *Πιττακὸν* legendum. quomodo postea vidi et *Leopardum* XVII. Emend. 25. ex *Laërtio* restituisse: nec

aliter avum Comm. cap. 750. legisse hic. Bene vero illud *γάστρωνα*, quod pro *γάστριον* restituamus etiam, quum id clare confirment *Laërtius* in *Pittaco* et *Suidas* in *Σαράπους*. IUNGERM.

Ψιττακὸν ὁ Ἀλκαῖος] *Πιττακὸν* pro *Ψιττακὸν* Nostri legendum iam viderat *Ulysses Aldrovandus*, qui in Ornithologia sua lib. XI. cap. 1. pag. 652. ita scribit: *Alcaeus Psittacum γάστριον, id est, ventri deditum vocat, sed vix video quo iure. Mendum subesse suspicor, et Pittacum legendum apud Pollucem, qui Alcaeum citat, ut viri edonis proprium sit.*

Aqualiculum] *Leopard.* mavult Gastrium vel Gastrona. SEBERUS.

Ὅμηρος δὲ etc.] Abest a C. A. nam post *καλεῖται* est, *ἀπὸ δὲ καυλοῦ ἀπεκαύλωσε* ω superscripto *τῷ ι*. KUEHN.

Ὅμηρος δὲ etc.] *Ὅμηρος δὲ* cum testimonio poëtae non sunt in MS. IUNG.

γάστριν] Scr. *γάστρην*, quod *Ion.* pro *γάστραν*. vid. supra II, 168. et infra X, 81. *Homeri* locus est *Iliad. Σ.* 348. SEBERUS.

γάστριν] An *γάστρην* legendum in *Homerico* versu, ut et avus citat Comment. cap. 751. nec aliter *Eustathius* adgnoscere videtur? versus est *Ὀδυσσ. Θ*, 457. quem innuit idem noster, ni fallor, supra segm. 168. Videtur eiusdem versus initium et apud *Etymologum* reponendum in *γαστήρ*· ubi legitur, *γάστρην μὲν τρίποδα*. legendum inquam *τρίποδος*. IUNGERM.

176.

ἀπεκαύλισε] P. V. *ἀπεκαύλησε*. P. R. *ἀπεκαύλωσε*. A. ut editum. SEB.

ἀπεκαύλισε] Desunt in MS. *ἀπεκαύλισις*. IUNG.

ὁ δὲ πόσθης, ἔρημος] Absque interpunct. lat. *carens praeputio*. SEB.

ὁ δὲ πόσθης, ἔρημος] In margine C. A. *ὁ δὲ πόσθης ἔρημος α. οἱ δὲ Αἰολεῖς ἀπαιδοιῶσθαι τὸ α. ἔλεγον*. hic desinit marginale. KUEHN.

ὁ δὲ πόσθης, ἔρημος] Omnino cum MS. distinguendum: *ὁ δὲ πόσθης ἔρημος, ἀπεσκολυμμένος*. nec enim *ὁ πόσθης* dicitur, sed *ἔρημος πόσθης*, est verpus, recutitus, praeputio destitutus: patet vel ex *Hesychio* in *ἀποσκόλυπτε*. male etiam antea legebatur uno *μ*, *ἀπεσκολυμένος* quod et *H. Steph.* emendaverat in suo codice, alias verba *σκολύπτειν* et *ἀποσκο-*

λύπτειν obscoenissimae impuritatis genus significare, ex *Harpocrat.* et *Polluce* liquere ait *Casaubon.* III. *Athen.* 54. IUNGERM.

παρὰ δὲ τοῖς Αἰολεῦσιν] MS. οἱ δὲ Αἰολεῖς τὸ ἅπαι. ἀπεσχ. ἔλεγον· τὸ δὲ ἀνασπάσαι etc. IUNG.

παρὰ τοῖς ἀρχ. κωμ.] C. A. παρὰ τοῖς κωμικοῖς· ἀνασπᾷν, idem quod ἀναφλᾷν. KUEHN.

παρὰ τοῖς ἀρχ. κωμ.] MS. tantum παρὰ τοῖς κομικοῖς (sic enim mendose scriptum est). Male antea vulgabatur περὶ, pro quo et *H. Steph.* in suo codice παρὰ reposuit. IUNG.

παρὰ τοῖς ἀρχ. κωμ.] In priori editione *Basil.* male περὶ erat.

ἐπεγείρειν] C. A. ὑπεγείρειν α. τ. χ. ἀνακλᾷν, supra vero ascribebatur, ἀναφλᾷν· ἐκαλεῖτο δὲ κ. τ. τ. αἰ. ο. κ. φ. τὸ γυμνοῦν αὐτὸν sc. τύλον. C. V. ἀνακνᾷν et τοῖλος. sed *Hesych.* τύλον etiam habet. KUEHN.

ταῖν χερ. ἀναφλᾷν] MS. τοῖν χ. α. καὶ ἀνακνᾷν. Sequentia Ἀριστ. ε. α. λ. desunt. Notabis illud τοῖν χεροῖν. An itaque atticismus ille, quem tradunt, etiam in hoc casu locum habet? notabis et ἀνακνᾷν. *Amphiarai Aristophaneae* quoque mentio fit in tertia hypothesi Graeca ad *Aves* comici. IUNGERM.

τύλος] MS. τοῖλος, mox tamen etiam ἀποτυλοῦν. IUNG.

εἶπε] P. R. ἔφη. SEB.

177.

περὶ ῥάχεως] C. A. περὶ νώτων καὶ τῶν περὶ αὐτῶν. KUEHN.

περὶ ῥάχεως] Titulus MS. περὶ ῥάχεως, σφονδύλου, ὀσφύος, νώτων καὶ τῶν περὶ αὐτά. IUNG.

κείμενα] MS. κείμενον. IUNG.

ἔγκυρτον] C. A. cum gemino accentu ἔγκυρτον et ἐγκυρτόν. *Phavor.* ἔγκυτον. KUEHN.

χελώνιον] P. R. χελώνη. *Camer.* χελώνιον, quasi *testudunculam* dicas. SEB.

τὰ μὲν] μὲν omittit C. A. KUEHN.

τὰ μὲν] Deest μέν in MS. IUNG.

τούτων, καὶ τῶν] C. A. τούτων δὲ καὶ τῶν νώτων μετάφρενον, ὧν τὰ νῶτα πλατυνόμενα, τράπεζαι· τὰ δ' ὑπ' αὐταῖς, ῥάχις. dein margo: ἧς τὸ μέσον ἐν νώτῳ κατὰ μῆκος ἄχρις ὀσφύος. (C. V. ὀφρύος κ.) post ἀντίστερνον finit margo C. A. KUEHN.

τούτων, καὶ τῶν] Loco καὶ τῶν, MS. habet τε καί. IUNG.

τὸ δὲ] MS. τὰ δέ, pro τὸ δέ. IUNG.

μέσον κατὰ μ. etc.] MS. alio ordine: *μέσον ἐν νώτῳ* (sine τῷ) *κατὰ μῆκος ἄχρις ὀφρύος* (sic MS.) *κοιλαιν. κρίσις· καί.* IUNG.

178.

τὸ δὲ ἀπὸ] Pro *τὸ δὲ ἀπὸ*, MS. *ἀπὸ δέ.* IUNG.

τὸ ἄχρι γλ. τὴν δὲ etc.] P. V. et A. *μέχρι γλ.* SEB.

τὸ ἄχρι γλ. τὴν δὲ etc.] C. A. et V. *τὸ μέχρι γ.* KUEHN.

τὸ ἄχρι γλ. τὴν δὲ etc.] MS. *τὸ μέχρι γλουτῶν, ἣν ἔνιοι τ.* IUNGERM.

τὴν δὲ ῥάχιν] C. A. *τὴν δὲ ἔνιοι τῶν ποιητικῶν λόγων γεννήτορες* (in textu quidem sed punctis notata) *ω. κλόνην* superscripto *ι. Salmas. κλονιός τε θοραίης σπονδυλίων ἔξ.* KUEHN.

τῶν ποιητῶν] Pro *τῶν ποιητῶν*, P. R. *τῶν ποιητικῶν λογίων γεννήτορες.* SEB.

ὥσπερ Ἀντίμαχος] Abest a C. A. sequitur enim post *κλόνιν*, *ἑπτακαίδεκα δέ εἰσιν οἱ σπόνδυλοι* (C. V. semper, *σφόνδυλοι*) *τὴν συγκαμπήν.* KUEHN.

ὥσπερ Ἀντίμαχος] Desunt *ὥσπερ Ἀ.* et verba poëtae in MS. Versum hunc ita restituere conatur avus Comm. c. 776.

ὡς εἴτε κλόνιος τεθορυίης σπονδυλίων ἐξ.

interpretaturque, *Spina labat ceu vertebris cum concita motis.* IUNG.

ὡς εἴτε κλόνιός τε etc.] Doctissimus *Canterus* in ora sui codicis versum hunc eodem plane modo restituit, quo et Clariss. *Iungermannus* avum suum in Comm. restituere docet. Ita enim legit:

ὡς εἴτε κλόνιος τεθορυίης σπονδυλίων ἐξ.

σπόνδυλοι] MS. *σφόνδυλοι τὴν συγκ.* absque duabus interiectis. IUNG.

συγκαμπὴν] P. V. *συγκαπ.* R. *συγκοπ.* sed A. clare ut editum hic et infra II, 188. vid. supra I, 188. nota 27. SEBERUS.

σάρκα ἀσφάλειαν] Carnem quae munit vertebram, defenditque ne laedatur. KUEHN.

σάρκα ἀσφάλειαν] *ἀσφάλειαν* saltem habet MS. illam carnem adpellari. *λοφαδ. ἢ λοφίαν* desunt. IUNG.

τὸν δὲ] C. A. *τὴν δέ.* KUEHN.

179.

δυοκαιδέκατον] MSS. *δωδέκατον.* SEB.

δυοκαιδέκατον] C. A. *δωδέκατον.* KUEHN.

δυοκαιδέκατον] MS. *τὸν δ. δωδέκατον.* IUNG.

ἧς ἐνσπονδύλια] C. A. et V. *ἧς σφονδύλια μὲν τὰ ο. ὁ δὲ πρῶτος αὐτῶν.* KUEHN.

ἧς ἐνσπονδύλια] Antea male ἐν σπονδύλια. quod *H. St.* etiam in unam vocem contraxerat, ut et avus Comm. cap. 776. habet. Verum MS. habet simpliciter, ἧς σφονδύλια μ. IUNGERM.

ὁ δὲ πρῶτος σπονδ.] MS. πρῶτος αὐτῶν ἐκ. ν. IUNG.

ὥσπ. ὁ τελ. ἀσφαλτίτης] C. A. ὡς ὁ τ. ἀσφαλτίας ultimum habet et C. V. hic desinit margo C. A. KUEHN.

ὥσπ. ὁ τελ. ἀσφαλτίτης] MS. ὡς ὁ τ. ἀσφαλτίας. quod τῷ ἀσφαλτίτης, ut vulgatur, sane est geminum. Verum *H. Steph.* in Thesauro videtur mira haec adpellatio de hoc quidem σφονδύλῳ. Avus meus haec exponens cap. 776. habet ἀσφαλίτης, *id est*, ait, *fulciens et firmans.* IUNG.

ὥσπ. ὁ τελ. ἀσφαλτίτης] Uti MSSti ita et *Falckenburgius* ἀσφαλτίας pro ἀσφαλτίτης.

Ὅμηρος] *Odyss.* κ, 161. sed ibi *Ulysses.* de cervo:

τὸν δ' ἐγὼ ἐκβαίνοντα κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα
πλῆξα.

Male igitur probatur, hoc loco adducto, quod ἄκνηστις de homine dicatur. CAMER.

κέχρηται] A. C. ἀπὸ δὲ νώτου etc. ἀπὸ νώτου ἐ. *a tergo invadere.* KUEHN.

κέχρηται] λέγων quod sequitur cum *Homeri* versu in MS. desunt. Et in hoc vero *Pollucem* hallucinatum, qui de homine retur dicta haec apud *Homerum* (Ἰλ. σ. ea sunt) quum de cervo ibi narret *Ulysses*, adnotat avus Comm. cap. 783. et *Hartungus* Decur. I. cap. 4. IUNG.

ἀπολιπεῖν] A. et P. R. παραλιπεῖν. SEB.

ἀπολιπεῖν] C. A. καταλιπεῖν (C. V. παραλειπεῖν) post ἡμίονος statim καὶ νωτεῖς etc. ὡς τοὺς ὑπὸ ζυγόν ζ. post μαστιγίαν περὶ δὲ τοῖς νώτοις ε. τ. ἀνιστᾶσιν, δύο μὲν etc. KUEHN.

ἀπολιπεῖν] MS. τί παραλειπεῖν. Scribendum itaque παραλιπεῖν. IUNG.

180.

νωτοφόρος] In *Gloss.* Νωτοφόρον *dorsuaria et iumentum* νωτοφόρον. KUEHN.

παρὰ Ξενοφ. καὶ ὄνος] Desunt παρὰ Ξ. καὶ ὄνος in MS. IUNGERM.

νωτεῖς] Vid. et infra VII, 186. IUNG.

ὡς καὶ] Deest καὶ post ὡς. IUNG.

Ἀριστοφ. ἐκ.] Desunt Ἀριστ. ἐκ. in MS. IUNG.

ἀνιστᾶσιν] P. R. ἀνιστῶσι. SEB.

ἀνισιᾶσιν] MS. ἀνίστασιν. IUNG.

κίρνα δέ] In C. A. superscriptum, κίρναι δέ. KUEHN.

κέρνα] Ita et MS. apud avum Comm. c. 777 est *κέρνεα*. Iungerm.

προνεύουσι] C. A. *προνεύουσαι*. Kuehn.

προνεύουσι] MS. mendose *πορνεύουσι*. Iung.

σπονδύλων] C. V. *σφονδύλων*. Kuehn.

σπονδύλων] MS. ut semper *σφονδύλων*. Iung.

ἐπερειδόμενον] A. et P. V. *ἐνερείδ*. P. R. *ὁ προύχων καὶ ἐνερειδόμενος*. Seb.

ἐπερειδόμενον] C. V. *ἐνερειδόμενον*. male C. A. *ἀνερειδόμενον*. *ἐνερειδόμενον* est *insertum*, *infixum*. *Hesych*. *Ἐνερείδοντες*, *ἐμπηγνῦντες*. Kuehn.

ἐπερειδόμενον] MS. *ἐνερειδόμενον*. Iung.

κοῖλον] MSS. *τὸ κοῖλον*. Seb.

κοῖλον] C. A. *τὸ κοῖλον*. Kuehn.

κοῖλον] MS. *τὸ κοῖλον*. Iung.

σπονδύλους] C. V. *σφονδύλους*. Kuehn.

σπονδύλους] *σφονδύλους* MS. Iung.

τούτους] C. A. *καὶ κύβους ὠνόμασαν ἢ μέντοι διὰ σ*. Kuehn.

Ἀῤῥιανὸς] *Casaub*. suspicatur legendum *Ῥιανὸς*, quem res *Herculis* descripsisse quatuor libris, testatur *Suidas*. vid. anim. in *Athen*. lib. III. cap. 7. Seb.

Ἀῤῥιανὸς] Legendum *Ῥια*... ita *Salmas*. forte voluit legendum, *Ῥιανὸς*, qui *Poëta* Epicus fuit; cuius meminit *Pausan*. in *Messen*. cuiusque hunc versum laudant *Scholia Apollonii*,

πᾶσαι δ' εἰσαΐουσι μιᾶς ὅτε τοὔνομα λέξεις.

de *Musis*: ita legit et *Vales*. in *Notis*. Kuehn.

Ἀῤῥιανὸς] Deest *Ἀῤῥιανὸς* in MS. forte hunc *Arianum* esse, qui apud *Athenaeum* citatur libr. III. ait *Casaub*. III. *Athen*. VII. Iung.

Ἀῤῥιανὸς] *Falckenburgius* ex MS. *Ῥιανὸς*, quod coniecturam *Casaub*. et *Salmas*. firmat. Kuehn.

ὠνόμασεν] MS. *ὠνόμασαν*. Testimonium poëtae deest: quod exponit avus Comment. cap. 777. Iung.

σπονδύλων] C. V. *σφονδύλων*. Kuehn.

σπονδύλων] MS. *σφονδύλων*. Iung.

181.

περὶ πλευρῶν etc.] C. A. *περὶ πλευρῶν καὶ ὀστοῦ*. Kuehn.

περὶ πλευρῶν etc.] Titulus huius sectionis MS. *Περὶ πλευρῶν, σπαθῶν, ἱεροῦ ὀστοῦ, γλουτῶν, πυγαίων, ἰσχίων, καὶ τῶν περὶ αὐτά*. Exponit haec partim avus Comm. cap. 740. Iungerm.

αἳ εἰσιν] MSS. αἳ καὶ εἰσὶν. Seb.

αἳ εἰσιν] C. A. interserit καὶ, *quae etiam subsunt pectori.* Kuehn.

αἳ εἰσιν] MS. αἳ καὶ εἰσὶν ὑ. Iung.

μεγίστη ὁρᾶται] P. R. μεγ. καλεῖται. Seb.

μεγίστη ὁρᾶται] C. A. καλεῖται, *maxima vocatur.* Kuehn.

σπάθαι] MS. σπᾶθαι. alias vide *Foes.* in σπάθαι. et de πλάταις in πλάτας. Iung.

τούτων] P. V. ἐκ τούτων. et mox P. R. εὐρύτατα. Seb.

εὐρύτερα] In textu C. A. fuit εὐρύτατα, sed ex correctione est εὐρύτερα. post marginale: τὰ δὲ στενὰ κρωπία ἀρχιγειτονεῖ καὶ αἱ μὲν πρῶται etc. C. V. τὰ δὲ στενάκωπι ἀρχιγειτονεῖ, legerem ex his, τὰ δὲ στενὰ κώπῃ ἀγχιτερμονεῖ, vel ἀγχιγειτονεῖ, *angustiores vero remo vel manubrio eius propius accedunt, latiores vero respondent palmulae remi.* ex his etiam apparet unde nata sit vulgata lectio, ἃ ῥάχει κοινωνεῖ, nempe ex ἀρχιτερμονεῖ. in *Gloss. Veterum* κώπη *remum et manubrium* denotat. post ἀγχιτερμονεῖ sequitur statim in MSStis, καὶ αἱ μὲν πρῶται δ. κ. α. Kuehn.

κωπία] MS. κωπια (sine accentu) ἄρχι γειτονεῖ. quae corrupta vides. an tamen inde emendandum vulgata, ῥάχει γειτονεῖ; *Iunius* nomencl. πλάτην *palmulam*, et κώπιον (sic enim habet) *remulum* interpretatur. Iung.

182.

δύο, καλοῦνται] MSS. δύο δὲ αἱ μετὰ τὰ στερεὰ, στερνίτιδες, αἱ δέ. Seb.

δύο, καλοῦνται] C. V. pro καλοῦνται leg. ἐπίκλησιν ἔχουσιν. Kuehn.

δύο, καλοῦνται] MS. ita tantum δύο ἐπίκλησιν ἔχουσιν ἀντίστροφοι· δύο δὲ αἱ μετὰ τὰ στερεὰ, στερνίτιδες. Iung.

αἱ μετὰ ταύτας] C. A. αἱ μετὰ τὰ στέρνα στερνίτιδες. C. V. δύο δὲ αἱ μετὰ ταύτας, τὰ στερεά. legerem ex hisce: δύο δὲ αἱ μετὰ τὰ στερεὰ καὶ δύο ἐπὶ ταύταις στερνίτιδες. nisi enim quatuor inter στερνίτιδας retuleris, non explebitur numerus duodenarius, quem *Noster* in costis agnovit supra segm. 167. Kuehn.

παράσειροι] In textu C. A. παράπειροι. sed τῷ π. superscriptum σ. Kuehn.

τέτταρες] MSS. τέσσαρες. Seb.

τέτταρες] MS. τέσσαρες. Iung.

σπόνδυλοι] C. V. σφόνδυλοι. Kuehn.

σπόνδυλοι] MS. σφόνδυλοι. Iung.

ἱερὸν ὀστοῦν] *Coxendix, Maspina. Gl. Veterum.* Kuehn.

ὑποστενοῦται] MSS. ἀποστενοῦται. Seb.

ὑποστενοῦται] C. A. ἀποστενοῦται. C. V. ἀποστενοῦνται. deinde σφονδύλιον C. A. aeque ut C. V. mox C. A. οὐροπύγιον, sed ex correctione ὀρροπύγιον in margine. Auctor εἰσαγωγῆς ἀνατομικῆς vocat, τὸ ὑποσπόνδυλον καὶ ἡ ὀρροπύγια, nisi ibi legendum sit, ἢ καὶ ο. Kuehn.

ὑποστενοῦται] MS. ἀποστενοῦται. Iung.

σπονδύλιον] MSS. σφονδύλ. Seb.

σπονδύλιον] MS. σφονδύλιον. De his avus Comm. cap. 805. Iung.

ὑπεράνω] P. R. et A. ὑπὲρ ἄνω. Seb.

ὑπεράνω] MS. ὑπὲρ ἄνω. ὀσφῦς, καί. Iung.

ἰξὺς] MS. περὶ ἰξύος. vide *Foes.* in ἰξύς. vid. et avi Comm. cap. 802. Iung.

183.

τισὶ] C. V. τουτί. Kuehn.

τισὶ δὲ καὶ τὸ ἰ.] MS. non τισὶ, sed τουτὶ δὲ τὸ ἰ. Iung. *Tertius coc.*] scr. pervius. Seb.

τρητὸς κόκκυξ] Ita *Homerus*, τρητὸν λέχος. *lectus, qui traiectis per foramina funibus intenditur. Interpres* hic infelix fuit, legendo, τρίτος, *tertius.* τῶν δ' ὄπισθεν ὁ ὀσφὺς ἔχων σφονδύλους τετραμένους πέντε. *Auctor Isagog.* in *Anatomicam.* Kuehn.

ἤγουν τὴν ἕδρ.] P. R. ἢ τὴν ἕδ. Seb.

ἤγουν τὴν ἕδρ.] Desunt ἤγουν τ. ἕ. in MS. Iung.

ἀντίκειται] P. R. ἀντίκεινται. ut et mox: ἐπίκεινται. Seberus.

ἀντίκειται] C. A. ἀντίκεινται, et mox ἐπίκεινται. Kuehn.

πύγαια] C. A. in textu πύγια superscripto αι. C. V. πυγαία ηια. lectio videtur gemina significari πυγαία et πυγηΐα. Kuehn.

πύγαια] πυγαία MS. apud *Hesychium* πυγαίας legitur de hac parte. quamvis *H. Steph.* in Thesauro πυγαῖα tam ex *Hesychio* quam *Polluce* adferat. Iung.

προχῶναι etc.] Vid. et *Iun.* nomencl. in *Perinaeum.* Iungerm.

Ἀρχίππῳ] C. A. καὶ ἰσχία μέν ἐστιν ἑκατέρωθεν. Kuehn.

ἐν τῷ ῥίνωνι] Rhinone. Seb.

ἐν τῷ ῥίνωνι] Desunt ἐν τῷ ῥίν. in MS. Iung.

ἰσχία] Hic nota marginalis est in C. A. ὅτι διττὸν τὸ

ἰσχίον τό τε ἄρθρον καὶ τὸ νεῦρον καὶ τρίτον ὃ καὶ προείρηκε. KUEHN.

ἰσχία] Vid. *Foes.* Oecon. *Hippocr.* in *ἰσχίον*, ubi non recte habet *προσβολὰς*, errato typographi credo. IUNG.

ὀσφὺν] *ὀσφῦν* MS. IUNG.

184.

γλουτοὶ] *γλουττοὶ* MS. et sic semper fuit et semper erasum alterum *τ*. quod demum hic adverti, ubi id neglectum. IUNGERM.

ἐφέδρανα] De *ἑφεδράνοις* quid *Sylburg.* notat. ad lib. I. *Aristot. ζώων ἱστορ.* IUNG.

ἀφ' ὧν] C. A. *ἐφ' ὧν*. post *ἔνεδρα ἀπὸ δὲ πυγῶν*. KUEHN.

ἔνεδρα] Sic videtur et in MS. fuisse, erasusque esse accentus acutus. Scribendum scilicet fuerit *ἐνέδρα*. nisi *ἔνεδρα* plurale dicas, ab *ἔνεδρον*, quod tamen hic non placet. Desunt dein in MS. duo verba *ἐνεδρεύειν, ἐφεδρεύειν*. IUNG.

ἕφεδρος] Male *Interpr. assessor*, *πάρεδρος*, melius *Gl. Tertiarius*, *superstes*. vid. infra III, 149. KUEHN.

καθ'] MS. *καὶ καθ'*. *Hesiodi* versum adfert avus Comm. c. 808. IUNG.

καταπύγωνα] MS. *καταπύγονα*. ut etiam avus habet ibidem: et *Etymologus* in *κηρυβίων* diserte ait: *καταπύγων καταπύγονος, καὶ συστέλλεται ἐν τῇ γενικῇ*. aliter tamen habes apud *Suidam*. IUNG.

λίσποι] C. A. *λίπποι*, sed ex correctione *λίσποι*, et mox idem Codex non *λισποπύγοι*, sed *λιπόπυγοι*, ut *λιπόδερμος*. Athenienses dicebantur *λειπόπυγοι depyges*, de quo quaedam monuimus nuper in *Pausaniam*. in *Glossis depygis* est *ὁ καταπύγων*. KUEHN.

τὴν δὲ etc.] Haec usque ad finem segm. huius C. A. non habet. KUEHN.

διατράμιν] C. V. pro *διατράμιν* legit *ἰδιατράμιν*, forte *διατράμιν*. quod et *Hesych.* habet. KUEHN.

διατράμιν] Vid. Comm. avi c. 808. MS. autem habet *καὶ ἰδιατράμιν*. unde quis suspicari posset an fuisset, *ἰδίᾳ τράμιν*. Verum illud *διατράμιν* et apud *Hesychium* habes. IUNGERM.

185.

περὶ τῶν κατὰ etc.] Titulus huius *τμήματος* in MS. *Περὶ τῶν κατὰ τὴν ὑσφῦν μυῶν, κοτυλῶν, γλουτῶν, βουβώνων, γόνατος, κνήμης, πλατέως νεύρου τῆς πτέρνης, καὶ τῶν περὶ αὐτά*. IUNGERM.

κοτυλῶν] *καὶ τῶν περὶ αὐτά* C. A. KUEHN.

ὀσφὺν μῦες] MS. *ὀσφῦν μύες*. IUNG.

ψόαι] MS. *ψοαί*. vid. de his et *Nunnes.* ad II. epit. *Phrynichi* in *ψύα*. *Hesychius*: *Νευρομήτρα, μέρος τι τοῦ σώματος, οἱ δὲ ψυχήν.* Ubi *Sylburgius* in suo codice emendat *ψύην*. posset et aliquis *ψυίαν* suspicari. Sic enim *Hesychius* infra: *Ψυῖαι, ἀλώπεκες, βασσάριδες, καὶ αἱ κατὰ τὴν ὀσφῦν σάρκες.* Ceterum, quod ad illud *νευρομῆτραι* in nostro, avus Comm. c. 803. *νεφρομῆτραι* legendum censet: quod et confirmat. Sane *Phrynichus* ubi nec *ψύα*, nec *ψοία* probat, nomenque *διὰ τὸ πολὺ κίβδηλον* fastidire videtur, *νεφρὸν οὖν λέγε*, subiicit. IUNG.

ψόαι] *Falckenburgius* ex MS. *ψοιαί*. *Glossae, ψόα Clunis. Clearchus*] *Marsil. Cagn.* reponit *Clitarchus* lib. IV. observ. c. 7. SEB.

Κλέαρχος] *Clearchi* locus ex lib. II. *σκελετῶν* ut ab *Athenaeo* lib. IX. refertur, habes in avi Comm. cap. 803. qui et ibi *νεφρομήτρας* scribit: quam scripturam et magnus *Casaubonus* IX. *Athen.* XIII. ex *Suida* se rectam iudicare ait. IUNGERM.

πλῆκτρον δὲ] C. A. *καλεῖται καθὸ κεφαλὴ τ. μ. τ. κ. σ.* dein marginale *αἱ δὲ ὑπὸ τ. γ.* etc. KUEHN.

αὐτὴ] Desunt in MS. *αὐτὴ δ. η. κ. κοτ.* IUNG.

186.

γλουττοὺς] Scr. *γλουτούς*. SEB.

γλουττοὺς] MS. *γλουττούς*. IUNG.

κατωφερεῖς] C. A. et V. *καταφερεῖς*. KUEHN.

κατωφερεῖς] MS. habet *καταφερεῖς*. IUNG.

ὑπογλουττίδες] Scr. *ὑπογλουτίδες* quomodo est in MSS. et supra II, 183. SEB.

ὑπογλουττίδες] C. A. *ὑπογλουτίδες*. KUEHN.

ὑπογλουττίδες] Aliter MS. *ὑπογλουττίδες· τὰ δὲ ἔμπροσθεν αὐτῶν παρὰ τοὺς μηροὺς, βουβῶνες, ο.* IUNG.

εἰσὶ δ' ἐπὶ τοὺς μ.] Haec in textu; margo habet in C. A. *τὰ δὲ ἔμπροσθεν αὐτῶν παρὰ τοὺς μηροὺς* et cum istis desinit marginale, quod incepit segm. praec. C. V. etiam habet hanc lectionem marginis. KUEHN.

ἐπιγίγνεται] P. R. *ἐπίκειται*. SEB.

ἐπιγίγνεται] C. A. *ἐπίκειται καὶ τὸ β. ἐκεῖθεν. καλεῖται δὲ* etc. KUEHN.

ὡς ὁ K.] Desunt, *ὡς ὁ K.* in MS. IUNG.

πρὸς τὸν μηρ.] P. V. *περὶ τὸν μ.* SEB.

πρὸς τὸν μηρ.] Hic in margine MS. adscripta est quaedam *σημείωσις* ab eadem ut videtur manu quae et contextum exaravit. Est autem haec: *σημ. διττὸν τὸ ἰσχίον, τό τε ἄρθρον καὶ τὸ νεῦρον ὑφ' οὗ συνέχεται τὸ ἄρθρον, καὶ τρίτον ὃ καὶ προείρηκεν.* Quo pertinent, quae idem, quisquis ille fuerit, hac eadem paginae summae initio adposuit: *τρία σημαίνειν ἐν τῷ σώματι τοῦ ἀνθρώπου λέγει οὗτος τὸ ἰσχίον.* Iung.

τὸ μὲν τῇ κοτ.] MSS. *τὸ μὲν ἐν τῇ κοτύλῃ στρογγ.* omisso participio. Seb.

τὸ μὲν τῇ κοτ.] C. A. *τὸ μὲν ἐν κοτύλῃ.* Kuehn.

τὸ μὲν τῇ κοτ.] MS. *καὶ τὸ μὲν ἐν τῇ κ. στρ.* absque voce *συνηρ.* Iung.

187.

ἀπὸ δὲ τοῦ μηροῦ] In C. A. omissis interiectis sequitur *παράμηρα*, sed *ι* superscriptum est. post *παραμηρίδια* est, *ἡ δὲ περὶ τῇ κ.* Kuehn.

ἀπὸ δὲ τοῦ μηροῦ] Sequentia *ὀνοματοπ.* etc. *φανόμηρις* cum mediis omnibus absunt a MS. Iung.

φανόμηρις] *Camerar. φανομηρίδες* virgines Lacaenae, quarum defluentibus vestibus femora nudarentur. Seb.

φανόμηρις] MS. *φαινόμηρις* adscripsit *H. Steph.* orae suae: uti et in Thes. ling. graec. legendum sibi videri ait. Sane avus etiam habet *φαινομηρίδες* Comm. cap. 832. Iung.

μῦες] MS. *μύες.* Iung.

188.

μεταξὺ τῶν μηρ.] C. A. *μεταξὺ αὐτῶν.* Kuehn.

μεταξὺ τῶν μηρῶν] MS. *μεταξὺ αὐτῶν μεσομήρ.* Iung.

μεσομήρια] MSS. *αὐτῶν μεσ.* Seb.

γονατίζειν] In C. A. sequitur. *καὶ παρ' Ὁμήρῳ ε. γόνατος δέ, τὸ μὲν τῷ τοὺς μηροὺς τέλει σ.* Kuehn.

παρὰ Κρατίνῳ] In MS. desunt *Κρ.* etc. *καλ. γόνυ.* cum mediis quae sunt apud *Herod.* Thalia, ut adnotat avus Comm. cap. 835. Iung.

παρ' Ὁμήρῳ] *Homeri* locus *Ὀδυσσ. σ.* quem adfert avus Comm. c. 858. Iung.

ὥσπερ] Non est in textu C. A. sed tantum superscriptum est. Kuehn.

189.

ἐπιμυλὶς] C. A. *ἐπιμυλὴς*, sed *η* punctis duobus notatur *ι* superscripto. deinde marginale: *κατὰ δὲ μυλαυρὶς ἡ (μέντοι* superscriptum) *κωμῳδία τὴν α. μ. καλεῖ*, quod margini adiectum. *ζῶον δέ τι ἐν τ. μ. γ. Ἀριστοφάνης. ὁ δὲ πρὸς τῷ γ. μ.* etc. Kuehn.

κατὰ δὲ Ἵππ.] Desunt *κατὰ δὲ Ἱπποκρ.* in MS. vid. vero *Foes. Oecon. Hipp.* in *ἐπιμυλίδα.* Iung.

μυλακρίς.] MS. *μυλαυρισ.* et deest deinde *ἡ.* sicut et postea alterum *ἡ* quoque deest, et MS. habet *ζῶον δέ τι.* Iung.

ἀλεκτορίδα] Leg. *ἀλετρίδα.* ut est infra VII, 19. Seb.

ἀλεκτορίδα] *Leopardus* XVI. Emendat. 7. notat Lexicon *Hartungi* et *Iunii*, qui haec *Pollucis* verba vulgata sequuti sunt et explicarunt gallinam. legendum esse enim *ἀλετρίδα* (male est excusum apud *Leopardum ἀλεκτρίδα*) ut recte apud *Pollucem* habeatur infra VII, 19. Sic ille noster tamen MS. hic *ἀλεκτορίδα* habet, infra tamen *ἀλετρίδα.* si itaque *ἀλετρίδα*, ut etiam infra VII, 19. MS. noster, recipiamus (sic enim et *Hesych. Ἀλετρὶς, μυλωθρός.* et *Suid.* in *Ἀλετρίβανος, καὶ ἀλετρὶς, ἡ μυλωθρὸς παρὰ Καλλιμάχῳ. Eustathium* etiam vid. *περὶ γυναιξὶν ἀλετρίσιν,* ad *Ὀδυσσ. η.* et *υ.*) tamen illud MS. *μύλαυρις* non temere reiiciendum erit, quum et *Hesych. Μυλαβρίδες, μυλαβρὶς, ἡ μαλακὴ σίλφη· γίνεται δὲ τῇ χροιᾷ ἔλλευκος ἀπὸ τῶν μύλων καὶ τῶν ἀλεύρων· ἔνιοι δὲ* etc. Iungerm.

ἀλεκτορίδα] *Falckenburgius* deletis *ἡ τὴν ἀλεκτορίδα*, illorum loco *τὴν ἀλετρίδα* reponit, ut est infra quoque VII, 19, Etiam *Budaeus* haec vulgata *Pollucis* notat, proque iis, *ἀλετρίδα μυλαβρίδα*, et paulo supra *μυλαβρὶς* legendum ait.

ὡς] Pro *ὡς* MS. *ὁ.* dein deest *λέγει*, et versus duo *Aristophanis.* eos interpretatur avus Comm. cap. 857. Iung.

ἐπιγουνίς.] *Falckenburgius ἐπιγονίς. ἐπιγουνὶς* etiam *Etymologus* in *Ἐπιγονατὶς* et *Hesychius* in *Ἐπιγουνίδα*, quos vide sis.

ἰγνύη] P. V. et A. *ἰγνύα.* et mox P. R. *ἰγνύῃ.* utrunque in usu *ἰγνύα* et *ἰγνύς.* Seb.

ἰγνύη] C. A. *ἰγνύα· κνήμη δὲ τῷ ἐπὶ τῷ γ. καὶ τῇ* (superscripta sunt haec duo) ut et *δὲ* ante *ὀστᾶ.* Kuehn.

ἰγνύη] MS. *ἰγνύα. κ.* ut et mox infra segm. 191. quod magis placet: quum Ionico usus vix fuisse videtur *Poll.* mox vero etiam *ἰγνῦϊ πᾶν.* Iung.

ἰγνύη] *Falckenburgius ἰγνύς.* Utrumque dicitur, vide *Etymolog.*

190.

δύο δὲ ὀστᾶ ἔχει] MS. *δύο δὲ ἔχει ὀστᾶ ἡ.* Iung.

μὲν] Pro *μὲν* MS. etiam *δέ.* Iung.

προκνήμιον. τῆς δὲ κν. etc.] Post sequitur in C. A. *ἔνιοι δὲ τὸ μὲν πρόσθεν* etc. Kuehn.

προκνήμιον. τῆς δὲ κν. etc.] Haec tantum MS. προκνήμιον, ἔνιοι δὲ τὸ μὲν πρόσθεν, κνήμη· τὸ δὲ ὄπισθεν ἀντικνήμιον ὠήθησαν· τὰ δὲ ἑκατέρωθεν τ. etc. Iung.

γαστροκνήμιον] De γαστροκνημίῳ vid. et *Foes.* Oecon. *Hipp.* in γαστροκνημίη. *Nunnesius* ad lib. 2. Eclog. *Phrynichi* priorem sententiam *Pollucis*, ubi ait anteriorem partem tibiae ἀντικνήμιον, posteriorem γαστροκνήμιον appellari, probabiliorem esse, quum sic et *Aristoteles*. Iung.

ὠήθεισαν] ὠήθησαν. P. R. et A. Seb.

ὠήθεισαν] C. A. ὠήθησαν. deinde τὰ δὲ ἑκατέρωθεν. Kuehn.

ὠήθεισαν] Scribe ὠήθησαν, ut et in MS. ἐπιτομῇ horum esse diximus. Iung.

191.

σκελίδες ὁλόκνημοι] Sunt apud *Athenaeum* lib. VI. ut avus indicat Comm. c. 840. et quidem *Pherecratis*, ut ex nostro ipso infra patet VI, 59. Iung.

κνημοὶ ὄρων] κνημοὶ ὀρῶν, *iuga montium*. Camer.

κνημοὶ ὄρων] Emendo ὀρῶν. ut et avus habet Comm. c. 854. Iung.

ὀστάρια] P. V. ὀστάρ. κερκίδες. παρακ. στήριγγες δὲ π. Seberus.

ὀστάρια] C. A. περόναι (at C. V. περώναι) παρακερκίδες. στήριγγες δὲ etc. Kuehn.

περόναι] MS. περῶναι, καὶ παρ. sine ᾶ et λέγονται. *H. Steph.* hic in margine adnotat: *Erotianus* in περόνα, ὅτε δὲ ἀντὶ τῆς κερκίδος τάττει τὴν λέξιν pag. 41. Iung.

ταῦτα στήριγγ. π.] Pro ταυτα στ. MS. καὶ στήρα δὲ π. Iungerm.

ἰγνύος] C. V. ἰγνύας, a recto ἰγνύα, ut notatum supra segm. 189. in *Glossis* ἰγνύς et ἰγνύα *poples*. Kuehn.

ἰγνύος] MS. ἰγνύας. vid. vero copiose *Foes.* in τένοντες. Iungerm.

192.

περὶ σφυροῦ etc.] Titulus sectionis XL. in MS. ita concipitur: περὶ σφυροῦ, ἀστραγάλου, σκελῶν, κόλου, ποδὸς καὶ τῶν περὶ αὐτά. Iung.

ἀφ' ὧν ὀνομ. εὔπ.] MSS. ἀφ' οὗ εὔπ. Seb.

ἀφ' ὧν ὀνομ. εὔπ.] C. A. ἀφ' οὗ εὔπεζος, ἀργυρόπεζος· παρὰ δὲ τὴν πέζαν. Kuehn.

ἀφ' ὧν ὀνομ. εὔπ.] MS. ἀφ' οὗ εὔπεζος, καὶ ἀργυρόπεζος, καὶ τὰ ὅμοια. et desunt quatuor vocabula ἀργ. θ. ε. κ. de quibus vide ex *Homero* et *Hesiodo* avum Comm. cap. 841. Iung.

περόναι] *περῶναι* MS. ut supra segm. 191. Iung.

ἀστράγαλοι] C. A. et V. *ἀστραγάλους*, scilicet *καλοῦσι*. Kuehn.

ἀστράγαλοι] MS. *ἀστραγάλους*. Iung.

ἔνδοθεν] MS. *ἔνδον*. Iung.

τὸ ἔνδον] A. *τὰ ἔνδοθεν*. Seb.

τὸ ἔνδον] C. A. *τὰ ἔνδοθεν τ. σ.* Kuehn.

193.

βλεσσοὺς] Etiam *βλεσὸς* reperitur. *βλαισὸς* item et *βλαισσός H. Steph. Polluci* autem similiter *Galenus* Comm. III. lib. *κατ' ἰητρεῖον* fol. 700. *καλεῖται τὰ μὲν ἔξω ῥέποντα βλαισσά· τὰ δὲ ἔσω ῥαιβά, καὶ κυλλά.* siquidem vera lectio. Nam A. *Foesius* priore loco *ἔσω*, et posteriore *ἔξω* scribendum censet. Seberus.

βλεσσοὺς] Margo C. A. *βλαισοὺς δὲ* (quam lectionem firmat C. V.) *οἷς τὰ ἀ. τ. γ. εἰς τὰ ἔξω ἀ.* hucusque margo in *Glossis. βλέσος, Vargulus, βλεσόπους, Scaurus.* Kuehn.

βλεσσοὺς] MS. *βλαισοὺς δὲ, οἷς τὰ ἀ.* et sic emendandum videtur certe *blaessi* et *Rhodigin.* IV. ant. 11. haec exponens habet, et *blaesus* idem XIII. ant. 2. de his. et *βλαισὸς* hinc citat *Iun.* nomencl. in *Valgus*, uti et apud *Etymolog.* et *Suid.* scribitur. Comm. avi c. 979. *βλαισσοὶ* habent. In *Hesychio* tamen *βλεσὸς* est: et *βλεσσὸς* passim apud *Hippocratem* gemino *σσ* esse adnotavit in Thesauro suo *Stephanus:* variatur similiter infra V, 70. Iung.

εἰς τὸ ἔξω] MS. *εἰς τὰ ἔ. ἀ.* desunt dein *καὶ τ. μ. Ἀ. τ. θ. Ξ. λ.* De equis qui *βλαισσοὶ Xenophonti* avus Comm. cap. 979. Iung.

ἀπέστραπται] In C. A. post hoc verbum: *σκέλος δὲ πᾶν ὀνομαστέον*, et ita legit quoque C. V. nisi quod pro *σκέλος, σκέλη*, et pro *δὲ* habet *δή*. Kuehn.

σκέλος μὲν δὴ παρονομαστέον] MS. *σκέλη μὲν δὴ πᾶν ὀνομαστέον* etc. quae lectio videtur rectior vulgata, eamque exposuit *Rhodig.* IV. ant. 11. quasi in vulgatis sic fuisset. Iungerm.

σκέλος μὲν δὴ παρονομαστέον] *Falckenburgius: σκέλος μὲν δὴ πᾶν ὀνομαστέον*, quae certe displicere minime possunt.

κῶλον, καὶ κώλυμα] C. V. *κόλον καὶ κόλινα.* C. A. *κῶλον καὶ κόλινα*, quod ultimum est tantum marginis. deinde C. V. pergit *ὀνόματα* etc. at C. A. subdit. *τάχα δὲ* (quod extat segm. seq.) *ὁ σκέλετος* etc. Kuehn.

κῶλον, καὶ κώλυμα] MS. *κόλον* (ut et in titulo huius sectionis esse monuimus) *καὶ κόλινα.* Illud *κόλον* in MS. re-

periri per o, adnotavit et *H. Steph.* in Thes. gr. ling. et sic videri et *Pollucem* scripsisse, quum *κολάζεσθαι* inde derivet (infra II, 209. MS. etiam *κόλον*:) frequentius tamen apud ipsum per ω scribi, ut et apud alios. Si itaque nostrum MS. vidisset *Stephanus*, credo adhuc magis sic visum fuisset; infra tamen II, 254. *κώλων* etiam in MS. Pro *κώλυμα*, quod mihi corruptum videtur, MS. habet *κολινα*, sine accentu, egoque legendum arbitrer *κωλῆνα*. vid. *Athen.* lib. IX. et ibi *Casaub.* IX. *Athen.* I. vid. et infra nostrum V, 69. de quo docti iudicium ferent. Postea in MS. desunt reliqua, usque ad *τάχα δὲ*, quod initium est segm. sequentis. ubi MS. rursus: *τάχα δὲ* (sine *καὶ*) *ὁ σκελετὸς* etc. Iung.

Ξενοφῶν] Locus *Xenophontis* in quo et alterum quod mox segm. seq. adfert, est lib. III. *Ἀπομνημ.* paulo longius ab initio: *ἐὰν οὖν*, ait *Socrates*, *παρέχωνταί σοι τοὺς ἵππους*, *οἱ μὲν οὕτω κακόποδας*, *ἢ κακοσκελεῖς*, *ἢ ἀσθενεῖς*, *οἱ δὲ οὕτως ἀτρόφους ὥστε μὴ δύνασθαι ἀκολουθεῖν*. Iung.

εὐσκελές.] *Falckenburgius* pro *εὐσκελὲς* plane contrarium, *ἀσκελὲς* nimirum reposuit, cui subiungit *καὶ ἄπουν*, paulo post dein pro *κατεσκελετευμένους* idem *κατεσκελετευσμένους* habet.

194.

ἀπὸ τῆς] A. *ἀπὸ τῶν*. Et mox P. R. *μερῶν τούτων πρὸς τὰ ἄλλα μέρη ἰσχν*. Seb.

μελῶν τούτων] C. V. *μερῶν*, consentit C. A. qui et post legit, *ὡς πρὸς τὰ ἄλλα μέρη ἰσχνότητος*. Kuehn.

μελῶν] MS. *μερῶν* pro *μελῶν*. Iung.

μελῶν] *Falckenburgius* ut scripti Codices *μερῶν*.

Macilentissimum] Voluit exprimere *ἰσχνότατον*, cum legatur *ἰσχνότητος*. *ἰσχνότης* autem maciem notat. Seb.

ὅμοια] In C. A. *ὅμοια* superscriptum est. Kuehn.

ἀσκωλιάζειν ἐλ.] C. A. *ἀσκωλιάζειν δέ*. Kuehn.

ἀσκωλιάζειν ἐλ.] MS. *ἀσκωλίζειν δὲ ἔ*. vid. vero de hoc verbo, et quomodo huc pertineat Comm. avi cap. 841. *ἀσκολιάζειν* vero, ut vulgatur, etiam infra est IX, 121. etiam in MS. qui tamen ibidem *ἀσκωλισμός*. Utrumque itaque usurpavere *Hesychius*: *ἀσκωλίζοντες*, *ἐφ' ἑνὸς ποδὸς ἁλλόμενοι*. quod prorsus huic loco convenit. Ibidem *ἀσκωλιάζεις* exponit de lusu, quum unctos saliebant per utres. quasi differentia quaedam esset inter haec. vid. et *Etymologum* in *ἀσκωλιάζειν*. Iungerm.

ἐξ οὗ, *εὖπ.* etc.] In C. A. sequitur statim *ποδώκης*, *ἀρ-*

τίπους, ἐμπόδισμα, ἐμποδὼν ἴ. ἐπὶ π. α. ποδοκάκκη, ποδάγρα, πολύπους πολύποδα, χαμαίπους. ita C. A. KUEHN.

ἐξ οὗ, εὖπ. etc.] Tantum haec in MS. *ἐξ οὗ ποδώκης, ἀρτίπους· ἐμπόδισμα, ἐμποδῶν ἵστασθαι, ἐ. π.* IUNG.

καὶ ὡς Πλάτων ἀντίπους] *Platonis ἀντίπους* in eius *Timaeo* legitur: *εἰ γάρ τι καὶ στερεὸν εἴη, κατὰ μέσον τοῦ παντὸς ἰσοπαλές, εἰς οὐδὲν ἂν ποτε τῶν ἐσχάτων ἐνεχθείη, διὰ τὴν πάντῃ ὁμοιότητα αὐτῶν· ἀλλ' εἰ καὶ περὶ αὐτὸ πορεύοιτό τις ἐν κύκλῳ, πολλάκις ἂν στὰς ἀντίπους, ταυτὸν αὐτοῦ κάτω καὶ ἄνω προσείποι.* IUNG.

ὡς Πλάτων παραποδισθ.] II. de L. L. princ. *μή πη παραποδισθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ.* cit. et infra IX, 134. ubi priores editiones *παραποδιστῶμεν.* SEB.

ὡς Πλάτων παραποδισθ.] Locus *Platonis*, in quo *παραποδισθῶμεν*, ex II. de Legibus profertur infra IX, 134. *Ξηνοποδία* vero vulgatum, *Xenophontis* est, ut ipse infra indicat noster IX, 134. IUNG.

195.

Ξενοφῶν, κακόποδας] Locum *Xenophontis* non puto esse, qui statim initio de re equestri, ubi de equo *κακόπους* dicitur, sed eum quem ex lib. 3. *Ἀπομν.* attuli modo ad segm. 193. *κακόποδας* enim ait *Pollux* diserte; amat vero ipsos casus adferre, quibus in auctoribus leguntur, ut aliquoties hactenus patere potuit. IUNG.

ὀκτάπους] *Octipes*, in *specie* dicitur de *Polypode*. *ὀκτώπους* dicitur et *Scorpius*, unde proverbium: *ὀκτώπουν ἀνεγείρεις.* vid. *Hesychium* et *Suidam* in *ὀκτώπους* et *Phavor.* in *ὀκτάπους.* Ergo, innuit Auctor, nomine *Octipedis* certam denotari speciem animalis et hoc est *ἰδικώτερον.* In *Glossis* redditur *multipes*, *Polypus.* KUEHN.

ὀκτάπους] Quomodo ait *τὸ ὀκτάπους ἰδικώτερον ἐκφέρεσθαι*; an quod ista *λέξις* (*ὀκτω*) *εἰς ω καταλήγουσα οὐ φυλάττει καὶ ἐν τῇ συνθέσει τουτὶ τὸ τέλος;* nec enim *ὀκτώπους* scribendum credo hoc loco. *ὀκτάπουν* saepius in *Menone Platonis.* Et sic invenias etiam *πεντάπους*, quod tum etiam *ε* non servavit, in quod extra compositionem desinebat: infra enim IV, 170. est *καὶ πεντάπουν.* Sed in *Platonis Theaeteto πεντέπηδος* est. IUNG.

ἐπὶ πόδα ἀν.] *Ἐπι ποδαν ἀναχ.* MS. mendose. phrasis alias e *Xenophonte* adfertur in Comm. avi cap. 849. IUNG.

καλόπους] Deest in MS. *καλόπους.* qui dein habet *ποδωκάκη.* alias *ποδοκάκη* et *ποδοκάκκη* invenias. IUNG.

ποδαγρᾶν, πολ.] Deest in MS. *ποδαγρᾶν.* Iung.

Πλάτων δὲ, κατὰ πολ.] Desunt *Πλ. δὲ κατὰ* in MS. quid vero si *καθὰ* legas in vulgatis? nolim tamen quid temere: nec enim ipse *Platonis* locus in promptu, si forte *κατὰ* scripserit ibi. alias esset, quemadmodum *πολύποδα* et *ἄποδα* quoque dixisse. *Plato Timaeo* extremo: *ἄποδα αὐτὰ καὶ ἑλυσπώμενα ἐπὶ γῆς ἐγέννησαν:* de generatione animalium. Sed non hic est locus, quem respexit *Pollux*; verum ille in *Epinomi*: *πάντα δὲ ὅσα πολύποδα καὶ ἄποδα, καὶ ὅσα πορεύσιμα, καὶ ὅσα μόνιμα* etc. Nec dubitabis apud *Pollucem* pro *κατὰ* nunc reponere *καί*. Iung.

Πλάτων δὲ, κατὰ πολ.] Et *Falckenburgius* fere ut Cl. *Iungermannus τὸ κατὰ* in *καὶ τὰ* mutat.

καὶ ἄπ. εἴρ.] Desunt *καὶ ἄπ. εἴρ.* in MS. Iung.

καὶ ἄποδα εἴρ.] Auctius noster *Falckenburgius* post *εἴρηκε* habet: *ἀλλ' ὁ πολύπους ὃ ἂν τούτοις προσκεῖται καὶ χαμαίπ.* etc.

ἑκάλουν δὲ etc.] Margo C. A. *ἐκαλεῖτο δὲ οὕτω ἡ οὐκ ἐπὶ τοῦ ζεύγους κομιζομένη νύμφη*, haec margo: dein iterum in textu *ποδοστράβη, ποδήρεις χιτῶνες ποδαλγία. ὁ δὲ Κωμικὸς Π. ποδάρια εἴρηκεν.* Kuehn.

ἑκάλουν δὲ etc.] MS. *ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἡ οὐκ ἐπὶ τοῦ ζ. κομιζομένη νύμφη· ποδοστρ.* Iung.

196.

ποδόνιπτρον] Deest *ποδόνιπτρον* in MS. et *ποδονιπτήρ.* Iungerm.

ποδεὼν ἀσκοῦ] *Leopard.* Emend. VII, 13. Seb.

ποδεὼν ἀσκοῦ] De *ἀσκοῦ ποδεῶνι* et *Leopardus* hunc locum laudat VII. Emend. 13. tu vide Comm. avi c. 851. Iungerm.

ποδήρης χιτὼν] P. R. *ποδήρεις χιτῶνες.* Seb.

ποδήρης χιτὼν] MS. *χιτῶνες.* Scribendum itaque fuerat *ποδήρεις.* Iung.

ποδαλγὴς] Deest *ποδαλγὴς* in MS. Iung.

**ποδάρια*] Sic editi et MSS. *Leopard.* leg. *ποδαργία*, libro secundo, capite secundo. *ποδαργία* autem Attice dici pro *ποδαλγία* monet *Henr. Stephan.* e *Schol. Aristoph.* quem vid. initio statim: tametsi quidam inde citent *ποδαργία*, nisi forte respic. ad alium locum. nam fol. 29. *γράφεται*, inquit, *καὶ ποδαλγοῦντες καὶ ποδαργῶντες. ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ πάθος καὶ ποδάγρα λέγεται, καὶ ποδαλγία.* Seb.

**ποδάρια εἴρηκε. καὶ ποδεῖα δὲ τοὺς* **περὶ τοῖς ποσὶ πύλους*] Omnia in MS. sunt ac in vulgato, ne quis propter asteriscos

suspicatur. Quod itaque ad *ποδάρια* attinet, ut id avus exponit, habes Comm. c. 852. *nempe pediculos, id est pedes parvulos. Leopardus* autem II. Emend. 2. (ubi de *ποδίοις* vel *πίλοις περὶ τοῖς ποσὶ* ex variis *Pollucis* locis) *ποδαργία* se legere hic ait, non *ποδάρια*. Pro *ποδεῖα* vero habet *Leopardus πόδια*, quod et ex aliis locis ita citat, et apud nostrum ita infra in MS. VII, 91. et X, 50. Male etiam antea vulgabatur *παρὰ τοῖς ποσὶ*, quod et *Henr. Stephanus* adverterat, reposito ad oram *περὶ*, eoque confirmato ex loco, qui infra X, 50. et *περὶ*, non *παρὰ*, MS. noster hic habet etiam: ut et *Leopardus* loco dicto, et *Turnebus* II. advers. 14. qui plane contra ac *Leopardus*, quem semper *πόδια* habere adnotavimus, in *Theoph.* de histor. plant. pro *πόδια*, emendat *ποδεῖα*, huncque locum *Pollucis* adfert; ea causa sane illud *ποδεῖα* non reiiciendum mihi videtur, quum id diserte MS. habeat: et viri docti sic etiam apud *Hesychium* scribendum existiment. Nec *ποδάρια* quoque temere reiecerim: quum praesertim lascivia comica in diminutivis et *ὑποκοριστικοῖς* comminiscendis mira fuerit. Verum ego vix semidoctus meas sententias nolim interponere temere. Iung. Legendum *ποδαγρία*. Latini *Podagra*. Toup.

**ποδάρια*] *ποδαρίας Falckenburgius.*

ποδεῖα] *Leopard.* ibid. leg. *πόδια*. apud *Athen. πόδεια* scribitur de bulbi quodam genere: *ὑφαίνεται δ' ἐξ αὐτοῦ καὶ πόδεια, καὶ ἄλλα ἱμάτια.* lib. II. fol. 64. Seb.

ποδεῖα] *Glossae, πόδιον, pedale*, nec insolens est, ut *διφορούμενα* sint nomina quae desinunt in *ειον*. dein C. A. in textu *τὰ π. τ. π. πίλα* superscripto *τοὺς πίλους*. dein pro *πέλυτρα, πέλικρα*. (*Hesych. πέλλυτα*) at *υ. τ.* suprascripta, pro *περὶ πόδας* legitur et *παρὰ πόδας*. *Salmas.* leg. *καὶ πόδια*. *Vetus Glossarium*: *pedulia, πόδια*. sed haec alibi pluribus. haec ille. Kuehn.

ποδεῖα] *ποΐδια* ex MS. affert *Falckenburgius*. *ποδεῖα* tamen non ita facile reiecerim, *Casaub.* ad *Athen.* II, 25. *Ex lana bulborum lanigerorum scribit Theophrastus solita ὑφαίνεσθαι πόδια, sive ποδεῖα. udones Graecis ποδεῖα nuncupari, nemo iam ignorat* etc. *ποδεῖα* quoque *Iunius* in Nomenclat. quem utique vide cap. LXXVI. voc. *Impilia.*

*τοὺς * περὶ τοῖς ποσὶ π.*] P. P. *τὰ περὶ τοῖς ποσὶ πίλα κρ.* In A. *α* superne ascriptum.

(Hactenus P. V. deinceps P. significabit Pal. recentiorem.) Seb.

*τοὺς * περὶ τοῖς ποσὶ πίλ.*] *Falckenburgius σπίλους*, quod non placet.

πέλυτρα] *Falckenburgius* noster in suo Codice *τῷ λ* aliud superscripsit, addito dein post *υ*, *κ*. ut sit *πέλλυκτρα*, vel *πέλλυκρα*.

περὶ πύδα] Vid. Comm. avi c. 852. Iung.

Αἰσχίνης] *Aeschinis* verba sunt in ea *κατὰ Κτησιφῶντος· καὶ πολλακις ἀνεπόδιζον τὸν γραμματέα, καὶ ἐκέλευον πάλιν ἀναγινώσκειν τοὺς νόμους καὶ τὸ ψήφισμα.* Iung.

εἶπεν] Post *εἶπεν* margo loquitur in C. A. *ἐπὶ τοῦ πάλιν ἀναγινώσκειν ἐποίουν*, dein in textu, *καὶ τὰ ἀναποδιζόμενα ὁ. Α. τὰ* (quod superscriptum) *π. ε.* Kuehn.

ὁ ῥήτωρ] Desunt in MS. *ὁ ῥήτωρ.* Iung.

197.

περὶ μερῶν ποδός.] C. A. *μέρη ποδὸς δακτύλων καὶ τῶν περὶ αὐτά.* Kuehn.

περὶ μερῶν ποδός.] Sectionis huius titulus in MS. *μερῶν* (omissum est negligenter *περὶ*) *ποδῶν*, *πεδίου*, *ταρσοῦ*, *πτέρνης*, *στήθους*, *ποδὸς*, *κοίλου ποδὸς δακτύλων* (distinguendum, *ποδὸς κοίλου*, *ποδὸς δακτ.* quamvis et aliter posset) *καὶ τῶν περὶ αὐτά.* Ad ipsum initium sectionis, ante verbum *μέρη*, *Henr. Steph.* adscripsit haec: *Ποὺς δὲ ὀνομάζεται τὸ μετὰ τοὺς ἀστραγάλους πᾶν.* nescio an melius hic locum illis fuisse putaverit, quam ubi supra segm. 194. leguntur. Iung.

τὰ μὲν ἄνω] C. A. et V. *τὸ μὲν α.* apud *Aristot.* sect. 7. Probl. pedes sunt *ἀσαρκότατοι καὶ νευρωδέστατοι.* Idem lib. I. H. A. *τὸ δὲ πολυόστεον τοῦ σκέλους, πούς.* deinde partem pedis superiorem dicit *νευρώδη καὶ ἀνώνυμον.* Kuehn.

τὰ μὲν] MS. *τὸ μέν.* Iung.

ὄρος] Avus Comm. cap. 881. adgnoscit *ὄρος*, idque *finem seu terminum* interpretatur. in MS. est *ὁρος*, sine spiritu. Iung.

τὸ ταῖς πτέρναις] *τὸ* omittit C. Antv. Kuehn.

ἐδώλια] MS. *ἐδώλια.* Iung.

Θορυβοῖεν] *Interpr. exsibilent:* malim *obstreperent* dicenti vel agenti. *obmurmurare* et interpellare dicentem confusis vocibus. Kuehn.

Θορυβοῖεν] In MS. erat *Θούβοιεν*, sed *ρ* a recente manu insertum. notandus vero huius verbi hic usus, de tumultuoso obstrepitu. vid. infra IV, 122. ubi *ἐκβάλοιεν* pro hoc ait. Iungerm.

φησὶ] MS. *καλεῖ* pro *φησί.* Iung.

198.

στῆθος ποδὸς] P. *ποδῶν*. Seb.

στῆθος ποδὸς] MS. *στῆθος ποδῶν*. vid. et doctiss. *Fr. Nansium* Notis ad *Nonni* paraphr. in cap. 19. v. 100. Iung.

τὰς αὐτὰς etc.] Vide de his appellationibus Comm. avi cap. 881. Iung.

χίμετλον] Praec. ed. *χύμετλ.* sed *χίμ.* infra IV, 202. nec aliter hoc etiam loco MSS. vid. *Schol. Aristoph.* fol. 353. *Eustath.* Iliad. fol. 492. et *Cam. Hesych.* quoque: *χίμετλον, τὸ ἐν χειμῶνι γενόμενον ἔλκος ὑπὸ ψύχους. Gorrh. χίμεθλον* et *χείμεθλον* scr. quod dicatur *ἀπὸ τοῦ χειμῶνος.* et de dipht. consentit etiam *Sylb.* Seb.

χίμετλον] Sic et MS. et infra IV, 202. et Comm. avi cap. 882. antea male vulgabatur *χύμετλον* et *H. Steph.* orae adposuit, *an χείμετλον forte legendum?* quem in Thesauro vide de varia scriptura huius vocis, ubi per *υ* plane damnat, per *ι* probat magis. Iung.

ὀνομάζεται] Subiicit C. A. *τὰ δὲ ὑπὸ τοὺς δ. κ. πτ.* marginale est, quod sequitur de *Aristoph.* deinde textus: *τὸ μέντοι προσπταῖσαι, προσκόψαι καὶ βάσιν δ' ἂν εἴποις* etc. Kuehn.

ᾧ ἐπιγίγνεται] Sic sane scripsit et *H. Steph.* ex coniectura, quam orae quoque huius paginae adposuit ad id quod antea male hic edebatur, *ὅ*. Ceterum MS. habet *οὗ ἐπιγίνεται.* quod itaque reponamus iam. Iung.

ὀνομάζεσθαι νομίζ.] C. V. *νομίζουσιν ὀνομάζεσθαι.* Kuehn.

ὀνομάζεσθαι νομίζ.] MS. inverso, *νομίζ. ὀνομ.* Iung.

τὰ δὲ πρὸς τοὺς δακτ.] MSS. *τὰ δ' ὑπὸ τ.* Seb.

κρούματα] MS. *κρούμματα.* Iung.

παίσματα] De his *παίσμασιν* vide *Casaubonum* Comment. ad *Theophr.* charact. *περὶ δυσχερείας.* Iung.

παίσματα] *Falckenburgius πατατά.*

199.

In fugiendo] Scr. in *Vespis.* Seb.

ἐν τοῖς Σφηξὶ] Desunt *ἐν τ. σφ.* in MS. Male antea vulgabatur *φηξὶ*, quod *H. Steph.* in ora codicis sui emendarat in *Σφηξί;* uti et *Leopardus* V. Emend. 7. nec aliter adgnoscunt Comm. avi c. 886. ubi versus ipse *Aristophanicus* adfertur, et alia in hanc rem. Ride autem interpretem, quem tantula menda delirare fecit, et in vertendo impingere hic. Iungerm.

ἐν τοῖς Σφηξὶ] Vitiosnm prioris editionis *φηξὶ* in suo Codice et *Falckenburgius* in *Σφηξὶ* mutavit.

εἴρηκε] MS. εἶπεν, pro εἴρηκεν. desunt dein cetera usque ad καὶ βάσιν. Iung.

ἐννυποδησία] Scr. ἀνυποδησία, quomodo est in *Ald.* et *Flor.* Seb.

ἐνιποδησία] In vulgatis manifeste falsum et legendum ἀνυποδησία, ut avus habet Comm. cap. 887. Iung.

θεοὺς βάσις] P. θεοῦ βάσις. ἀφ' οὗ. Seb.

θεοὺς βάσεις] C. A. et V. θεοῦ βάσις, ἀφ' οὗ καὶ βάσιμον. Kuehn.

θεοὺς βάσεις] MS. tantum haec de *Platonis* verbis, θεοῦ βάσις. quae statim sequitur ἀφ' etc. Locum *Platonis* extremo *Timaeo* inveni: τετράπουν τε τὸ γένος αὐτῶν ἐκ ταύτης ἐφύετο καὶ πολύπουν τῆς προφάσεως. θεοῦ βάσεις ὑποτιθέντες πλείους τοῖς μᾶλλον ἄφροσιν, ὡς μᾶλλον ἐπὶ γῆν ἕλκοιντο. ubi certe ὑποτιθέντος scribendum videtur, et *Pollucis* locus sic emendandus erit: θεοῦ βάσεις ὑποτιθέντος πλείους. Iung.

θεοὺς βάσεις] Emendationem Cl. *Iungermanni* confirmat et *Falckenburgius* noster, qui ita in suo Codice vulgatum restituit: θεοῦ βάσεις ὑποτιθέντος πλείους.

200.

ὁ οὐδὸς] *Interpr. pavimentum*: melius, *limen*. vid. Proverb. αὐτὸν βατῆρα κέκρουκας. Kuehn.

ὁ οὐδὸς] MS. mendose οὐοδὸς, pro ὁ οὐδός. Iung.

βαίνομεν] C. A. καὶ ἀποβατήρια καὶ διαβατὸς π. καὶ διαβάται Δ. Kuehn.

ὡς Ἀμειψίας] Desunt ὡς Ἀμ. cum sequentibus, usque ad καὶ ἀποβάτηρ in MS. *Amipsiae* autem versiculum interpretatur avus Comment. cap. 890. Iung.

Πλάτων] Locum *Platonis* forte hunc suspicari licet in *Timaeo*: ἐπὶ γὰρ γῆς βεβῶτες, γεώδη γένη διιστάμενοι, καὶ γῆν ἐνίοτε αὐτὴν ἕλκομεν εἰς ἀνόμοιον ἀέρα βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν etc. Sic in *Phaedro*: ἰδόντος δὲ τοῦ ἡνιόχου, ἡ μνήμη πρὸς τὴν τοῦ κάλλους φύσιν ἠνέχθη, καὶ πάλιν εἶδεν αὐτὴν μετὰ σωφροσύνης ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν. Iung.

καὶ ἀποβατήρια] Forte ἃ καὶ ἀποβ. Sylb.

καὶ ἀποβατήρια] MS. καὶ ἀποβ. absque praecedentibus aliquibus uti dixi. *H. Steph.* vero in ora sui codicis emendat: ἴσως. ἃ καὶ ἀποβ. addit: *Camer.* ἀποβατήρια pro ἐπιβατήρια affert puto ex *Luc.* loco. locum in Commentariis non inveni, ubi haec scripserit avus. Iung.

καὶ ἄβατος, Πλάτων] Desunt καὶ ἄβ. Πλ. in MS. Locus *Platonis*, ubi utrumque vocabulum est, legitur lib. X.

στεφανίτας ἐκ. etc.] MS. ita habet: *στεφανίτας ἐκάλεσαν φυλλίνας.* vide vero de hoc certaminum genere et *Bulengerum* lib. II. de theatro cap. 1. ubi et ait *Pollucem* docere hic *φυλλίνας* et *στεφανίτας foliaceos, et coronarios vocari agonas, si fuerint τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ.* additque locum *Hesychii: Φυλλίναι, ἀγῶνες ἐν οἷς μὴ ἐτίθετο ἀργύριον, ἀλλὰ στέφανοι μόνοι, καὶ εἶδός τι κυκεών.* subiungitque *forte foliacei ludi, quibus victores foliaceis coronis donarentur aut foliis ab adstantibus spargerentur.* additque locum Clementis de *φυλλοβαλίᾳ*, quam tamen *τοῖς ἱεροῖς ἀγῶσι* propriam fuisse haud putem, vel solis *ἱεροῖς νικηταῖς* contigisse, ideoque inde minime nominis rationem petendam: quae sola est, credo, in foliacea corona, cuius genera habes in primo epigr. *Anthologiar.* Ceterum *Hesychianus* locus et *H. Stephanum* hic emendando videtur abstinuisse. sic enim ipse adscripsit: An *φυλλίτας. Imo Hesych. illam lectionem confirmat.* Non potuit tamen hoc *φυλλίναι* probari *H. Stephano*, qui denuo et haec ad finem codicis sui notavit: *mirum si ita scriptum fuit a Polluce, ac non potius φύλλινοι.* Possit tamen illud *φυλλίναι* esse a singulari *φυλλίνης*, uti et ipse *H. Steph.* in Thesauro adnotavit. Iung.

θεματικοὺς, ἀργυρ.] *θεματικοὺς ἀγῶνας* vocant et *ἀργυρίτας.* divisio illa attacta supra III, 145. in *Gloss. θέμα proemium* leg. praemium. confer easdem voce *θῆμα.* Kuehn.

ἀργυρίτας] P. *καὶ ἀργυρ.* Seb.

ὀνομαστικῶν ἀγώνων] MSS. *ὀνομ. ὀνομάτων.* vide an *ἀγωνιστικῶν ὀνομάτων*, aut *ὀνομαστῶν ἀγώνων* potius scribendum. Seb.

ὀνομαστικῶν ἀγώνων] C. A. *ἐκ τῶν ὀνομάτων ἀγώνων.* C. V. *ἐκ δὲ τῶν ὀνομαστικῶν ὀνομάτων καὶ ὀνομαστιγονόμος*, ex

quibus legerem *ἐκ τῶν ὀνομάτων ἀγωνιστικῶν καὶ ὁ μαστιγονόμος.* KUEHN.

ὀνομαστικῶν ἀγώνων] *ὀνομαστικῶν ἀγώνων* vulgati. *ὀνομαστικῶν ὀνομάτων* MS. neutrum mihi placet. nolim verbis rem gerere, statim emendare sic conor: *ἀγωνιστικῶν ὀνομάτων.* IUNG.

καὶ ὁ ῥάβδῳ κοσμῶν] Margo C. A. *καὶ ῥάβδῳ κ.* etc. *μαστιγοφόρους που λέγει.* hic desinit margo. *Interpr.* illud *ῥάβδῳ κοσμῶν* reddit *virga ornatum.* malim *virga moderans, ordinans.* ita circumscribitur, qui virgam manu praeferens in ludis publicis curabat, ut omnia fierent *κατὰ τάξιν καὶ εὐσχημοσύνην*, ordinisque turbatores compescebat. alias *ῥαβδοῦχος, ῥαβδοφόρος, ῥαβδονόμος* dicitur. Latinorum *designatori* respondere poterit. *Plato* lib. III. de L. L. *παισὶ δὲ καὶ παιδαγωγοῖς καὶ τῷ πλείστῳ ὄχλῳ ῥάβδου κοσμούσης ἡ νουθέτησις ἐγένετο.* ubi *ῥάβδου κοσμούσης* est, *sub virgae moderamine.* *κόσμος* enim Attice *τάξιν* denotat, et *κοσμεῖν, τάττειν, διατάττειν.* vide *Erotianum* in *Lexico.* KUEHN.

καὶ ὁ ῥάβδῳ κοσμῶν] In MS. deest *ὁ* ante *ῥάβδῳ.* Idem *Plato* et ista extremo lib. III. *Νόμων· παισὶ δὲ καὶ παιδαγωγοῖς καὶ τῷ πλείστῳ ὄχλῳ, ῥάβδου κοσμούσης ἡ νουθέτησις ἐγίγνετο,* de disciplina Veterum. De mastigonomis vid. *Iac. Nicol.* III. Epiph. 24. et 25. IUNG.

μαστιγοφόρον] Etiam *μαστιγοφόρους.* ut lib. VIII. *Παιδ. μαστιγοφόροι δὲ καθέστασαν, οἳ ἔπαιον εἴ τις ἐνοχλοίη,* in *Cyri ἐξελάσει* equestri. IUNG.

154.

περὶ γυμναστ. etc.] C. A. *περὶ χωρίου γυμναστοῦ* etc. KUEHN.

περὶ γυμναστ. etc.] Titulus nullus in MS. sed continua oratio cum antecedentibus. IUNG.

ἀποδυτήριον] *Gl. Cyrilli ἀποδυτήριον Spoliatorium,* dicitur etiam *ἐκδυτήριον* estque vel ante balnea vel Gymnasia. *Cicero* et *Plinius* in *Epistolis* retinet *apodyterium.* Caeterum C. A. *ἀποδυτήριον ἢ γυμνάσιον.* KUEHN.

παιδοτρίβης τε] C. V. *παιδοτρόβης*, C. A. *τε* omittit, dein in margine leg. *ἀφ' οὗ καὶ συγγυμναστὴς παρὰ Πλάτωνι, καὶ παρὰ Ξενοφῶντι προγυμναστής.* KUEHN.

γυμναστής.] Post *γυμναστὴς* ita MS. *ἀφ' οὗ καὶ συγγυμναστὴς παρὰ Πλάτωνι· καὶ παρὰ Ξενοφῶντι προγυμναστής. ὁ δὲ ἀλ.* quae certe valde a vulgatis variant, ut et alia in hoc

tmemate. placent autem hic prae vulgatis illa quae retuli. Nec saltem propter MS. placent, sed et quod apud *Platonem* illud ipsum quod illi tribuit MS. inveniam: nempe lib. VIII. Legum, habes enim non longe ab initio: *συγγυμναστῶν ἀπορία·* et *ἐρημία συγγυμναστῶν.* sed potius est ut respexerit ad locum qui initio Sophistae eius: *ἐμὸν δὲ ἡλικιώτην καὶ συγγυμναστήν, ᾧ συνδιαπονεῖ μετ' ἐμοῦ τὰ πολλὰ οὐκ ἄηθες.* vel qui initio Politici: *διαναπαύσωμεν αὐτόν, μεταλαβόντες αὐτοῦ τὸν συγγυμναστὴν τὸν δὲ Σωκράτην.* Occurrit tamen idem, ne quid celem, apud *Xenoph.* in Laced. Rep. *ἐν δὲ Λακεδαίμονι πᾶς μὲν ἄν τις αἰσχυνθείη τὸν κακὸν σύσκηνον παραλαβεῖν, πᾶς δ' ἂν ἐν παλαίσμασι συγγυμναστήν.* et in Symposio. Iung.

ἀλείπτης] MS. *ἀλίπτης*, sine diphthongo. Iung.

ἀλείπτης] Usurpatum tamen a *Plutarcho, Pausania, Basilio* et *Clemente*, ut *P. Faber Agonistic.* lib. II. cap. 6. docet.

εἴρηκε. τὴν δὲ παιδοτριβίαν etc.] C. A. *καὶ παιδοτρίβην Ἀριστοφάνης*, quod et C. V. confirmat. Kuehn.

εἴρηκε. τὴν δὲ παιδοτριβίαν etc.] Sequitur alius locus plane varians a vulgatis. Sic enim post *εἴρηκεν* (sic enim habet) MS. *καὶ παιδοτρίβην Ἀριστοφάνης. τῆς δὲ παιδοτριβίας, Ἀρχ. ὁ κ.* Sic quidem MS. nescio tamen annon suspicer *Pollucem* scripsisse ita: *παιδοτριβικὴν δὲ Ἰ. ε. καὶ παιδοτριβικὴν* (absque vocabulo addito) nimirum *Ἀριστοφ.* Nam *παιδοτρίβην* pro magistro accipi apud probatissimos etiam notum, et *Pollux* ipse paulo ante posuit. Sic ista scripseram, quum in mentem demum *Stephani Pollux*: in quo et Virum doctiss. ad illud *παιδοτρίβην* vulgatum quoque adnotasse invenio: *ἴσως παιδοτριβικήν.* Imo sic reponendum ait diserte adpend. de Dial. Att. c. XVI. tm. 3. quare meam sententiam iam amplector magis. Iung.

τὴν δὲ παιδοτριβίαν] C. V. *τῆς δὲ παιδοτριβίας* etc. Kuehn.

ξηραλοιφεῖν] *Ungi sine lavacro, oleo perfundi asso, ut assus sudor* dicitur merus sudor, cui nihil aquae accedit. vid. *Hesych.* in *ξηράλειψιν.* Kuehn.

σωμασκίας] *σωμασκίας* etiam MS. an tamen potius legendum *σωμασκήσας.* vel quod malim *σωμασκία.* quod alterum adfirmo eo audactius quod geminus locus mihi in mentem supra II, 235. ubi perinde iunguntur *σωμασκία, σωμασκηκώς. Plato* extremo libr. II. *Νόμων* vetat vinum ge-

stare quemque interdiu, *εἰ μὴ σωμασκίας ἢ νόσων ἕνεκα.* Iungerm.

σεσωμασκηκὼς] MSSti *σωμασκικῶς* et *σεσωμασκηκῶς*, quorum prius C. V. posterius C. A. habet. Kuehn.

σεσωμασκηκὼς] *σωμασκικῶς* MS. sed et supra II, 235. ut dixi, illud vulgatum, quamvis et ibi aliter variabat MS. Iungerm.

ἀδικομαχεῖν] Abest a C. A. et reiicitur a *Reinesio* epist. 25. ad *Rupertum*, ut nihili verbum, et huic loco non conveniens; et pro eo substituit *σωματομαχεῖν* vel *ἀσκητομαχεῖν*. verum posset dici *τὸ ἀδικομαχεῖν* significare, *in lucta et pugillatu iniuriam facere adversario*, talis *ἀδικομαχία* fuit, qua *Arrichionem* Pancratiasten elisit adversarius, dum simul utrisque pedibus implicuit corpus, simul ambabus manibus collum invasit fregitque ut refert *Pausan.* in *Arcad.* ubi et *ἀδικομαχία* alia describitur inter *Damoxenum* et *Creugantem* pugiles. *Salmas.* legit in suo Codice, *θιγομαχεῖν*, forte *θηριομαχεῖν*. Kuehn.

ἀδικομαχεῖν] De *ἀδικομαχεῖν* quid dicam nescio. extat id totidem literis in MS. verum mihi suspectum est, vel quod non intelligam, vel quod revera mendosum sit. docti videbunt. Et subvenit doctiss. amicus *Cl. Salmasius* coniectura eleganti: scilicet legendum *ἀθιγομαχεῖν*· vel potius *θιγομαχεῖν*. quod idem atque *ἁψιμαχεῖν*. Iung.

ἀδικομαχεῖν] *Phavorinus* qui segmenta haec duo 154. sc. et 155, in suum Lexicon voce *γυμνάσιον* transcripsit, hoc *ἀδικομαχεῖν* tamen non habet. An ergo et hic in Nostro illud delendum?

ἀσκήματα] Abest a C. A. Kuehn.

ἄσκην] Pro *ἄσκην* MSSti *ἀσκεῖν* manifesto errore librarii. Nam *ἄσκη* est ad formam *τοῦ αὔξη*, quod habet *Plato* IX. *Politic.* non procul a fine. *Hesych.* *Ἄσκλη*, ubi *Salmas.* reponit *ἄσκη*. *Thomas* in *Eclogis*: *αὔξην καὶ ἄνθην*, *Ἀττικοὶ*, *οὐκ*, *αὔξησιν οὐδὲ ἄνθησιν* etc. *ἐπὶ δὲ πληθυντικοῦ*, *αὐξήσεις*, *ἀνθήσεις*. Kuehn.

ἄσκην] MS. *ἀσκεῖν* pro *ἄσκην*. falso, ni fallor. non enim *τὸ ἀσκεῖν φαῦλον ὄνομα* dicere ausit Noster. Illud *ἄσκην* tamen apud *Platonem* quaerendum. Iung.

καὶ στλεγγίδα] In margine C. A. *Phavor.* qui totum locum exscripsit in *γυμνάσιον*, mox pro *πλεγγὶς* leg. *πλεγρὶς*, sed MSSti recte *στλεγγὶς*. vult enim Auctor *στλεγγίδα* dici etiam *ξύστραν* etc. in *σπαθὶς* desinit margo C. A. Kuehn.

καὶ στλεγγίδα] De στλεγγίδι et *Foesius Oeconom. Hippocr.* in στλεγγίς. Nostrum autem interpretem, si modo sic absque mendacio vocare possumus, omnem operam et oleum perdidisse in sua versione satis patet, qui στλεγγίδα *oleum* transfert. libet enim interdum risus causa eius παραφρονήματα inspergere: quamvis rarissime libet ad eum respicere. Iungerm.

πλεγγὶς] Si non mentiuntur exemplaria. H. Steph.

πλεγγὶς] Quid malum πλεγγὶς est vocabuli? Tu cum optimo MS. scribe, qui ita habet: ἐκαλεῖτο δὲ στλεγγὶς καὶ ξύστρα etc. ait illam στλεγγίδα, quam modo nominavit, et aliis nominibus vocari, ut ξύστραν et σπαθίδα. Iung.

πλεγγὶς] Optime et *Falckenburgius* στλεγγὶς reposuit in suo Codice, quod et *Phavorino* quoque pro depravato ipsius πλεγρὶς restitui poterit.

ξύστρα] De ξύστρᾳ vid. *Foes.* Oecon. *Hippocr.* in ξύστρα. et *Nunnes.* meminit Notis ad II. *Eclog. Phrynich.* in ξύστραν. Iung.

ληκυθοφόρον] De *Lecythophoro* hinc et *Rhodigin.* XIV. Antiq. 15. Iung.

πονηρὸν γὰρ] Abest a C. A. Kuehn.

στλεγγιδολήκυθος] *Phavor.* leg. στλεγγιδολήκυθον. C. V. ita: ὃν στλεγγοδόκταν καλοῦσιν. Kuehn.

στλεγγιδολήκυθος] στλεγγιδολήκυθος etiam hic MS. et sic *H. Steph.* reposuit, quum antea legeretur στελεγγιδολήκυθος. alias non nescimus infra VII, 179. etiam extare στελεγγὶς, et composita talia inde, quae tamen in MS. desunt eo loci. quinam vero fuerint hi στλεγγιδολήκυθοι vide *P. Colvium* Not. ad lib. II. *Florid. Apul.* Iung.

155.

τὸν δὲ θήλακον τ. ἀ. etc.] MSS. θύλακον. *Suid.* θύλακος, ἡ ἀρτοθήκη. *Aristoph. Pluto*: ὡς ἄλφιτ' οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θυλάκῳ. vid. eiusdem *Schol.* fol. 36. et 494. Seb.

τὸν δὲ θήλακον τ. ἀ. etc.] Scr. θύλακον. Seb.

τὸν δὲ θήλακον τ. ἀ. etc.] Ita et *Phavor.* sed MSSti recte θύλακον, caeterum post σάκκον desinit marginale. θύλακον legit et *Salmas.* Kuehn.

τὸν δὲ θήλακον τ. ἀ. etc.] MS. plane aliter: τὸν δὲ θύλακον τῶν ἀθλητῶν ἢ σάκον, σάκταν καλοῦσιν. ἀθλ. etc. certe θύλακον omnino pro θήλακον reponendum est: caetera examinabunt docti. *Hesychius*: Σάκτας, ὁ θύλακος. Et σακτὸς

inter alia καὶ Θύλακος ibidem exponitur. ibidem: σακιῆρος Θυλάκου· ἔλεγον δὲ καὶ σακίαν. et Nostre X, 64. in eodem tali instrumento καὶ σάκτας ἔστι, καὶ μάρσιππος καὶ σάκος in MS. Certe et σάκον MS. hic retineri posse, nec temere reiiciendum, satis ostendant illa *Suidae*: Σάκος, ὅπλον, ἀσπίδα· καὶ σάκος ἀρσενικῶς, δι' ἑνὸς κ. σάκους ἔχων καὶ κορύκους· ἀντὶ τοῦ Θυλάκους. κόρυκος δὲ πλέγμα δερτικὸν ἄρτων. Et *Eustath.* ad Ἰλ. ε. καὶ μὴν οἱ παλαιοὶ καὶ τὸν σάκκον φασὶ καὶ δι' ἑνὸς γράφεσθαι κ. ὃν καὶ σάκταν φασὶ, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς, ὡς ἀπὸ τοῦ σάττω τὸ φορτίζω. sed ad nostrum propositum. Iung.

ἐνδρομίδες] ἐνδρομὶς in *Gl. gausarus.* Kuehn.

ἐνδρομίδες] MS. καὶ αἱ ἐνδρομίδες· οὕτω δὲ καλοῦνται τά. De his aliquid et avus Comment. utr. ling. cap. 959. et *Iun.* Nomencl. in *Endromides.* Impegit vero in hoc loco *Cruquius* Comm. in *Horat.* I. Satyr. 3. ubi de toga crassa. *Est itaque*, ait, *toga crassa, toga plebeia et vilis, ἐνδρομὶς, cuculli. Vide Pollucem* lib. III. etc. Atqui *Pollux* mehercle non de toga hoc ait, sed de calceis, sicut et infra VII, 93. Alias et vestem significare, ut apud *Iuvenalem* interpretantur, notum est, et indicarat etiam avus noster loco dicto. Iung.

οὕτω δ' ἐκαλοῦντο] MSS. οὕτω δὲ καλοῦνται. Sed.

οὕτω δ' ἐκαλοῦντο] C. A. καλοῦνται. Kuehn.

Κράτης δ' ἔφη] Margo iterum loquitur in C. A. Kuehn.

Κράτης δ' ἔφη] MS. Κρ. δὲ ἔ. Iung.

αἰτῆρσι θηλακοῖς χρῆται] Pro αἰτῆρσι, scribendumne ἀγκτῆρσι aut λιτῆρσι, aut quomodo? Sed.

αἰτῆρσι θηλακοῖς χρῆται] Testimonium *Cratetis* C. A. ita exhibet, ἀλτῆρσι θηλύκοισι χρῆσαι τὸ μέγεθος. C. V. ἐνήρασιν ἀλτῆρσιν θηλύκοισι χρῆσαι τὸ μέγεθος. leg. ἐν ἤρωσιν ἀλτῆρσιν ἡλίκοις χρῆται τὸ μέγεθος; *quam magnos habet halteres?* de illis *Martialis:*

quid percunt stulto fortes altere lacerti?
exercet melius vinea fossa Viros,

halterum σχῆμα describit *Pausanias prior. Eliacis* p. 339. *Salmas.* ἀλτῆρσι Θυλακοῖσι. Kuehn.

αἰτῆρσι θηλακοῖς χρῆται] *Cratetis* verba longe alia in MS. haec: Ἀλτῆρσιν θηλύκοισιν χρῆσαι τὸ μέγεθος. ubi si legas: ἀλτῆρσι θηλυκοῖσι χρ. constabit quidem senarius: cuius tamen sensum non evolvo. quid tamen ne nil dicam, si le-

gas ἀλτῆρσι τηλίκοισι χρ. τ. μ.? tantis scilicet halteribus, vel tantae magnitudinis iubet uti. Nugas meas pono, ut seria reponas, mi lector. Imo ipse tibi talia iam repono: non a me, ne erres: sed a *Salmasio* meo illo in obscurissimis oraculo, qui pro θηλύκοισι legendum coniicit θυλάκοισι, ut et supra in verbis *Pollucis*, ubi male θηλάκοισι. Inter exercitia τῶν ἀθλητῶν οἱ θύλακοι: de quibus plura ab illo aliquando expectamus. *Suidae* verba nobis quoque communicat. Θύλακες καὶ σφῆνες καὶ ὑπεράλματα, γυμνασίων εἴδη. Iung.

αἰτῆρσι θηλακοῖς χρῆται] Ut reliqui fere MSS. ita et *Falckenburgius* ex suo scripto Codice affert: ἀλτῆρσι θυλακοῖσι χρήσαιτο μέγεθος. *Phavorinus* ita habet: ἀλτῆρσαι θηλακοῖσι χρῆται. Ceterum nos ex Codice *Kuehnii* Nostri MSStorum ope restituto, ἀλτῆρσι θυλάκοισι χρῆται, in textum *Pollucis* recepimus.

θηλακοῖσι] Scr. θυλάκοισι. Seb.

ἄγχειν, στρέφειν] Adde: καταστρέφειν, vel καταστρέψαι ex isto *Lucilii* versu *Anthol.* II. cap. 2. Epigram. 6.

καί σε καταστρέψῃ καί σε παρατροχάσῃ.

Petr. Faber Agonistic. I. cap. 10. ubi plura huc pertinentia. Seb.

ἄγχειν] Hic C. A. praemittit titulum: περὶ τῶν παλαιῶν ἰδίων, leg. περὶ τῶν τῆς πάλης ἰδεῶν. *de speciebus luctae.* Kuehn.

ἀπάγειν] Quid si ἀπάγχειν *strangulare, flectere*? Kuehn.

ἀπάγειν] ἀπάγειν et in MS. quod pro ἀναχωρεῖν etiam potest capi: ut apud *Hesych.* exponitur; vel potius pro ἀπωθεῖν, vel ἀπελαύνειν, quae apud *Suidam* inter alias explicatio est. alias incidebat et ἀπάγχειν legi posse. Iung.

ἀγκοινίζειν] Pro ἀγκοινίζειν et ἀγκυρίζειν legerem ex *Scholiis Aristoph.* in *Equit.* sed textus ibi habet ἀγκυρίσας, ideoque nihil hic mutem. forte *nodi brachiorum* hoc verbo denotantur. *Faber* in *Agonistic.* leg. ἀγκαλίζειν pag. 14. Kuehn.

ἀγκοινίζειν] Deest ἀγκοινίζειν in MS. Iung.

δράσσειν] *Complecti. Faber* leg. ἁράσσειν pag. 35. l. c. Kuehn.

ὑποσκελίζειν] MS. ὑποσκελλίζειν. sed saepe sic peccat. Iungerm.

πλαγιάζειν δὲ] δέ abest a C. A. Kuehn.

κλιμακίζειν] Pro κλιμακίζειν C. V. leg. κλιμάζειν. Kuehn.

κλιμακίζειν] MS. *κλιμάζειν* pro vulgato *κλιμακίζειν*. utrumque recte. de vulgato vide Thes. *Stephani*. pertinentque eodem et haec *Hesychiana*: *Ἐκ κλίμακος τοῖς πάλαι, ὁπότε χρονοτριβοῖεν, κλίμαξ ἐτίθετο ὑπὲρ τοῦ μὴ μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς χώρας*. quae plenius vide apud *Etymologum* in *Ἐκ κλίμακος*. Idem *Etymologus* habet et *διακλιμακίσας*, pro *διαπαλαίσας*. quemadmodum et *Hesychius*. Ceterum alterum, quod in MS. *κλιμάζειν* inquam, de eo vide *Harpocrationem* in *κλιμάζει*. ex quo sua exscripsit et *Suidas*. Dubitat autem *Harpocratio*, ne forte scribendum sit *βλιμάζειν*. et sane in MS. vetustiss. parvum discrimen inter *β* quod ut *ϐ* pingitur, et *κ* quod itidem taliter, nisi prima lineola porrectiore. tamen hic in nostro MS. *κλιμάζειν* scriptum sine dubio dignosci potest. adnotavit hanc *διττογραφίαν* alias et *Etymologus* in *βλιμάζειν*. Iung.

κλιμακίζειν] Multis adhuc aliis vocabulis in hanc rem facientibus *Pollucem* Nostrum augeri posse ex variis Auctorum locis docet *Petr. Faber Agonist.* lib. I. cap. 10.

μοχθηρὸν γὰρ etc.] Ita MS. *μοχθηρὸν γὰρ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ σχῆμα παλαίσματος τὸ πέρδην*. omissis illis *τὸ μέσον πέρδειν*. quae sane turbant. vitiose autem per *ην* infinitivos in MS. pro *ειν* scribi, aliquoties iam adnotatum est. Iung.

τὸ μέσον πέρδειν] Ab C. A. et V. abest. Kuehn.

σχῆμα] C. V. *ἰσχῆμα*, et dein pro *πέρδειν* habet *πέρδην*. *Salmas.* affert *Hesych.* qui habet *μεσοφέρδειν*, *μεσολαβεῖν*. quod huic loco bene quadrat. Kuehn.

γυμνικοὺς] C. A. *γυμναστικοὺς ἀ.* Kuehn.

Ἡρακλείους ἀγ.] De *Herculeis* agonibus hinc meminit *Rhodigin.* XVIII. Antiq. 8. Abusum vero hoc loco Alciatum, ut suam in l. Septitia. D. de pollicitat. emendationem stabiliret, notat *Brodaeus* X. Miscell. 12. Iung.

λῦτο δ' ἀγών] MSS. *αὐτὸ δὲ ἀγ.* sed *P. Faber* videtur malle, *λύτω δ' ὁ ἀγὼν* etc. libro III. *Agon.* cap. 29. fin. *Nonnus* libr. XX. *Dionys.* incipens *λῦτο δ' ἀγών*. Seb.

λῦτο δ' ἀγών] *αὐτὸ* MSSti ex falsa lectione et scriptione dum *Λῦτο* mutatum in *Αὐτό*. *Homericum* autem est *λῦτο*, ita enim incipit *Iliadis ῥαψῳδία* 24. *Λῦτο δ' ἀγών*. quo eleganter clauditur argumentum de certaminibus et propterea nil mutandum, vid. *Suid.* in *Λῦτο*. Kuehn.

λῦτο δ' ἀγών] Semper mihi suspectum fuit illud *λῦτο*. nam sic *Pollucem* loquutum mihi non persuaserim, licet il-

lud quis a λύομαι deducat. Vide ergo an proba MS. lectio, quae ita habet: αὐτὸ δὲ ἀγὼν etc. *hoc nimirum, ait, agon est et quae de eo scilicet diximus, ita de agone se res habet.* facile sane potuit Α pro Α a typorum pueris perverse adprehendi, nec hoc illis insolens novi. sic primum mihi videbatur: at iam aliter. nempe lectionem vulgatam probam esse. Αὖτο δ' ἀγὼν, ipsissima *Homeri* verba, quae noster usurpare voluit, in quae incidi in Ἰλιαδ. ω. Sub finem libri ita explicit MS. Πολυδεύκους Ὀνομαστικὸς γ'. Iung.

ANNOTATIONES

IV — V.

IV. 1.

Ἰουλίου Πολ.] Titulus abest a C. Antv. KUEHN.

Ἰουλίου Πολ.] *ἀρχὴ τοῦ δ΄ βιβλίου* in MS. est libri titulus: sequitur dein praefatio seriem capitum: nos vulgarem ordinem in adnotando retinemus. IUNG.

Ἰούλιος Πολυδ. etc.] Praefatio in A. post Catalogum extat. Utrobique autem sic habet inscriptio: *Κομμόδῳ Καίσαρι Ἰούλιος Πολυδ. χαίρειν.* SEB.

Ἰούλιος Πολυδ. etc.] C. A. *ἠθικώτερον* habet *Κομμόδῳ Καίσαρι Ἰούλιος Πολυδεύκης χαίρειν.* quod etiam in suis Codicibus vidit *Salmas.* KUEHN.

Ἰούλιος Πολυδ. etc.] Epistolae praefatoriae inscriptio in MS. ista: *Κομμώδῳ Καίσαρι Ἰούλιος Πολυδεύκης χαίρειν.* IUNGERM.

Quoniam iuvenis es.] *εἰ καὶ νέος εἶ, quanquam iuvenis es.* SEB.

προσεξευρεῖν] A. *προσεξευρήσειεν.* P. *προσευρήσειεν.* SEB.

προσεξευρεῖν] C. A. et V. *προσεξευρήσειν To inventurum amplius*, quod melius quadrat quam vulgatum *προσεξευρεῖν.* KUEHN.

προσεξευρεῖν] MS. *προσεξευρήσειν* futuro. IUNG.

τῆς εὑρέσεως] Deest in MS. *τῆς* ante *εὑρέσεως.* IUNG.

τι σὲ] C. A. *τις ἐς*, male. *si vero tibi inciderit nomen quasi praetermissum*, KUEHN.

τι σὲ] MS. *δέ τις ἐς ὄν.* IUNG.

ἐπέλθῃ] P. *ἐπέλθοι.* SEB.

ἐπέλθῃ] *ἐπέλθοι, μὴ θαυμάσῃς* C. A. KUEHN.

αὐτὸ] C. A. *αὐτὸς, forte enim ipse sciens volensque praetermisi.* KUEHN.

οἷς οὐκ ἐπ.] C. A. et V. *ἀλλ᾽ οἷς οὐκ ἐπαινῶν verum eo quod non laudem, non approbem.* KUEHN.

ὡς οὐκ ἐπ.] MS. auctius, *ἀλλ᾽ ὡς οὐκ ἐ.* IUNG.

2.

διέλαθε] P. *ἔλαθε.* SEB.

διέλαθε] C. A. *διαλάθοι, etiamsi me latuerit, Salmas.* *ἔλαθέ με.* KUEHN.

ἴσθι ὅτι] *ἴσθ' ὅτι* MS. IUNG.

πολλὰ καὶ ὧν πάνυ ἴσμ.] *Salmas.* leg. *καὶ πάνυ πολλὰ ὧν ἴσμεν.* KUEHN.

ὅτε ἐπὶ] MS. *ὅτ' ἐπί.* IUNG.

φαίημεν] C. A. et *Salmas.* *φαῖεν.* KUEHN.

φαίημεν] *φαῖμεν* MS. rotundius. IUNG.

καὶ τί δεῖ τοῦτο θ.] *Salmas.* *καὶ τί δέ.* KUEHN.

καὶ τί δεῖ τοῦτο θ.] MS. *καὶ τί δὲ θαῦμα τοῦτο;* IUNG.

σκευῶν τις ἔστιν] MS. *σκ. τις ἐστιν.* IUNG.

ἔστιν ἃ ἔχων] MSS. *ἃ ἔχων ἐστίν.* SEB.

ἔστιν ἃ ἔχων] Hoc *ἔστιν* abest a C. A. deinde leg. *ὃ ἔχων ἐστίν.* KUEHN.

ὅρα δὴ τὸ τοῦ Πλάτωνος] Haec verba transposita sunt, sequi enim debuerunt statim *τὸ ζητεῖ* hunc in modum: *ζητεῖ τὸ τοῦ Πλάτωνος, secundum illud Platonis. Plato enim dixit, saepe quaerere homines ea, quae in manibus habent.* en verba eius: *πάλαι ὦ μακάριε φαίνεται πρὸ ποδῶν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς κυλινδεῖσθαι, καὶ οὐχ ἑωρῶμεν ἆρ' αὐτό, ἀλλ' ἦμεν καταγελαστότατοι, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες ζητοῦσιν ἐνίοτε ὃ ἔχουσι,* lib. IV. de *Republ.* dein in textu *Pollucis* cohaerent *ὅρα δὴ εἴ τις ἂν ἄλλος* etc. C. A. leg. *ὅρα δὲ ἄν τις ἂν ἄλλος, vide autem numquis alius ex nostri temporis Graecis invenerit tot in tantis.* deest etiam *τὸ ἔῤῥωσο Κύριε* in eodem Codice. KUEHN.

εἴ τις ἂν] MS. *ἤ τίς ἂν* etc. IUNG.

3.

κεφάλαια] Capitum seriei nullae graecae literae in MS. sunt adpositae, quae eorum numerum indicarent. Alias illa tam variat, quam Auctor est in MS. uti sigillatim notabitur. IUNGERM.

ἐν τούτῳ τῷ β.] C. A. *ἐν τῷ δ' (τετάρτῳ) βιβλίῳ ἐστὶ τὰ ἐπιστήμῃ συνημμένα ὀνόματα, καὶ ταῖς κατὰ ψυχὴν ἀρεταῖς, ταῖς ἐναντίαις κακίαις, καὶ ἕτερα τὰ περὶ ἐπιστήμης καὶ ἀνεπιστημοσύνης.* reliqua enumeratio Capitum abest tota. KUEHN.

ἔνεστι] MS. *ἔστιν* pro *ἔνεστι.* IUNG.

καὶ ταῖς ἐν.] Deest *καὶ* ante *ταῖς ἐναν.* in MS. IUNG.

περὶ γραμματικῆς] C. V. *περὶ* omisso habet *γραμματιστοῦ.* KUEHN.

περὶ γραμματικῆς] MS. *περὶ γραμματιστοῦ, κ. τ. π. ὁ.* IUNGERM.

λόγου] Post *λόγου* statim adnectuntur illa in MS. *ἔπαι-*

νος κ. ψ. δ. scilicet quia ea omnia MS. uno capite continet *ἐν ἐπιτομῇ*. Iung.

περὶ φιλοσόφων] MS. *περὶ φιλοσόφου, κ. τ. π. αὐτῷ ὀν.* infra tamen IV, 39. aliter idem MS. ut tum notabimus. Iungerm.

4.

περὶ σοφιστοῦ] A. addit: *περὶ φοιτητῶν αὐτοῦ.* Item: *ψόγος σοφιστοῦ.* Seb.

περὶ σοφιστοῦ] C. V. *περὶ τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ γραμματιστοῦ. ψόγοις* (l. *ψόγος*) *σοφιστοῦ.* Kuehn.

περὶ σοφιστοῦ] Post hoc lemma MS. lemmate auctius hoc: *περὶ τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ. ψόγοις σοφιστοῦ.* lego vero *ψόγος σ.* Verum haec in vulgatis continentur eod. cap. VI. Iungerm.

περὶ ποιητ.] MS. *περὶ τῶν ποι. κ. π.* Iung.

ὄνομα] A. add. *ὄργανα τὰ ἐντεινόμενα, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν εἴδη ὀργάνων ἑκατέρωθεν.* Seb.

ὄνομα] Post *ὄνομα* aliud lemma in MS. hoc: *ὄργανα τὰ ἐντεινόμενα καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν ὀνόματα.* bene: nisi quod putem scribendum *ἐμπνεόμενα* pro *ἐντειν.* illo enim modo distribuuntur *ὄργανα* infra IV, 57. in lemmate MS. et 58. et 59. iunctis IV, 67. alias bene: male vero in vulgatis hic tantum *κρουομένων* fit mentio: quum tamen in illis statim sequatur: *εἴδη ὀργάνων, καὶ ἔργων ἑκατέρων. ἑκατέρων* scilicet *κρουομένων, καὶ ἐμπνεομένων.* quamvis, ne quid fallamus, in illo cap. VIII. nihil nisi de *ἐμπνεομένοις* putem agi: *κρουομένων εἴδη* vero capite VII. erant explicata. et fallit itaque generalis statim illius titulus IV, 74. *εἴδη ὀργάνων.* Sed capitum inscriptiones examinare, forte supervacuum est, quum ea ab imperitissimis plerumque sint adiecta. Iung.

καὶ ἔργων] Hic MS. non habet *καὶ ἔργων.* et nulli usui illae duae voces. Iung.

περὶ κηρύκ. etc.] In MS. desunt. quamvis infra in contextu ipso non plane *λείποι* hoc caput in MS. Sed lemma eius prioris capitis titulo iunctum est IV, 85. Iung.

5.

ὀνομάτων] Post *ὀνομάτων* statim haec adhaerent in MS. *καὶ εἴδη ὀρχήσεως.* coniiciuntur nimirum illa infra in unum titulum IV, 85. in MS. Iung.

περὶ χορ. ᾠσμ. et *περὶ ὑποκρ.*] Desunt in MS. nimirum alia infra ratio titulorum in MS. ut suis locis indicabitur. Iungerm.

ὀνομάτων] A. annectit: *περὶ προσώπων τραγικῶν καὶ σατυρικῶν καὶ κωμικῶν.* Seb.

ὀνομάτων] Post *ὀνομάτων* iterum novum hic in MS. lemma: *περὶ προσώπων τραγικῶν καὶ σατυρικῶν καὶ κωμικῶν.* Iungerm.

6.

περὶ γεωμετρίας, καὶ τ. ἐπ'] MS. *περὶ γ. κ. τ. ὑπ' ἀ. ὀ.* Iungerm.

ἐργαλείων] MS. *ἐργαλείων, καὶ νοσημάτων ὀνόμα*$^{\tau}$ adeo ut nescias scriptum voluerit *ὀνόματα* vel *ὀνομάτων*, quam *λέξιν* alias illud τ significat. Iung.

7.

περὶ ἐπιστήμης] Titulus abest a C. A. Kuehn.

περὶ ἐπιστήμης] MS. hunc titulum habet, *περὶ ἐπιστημῶν.* Iung.

ῥητέον] In C. A. omissis interiectis sequitur *ἐπιστημονικὴ γνῶσις.* Kuehn.

ἐπιστημονικὴ γν.] Desunt *ἐπιστημονικὴ γνῶσις* in MS. Iungerm.

τέχνη] C. A. subdit: *εἶτα καὶ ἐπιστημονικὴ ἢ γνωστικὴ* et mox init. segm. 8. *καὶ ἐπιῤῥήματα ἐ. ἐ. τὰ δ' ἐναντία τούτοις ἀ.* etc. *Ἀντιφῶν δὲ καὶ ἀγνωμοσύνην λέγει ψ. ἄ. τὸ γὰρ ἀνοησία* (C. V. *ἀνοητία*) *σκληρόν.* dein superscriptum *ἀθεαμοσύνη.* (C. V. *ἀθεμοσύνη.*) sequitur in textu *ἀπειρία*, et dein margo subiicit, *δοκησισοφία καὶ ψευδοδοξία*, iterum textus: *καὶ εἰκασία, καὶ εἰκών* etc. Kuehn.

τέχνη] Sequens *εὐτεχνία* et reliqua omnia huius segmenti desunt in MS. cum iis *καὶ τὰ ἐπιῤῥήματα.* quae in vulgatis faciunt initium segm. seq. ubi post *τέχνη* ita MS. iterum: *εἶτα καὶ ἐπιστημονικῶς, γνωστικῶς, καὶ τὰ ὅμοια. καὶ ἐπιῤῥήματα ἐπιστημονικῶς, ἐπισταμένως, καὶ τὰ ὅμοια.* cetera omnia segm. 8. *γνωμονικῶς* etc. desunt usque ad *τὰ δ' ἐν.* init. segm. 9. Sed in illis paucis MS. vides etiam reduplicatum male *ἐπιστημονικῶς.* Iung.

8.

ἐπισταμένως] *Iliad. η*, 317. infra V, 145. Seb.

9.

τὰ δ' ἐν.] MS. iterum *τὰ δὲ ἐν.* Iung.

ἐπὶ τούτου] Desunt *ἐπὶ τούτου* in MS. Iung.

τὸ γὰρ ἀνοησία, κληρ.] P. *τὸ δέ.* Tum utrobique plurima omissa. Seb.

τὸ γὰρ ἀνοησία, κληρ.] MS. ita: *ἄνοια. τὸ γὰρ ἀνοητία καὶ ἀθεσμοσύνη* (sed lineola porrecta in σ quod post ε sequi-

tur, alia transversa est notata, an forte α reponere voluerit quisquis ille) σκληρά. ἀπειρία, omisso ἀτεχνία et mox Πλάτωνος δοκησισοφία, καὶ ψευδοδοξία, καὶ εἰκασία etc. Nota vero illud ἀνοητία MS. (pro vulgato ἀνοησία) quod et supra in MS. *Aristophani* tributum II, 228. ubi adnotavimus. Iung.

ἄτεχνος] C. A. εἰκαστὴς, εἰκαστικὸς, reliqua huius sectionis ibidem non comparent usque ad segm. 16. Kuehn.

ἔφη] Deest ἔφη in MS. et post εἰκαστικὸς MS. habet καὶ τὰ ὅμοια, ceteris omnibus omissis usque ad secundum tmema, ad quod statim accedimus. Iung.

Qui sibi sapientes vid.] *Qui sibi acuti vid.* Seb.

10.

ψευδῇ] Scr. ψευδεῖ. Seb.

12.

εὐγνωμονεῖν] In *Gloss.* redditur, *aequi bonique facere.* Kuehn.

ἀπαιδευσία] Editio *Basileensis* ex operarum incuria habet ἀπαιδυσία, quod diligentissimus Noster *Kuehnius* in suo Codice correxit.

13.

ἀνανδρεία] Vid. supra III, 137. not. Seb.

16.

περὶ ἐπιστημῶν ἱερωτέρων] C. A. περὶ ἱερῶν τεχνῶν. Kuehn.

περὶ ἐπιστημῶν ἱερωτέρων] Secundi tmematis in MS. titulus iste: περὶ ἐπιστημῶν ἱερωτέρων, γραμματικῆς, διαμετρικῆς, ῥητορικῆς, ποιητικῆς, μουσικῆς, στατικῆς, ἰατρικῆς, γραμματιστοῦ καὶ τῶν περὶ αὐτῶν. ubi notandum istud διαμετρικῆς. quoniam id repetitur. mox enim MS. iterum ita γραμματικῆς, διαμετρικῆς, ῥητορικῆς. ἡ αὐτὴ etc. sed quidnam est illa διαμετρικὴ, nisi mensurandi ars, uti geometria, quae sane in MS. mox omittitur. Iung.

γραμματικὴ] C. A. subiicit διαμετρικὴ, ῥητορικὴ. ἡ αὐτὴ κ. π. καὶ σοφιστικὴ, π. μ. στατικὴ, ἰ. Kuehn.

Rhetorica quae eadem et Politica] *Gualtherus* ab *Aristotele* tamen distingui ait, (dicente: ῥητορικήν οἷον παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς εἶναι, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν πολιτικήν. *Rhetoric.* I, 2.) fortassis autem a *Polluce* Rhetoricam vocari Politicam, quia in Repub. eius frequentissimus est usus. Seb.

ῥητορικὴ] Bene coniunguntur a *Polluce Nostro* ῥητορικὴ et πολιτικὴ, ut et mox, ῥήτωρ, ῥητορικὸς, ὁ αὐτὸς καὶ πολιτι-

κός. Quamvis enim sint per se distinctae res, eam tamen habent inter se affinitatem, ut Orator fere non dici mereatur nisi simul etiam sit vir civilis. Notum est quid in Oratore suo perfecto requirat *Cicero*. Cui addendus elegantissimus et huic loco *Pollucis* convenientissimus *Fabii* locus in praefat. libr. I. ubi ait: *Quum vir ille civilis, et publicarum privatarumque rerum administrationi accommodatus, qui regere consiliis urbes, fundare legibus, emendare iudiciis possit, non alius sit profecto quam Orator.* Hinc etiam fit, ut in Institutionibus suis Oratoriis *περὶ πολιτικοῦ λόγου de civili dictione* in specie tractare soleant cum alii, tum ex veteribus *Aristides*, cui sua maximam partem debet *Hermogenes περὶ ἰδεῶν*.

καὶ πολιτική. σοφιστ.] MS. *καὶ πολιτικὴ καὶ σοφιστική*. Sed distinguendum est post *πολιτική*. sic mox et infra post cap. de *φιλοσοφίᾳ* sequitur cap. *περὶ σοφιστῶν*. In MS. deinde haec desunt *ἀστρονομία, γεωμ. ἀριθμ.* Iung.

γραμματικὸς] MS. *καὶ γραμματικός*. Iung.

πολιτικός.] Sic utitur et infra IV, 20. et 25. Iung.

σοφιστικὸς] C. A. *στατικὸς ἰ. ἰ. τὸ δὲ σοφιστεύειν οὐδὲ εὐδόκιμον. χρηστέον δ' ἀντ' αὐτοῦ τῷ παιδεύειν.* Mirum autem non fieri mentionem ab Auctore *τοῦ σοφίζω* et *σοφίζομαι*, quod idem ac *διδάσκω* et *διδάσκομαι* ut *σοφιστὴς ὁ διδασκαλος*, vid. *Thomae Eclogas* in verbo *σοφίζομαι*. quod textum ipsum attinet, caetera eius ad finem capitis absunt a C. A. Kuehn.

σοφιστικὸς] Desunt sequentia *ποιητ. μ. ἀ. ἀ. γεωμ. γ ἀρ.* Iung.

καὶ τὰ etc.] *καὶ τὰ ἐπιῤῥ.* etc. desunt usque ad illa *ῥῆμα ὑπόκειται*, quae itidem non adparent in MS. Iung.

17.

καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ἰατρικοῦ ῥῆμα οὐκ ἔστιν] In vulgatis illis, *καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ἰατρικοῦ ῥῆμα οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ λόγῳ τὸ γραμματικὸν εἶναι*, magna latet menda. Itane enim? ab *ἰατρικοῦ* nullum verbum, quum mox sub finem huius segm. ponat *ἰᾶναι, ἰᾶσθαι*. et etiam infra IV, 177. *ἀπὸ δὲ ἰατρικῆς, ἰατρὸς, ἰατρεία, ἴασις, ἰᾶσθαι, ἰάσασθαι* etc. Et sit nullum, quod tamen falsum esse ex nostro ostendimus, quomodo tamen ab *ἰατρικοῦ, λόγῳ εἴποις, γραμματικὸν εἶναι;* Verba perdo in re clara. emendo illa prima, *καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ γραμματικοῦ* etc. incipit enim ab omnibus exquirere *ῥήματα*. primum itaque denuo ponit *γραμματικὸν*, et ab eo nullum esse ait: nisi oratione tali velis uti *γραμματικὸν εἶναι*. nec enim ille *γραμματι-*

κεύεσθαι vel γραμματίζειν, vel talia ὡς δόκιμα, admitteret. sic mox in πολιτικὸς pariter notat, nullum ab eo deduci verbum, praeter λόγον geminum priori πολιτικὸν εἶναι. Iung.

οὐδὲ γὰρ τὸ σοφιστεύειν] MSS. τὸ δὲ σοφιστεύειν οὐκ εὐδόκιμον. χρηστέον δ' ἀντ' αὐτοῦ τὸ παιδεύειν. Seb.

οὐδὲ γὰρ τὸ σοφιστεύειν] MS. iterum ita: καὶ σοφιστὴν εἶναι. τὸ δὲ σοφιστεύειν οὐκ εὐδόκιμον. χρηστέον δὲ ἀντ' αὐτοῦ τὸ παιδεύειν. improbat et infra IV, 41. τὸ σοφιστεύων. cetera in MS. desunt ex hoc capite. Iung.

παρόμοια etc.] Scilicet quod nullum ab eo verbum, quo exprimeretur, musicum esse vel tractare hanc artem, deduceretur, quod *Polluci* quidem probaretur, nisi λόγῳ velis εἰπεῖν, μουσικὸν εἶναι. hic enim sensus loci, ni fallor. quamvis infra IV, 57. μουσουργεῖν habes. Iung.

στάναι, καὶ ἰάναι, καὶ ἰᾶσθαι] Hic vero non unam saltem mendam puto me deprehendere. Primum subiectum illud στάναι, et malim reponere ἱστάναι, ut infra leges IV, 171. Unde enim illud στάναι. nec pro illo στῆναι deligam, quum ut dixi infra in hac re illud ἱστάναι et ἵσταται habeam. Alterum est καὶ ἰάναι, quod fere totum tamque ex repetitione negligentum ortum delevero. ἰάναι enim τοῦ ἰαίνω aliud significat, quam quod ad ἰατροῦ proprie spectet munus. Invenio quidem infra IV, 177. ἰᾶσθαι, ἰάσασθαι. Vix tamen utrumque hic reponendum autumem. Lateat itaque sub illo ἰάναι aliud, quod feliciore ingenio evolvatur. Sed ad MS. Nostrum, in quo sequentia cohaerent cum praecedentibus, ut et caetera omnia usque ad segm. 59. nec ullus interim in MS. novus titulus. Iung. Legendum καὶ ἱστάναι καὶ ἰᾶσθαι, deleto illo ἰάναι, quod est corruptio τοῦ ἱστάναι. Quomodo quis vocem praecedentem emendaverat. Toup.

18.

περὶ γραμματικοῦ] P. περὶ ἱερῶν τεχνῶν. Seb.

περὶ γραμματικοῦ] C. A. π. γραμματιστοῦ, ut et mox γραμματιστοῦ. Kuehn.

καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ γρ.] καὶ non apparet in C. A. Kuehn.

καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ γρ.] In MS. ita: Ἐπὶ μὲν τοῦ γραμματιστοῦ ῥητέον διδάσκειν. Desunt dein γράμμ. συλλ. συμπλ. Sic vero et supra in capitum serie IV, 3. MS. περὶ γραμματιστοῦ habebat. Iung.

γραμματικοῦ] MSS. γραμματιστοῦ, ut et paulo infra, quod vocabulum mox segm. seq. ex *Herodoto* citatur. Seb.

γραμματιστικοῦ] Cum reliquis MSS. facit et *Falcken-*

burgius Noster, qui hic et paulo infra *γραμματιστοῦ* quoqu habet pro vulg. *γραμματικοῦ*.

διδάσκειν] C. A. *γράφειν ἀ. π. ὑπογράφειν, ἀποστοματι ζειν.* KUEHN.

ὑπογράφειν etc.] MS. tantum *ὑπογράφειν καὶ ἀποστομ* interiectis omissis. IUNG.

ἀποστοματίζειν] P. *ἀποστομίζειν.* SEB.

ἀποστοματίζειν] *ἀποστοματίζειν* cum de praeceptore dici tur, vetus *Onomast.* interpretatur *dictare. Salm. ἀποστομάζει* et *ἀπὸ στόματος* aliquid dicere inquit. KUEHN.

καὶ δέλτιον δὲ, τὸ τοῦ γραμματικοῦ] MS. *καὶ δέλτιον δ τῶν ἐν γραμματιστοῦ. καὶ π.* quod an est, *δέλτιον* (eo enim accentu et MS. X, 57. *δέλτια* habet. Apud *Herodotum* tame ut mox videbis paroxytone) esse ex eorum numero, quibu in ludo literario usus venit? IUNG.

τὸ τοῦ γραμματικοῦ] C. A. *γραμματιστοῦ.* C. V. *τῶν ἐ γραμματιστοῦ*, quae lectio praeferenda vulgatae. KUEHN.

καὶ πυξίον] C. A. *παρὰ Ἀ. καὶ Ἡρόδοτος δέλτιον δίπτυ χον.* KUEHN.

καὶ πυξίον] *πύξιον* in MS. erat, sed erasit quis ibi accen tum. IUNG.

καὶ πυξίδιον] *καὶ πυξίδιον* desunt, ut et *καὶ δέλτος* in MS IUNGERM.

Ἡρόδοτος μὲν] *Herodoti* locus est in fine lib. VII. ub extat *δελτίον δ. Glossae Veterum δίπτυκτον* reddunt *bilicem* e *δίθυρον, bipatens valvata.* vid. *Hesych.* et *Phavor.* in *θυρίς Interpres* omnia tenebris involvit, dum non retinet voces *θύ ρας, πτύχας.* KUEHN.

Ἡρόδοτος μὲν] Deest *μὲν* in MS. *Herodoti* verba sun in extrema *Πολυμνίᾳ· δελτίον δίπτυχον λαβών.* Emenda itaqu et hic in vulgatis accentum. IUNG.

θύρας τὰς πτύχας] *Gl. θύραι διπιωταὶ* (*f. διπλωταί*) *val vae.* KUEHN.

"Ομηρος πίνακι πτυκτῷ] *Iliad. ζ*, 168. vid. infr. X, 57 SEBERUS.

"Ομηρος πίνακι πτυκτῷ] C. A. *"Ο δὲ πίνακι πυκτῷ* et mox *παρ' Ἀττικοῖς.* KUEHN.

"Ομηρος πίνακι πτυκτῷ] MS. *"Ομηρος δὲ πίν. πτ. εἴρηκεν* IUNGERM.

19.

ὃ καὶ] MS. vitiose *ᾧ καὶ* ibid. Sic *ἐν παιδοτρίβου Aristoph. Ἱππεῦσι·*

ἐν παιδοτρίβου δὲ τίνα πάλην ἐμάνθανες;
ἐν διδασκάλων Plato Alcib. I *πολλάκις σου ἐν διδασκάλων ἤκουον παιδὸς ὄντος, καὶ ἄλλοθι*, etc. Imo illud ipsum quod hic in MS. nostro, apud eundem *Platonem* in Charmide. *πότερον οὖν, κάλλιστον ἐν γραμματιστοῦ τὰ ὅμοια γράμματα γράφειν ταχὺ, ἢ ἡσυχῇ;* et mox: *καὶ ἐν γραμματιστοῦ καὶ κιθαριστοῦ, καὶ ἄλλοθι πανταχοῦ.* Iung.

γραμματεῖον βοιώτιον] Leg. *γραμματίδιον καὶ κιβώτιον ἐκάλουν. Hesych.* equidem habet etiam *βοιωτικὸν*, sed illum eodem in mendo cubare merito existimes. Nam *Harpocration* satis clare dicit, *ἅπερ καὶ κιβώτια ἐκάλουν.* ubi *Maussacus* eandem astrueret emendationem, absque *Hesychio* si fuisset. *Harpocrationis* verba exscripsit *Suidas* in *ἀργυρᾶς θήκη.* et *κιβώτια* etiam agnoscit, corrigendus et ipse ex *Harpocratione.* C. V. pro *ὃ* habet *ὡς.* Kuehn.

γραμματεῖον βοιώτιον] *βοιώτιον* etiam MS. et *H. Steph.* adpend. de Dial. Attic. cap. 16. tm. 1. Alias in mentem aliquando veniebat, num *βοιώτιοι* legendum. An itaque et *Harpocratio* in hac voce corruptus est insigniter, voce *Ἀργυρᾶς*, dittà, ait, *ἣν γραμματίδια, οἷς ἐχρῶντο Ἀθηναῖοι. τὰ μὲν ὥστε γράφειν μόνον τι ἐν αὐτοῖς, τὰ δὲ, ὥστε καὶ ἀργυρίδιον κατατίθεσθαι, ἅπερ καὶ κιβώτια ἐκάλουν· τὰ δ' ἄλλα μαρτύρια.* vides *κιβώτια*, de quo quis suspicatur? Iam tamen si *βοιώτια* dicamus scripsisse *Harpocrationem*, nihil absurdi erit: nec emendationis eius pudere debet. remansit enim ea vox et *Hesychio*, in quo invenio: *ἀργύρινον, γραμματεῖον ὃ καὶ βιώτιον καὶ κοῖλον λέγεται.* Iung.

οἱ δὲ νεώτεροι] Haec absunt a C. A. usque ad *γραμματιδοποιός.* Kuehn.

Apollodoro Geloo γράμμα etiam pro scriba ponitur] Pro: *Apollodori Geloi* scriptum seu drama quoddam *γραμματιδιοποιὸς* vocatur. Seb.

Ἀπολλοδώρου δὲ τοῦ Γελώου καὶ γράμμα] Sequerer emendationem Doctorum, qui legunt *δρᾶμα* et *γραμματιδιοποιός.* vid. *Animadvers. Casaubonianas* in *Athenaeum* libr. VII. cap. 6. quod autem Noster *Geloum*, *Athenaeus Carystium* laudat huius dramatis Auctorem, id adeo mirum non est, cum et alias fieri soleat ut ista nomina ab Auctoribus inter se varientur: ita *Photius Epist.* 156. citat fabulae quae inscribitur *ἀπολιποῦσα* leg. *ἀπολείπουσα*, Auctorem *Carystium*, *Athenaeus* vero *Geloum Apollodorum*, quisque suos, ut videtur, secutus Auctores, potest etiam unus idemque *Apollodo-*

rus Gelous pariter et *Carystius* esse, quia apud Graecos non insolens est civem esse in diversis civitatibus. Kuehn.

Ἀπολλοδώρου δὲ τοῦ Γελώου καὶ γράμμα] Illa *Ἀπολλ. δὲ τοῦ Γελώου καὶ γράμμα ἔστιν ὁ γραμματιδυποιός*, desunt in MS. quae ideo adscripsi omnia, ut mendum crassum tollerem. emendatio sub manu nata. Scribendum enim pro *γράμμα* aio *δρᾶμα*. fabula nimirum illius *Geloi Apollodori* cui titulum fecit *γραμματιδοποιός*. citatur ille aliquoties in his libris: ipsum vero hoc drama infra VII, 185. et X, 95. ubi *ἐν δὲ τῷ τοῦ Γελώου Ἀπολλοδώρου γραμματιδοποιῷ*. sic enim ibi legendum vel ex hoc loco claret. nisi mavis *γραμματιδιοποιὸς* ubique reponere, uti *Casaubono* placere videtur VII. *Athen.* 6. apud quem etymon requiras. vide et apud eundem de discrepantia *Athenaei* et *Pollucis*, quum ille VII. Deipnos. *Apollodorum Carystium*, non *Geloum* vocet. tria tamen haec loca *Pollucis* facere possint, uti apud *Athenaeum* emendare quis audeat. Iung.

γραμματιδοποιός.] Melius *γραμματιδιοπ.* inquit *Casaub.* in *Athen.* lib. VII. c. 6. citans eandem scripturam e libro VII. (VII, 190.) ubi nunc insertum quod clare ibi in MS. quoque. Sed notanda (rursum *Casaub.* ibid.) eiusdem *Pollucis* verba lib. VII. cap. 23. *ἐν δὲ τῷ τοῦ Γελ. Ἀπ. Γραμματοποιῷ* etc. Ceterum pro *γράμμα* e lib. VII. etiam *δρᾶμα* legi potest. Seb.

Ἡρόδοτος] Lib. II. fol. 62. habet autem et alibi, ut monstrat *Aem. Portus* in Lexico Ionico. Seb.

τῶν ἐν Σάει] C. V. *τὸν ἐν Σαΐ.* sequentia C. A. ita habet: *ἀντὶ γραμματέως* superscripto *εἴρηκε*, deinde subiicit *καὶ τὰ Δ.* usque ad *κορεῖν* caeteris omissis. Kuehn.

τῶν ἐν Σάει] MS. *τὸν ἐν Σαΐ ἱερῶν* etc. bene alterum *Σαΐ*: non et alterum *τὸν*, pro quo *τῶν* vulgatum retinendum. En tibi locum *Herodoteum* ipsum in *Euterpe*: *εἰ μὴ ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Σαΐ πόλει ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης.* Iung.

Ἀριστοφάνης δὲ etc.] Desunt in MS. *Ἀριστ. δ. π. ἐ. θ. λ. ἠγραμμάτους.* Iung.

ἠγραμμάτους] *H. Steph. ἠγράμματος scriba*, apud *Aristoph.* si *v. l.* credimus. *Pollux* hic nominat Thesmophoriazούσας: procul dubio, si ista scriptura mendo caret, aliam fab. ab ea quae isthoc nomine extat. Nam laudantur *Aristophanis* priores et posteriores *Θεσμοφοριάζουσαι.* vid. *Casaub.* in *Athen.* lib. I. cap. 23. Seb.

ἠγραμμάτους] *Salmas. ἡ γραμματεύς.* KUEHN.

ἠγραμμάτους] Hoc sanumne est? Ego mehercle non puto. Tu, qui aliter putas, mihi explica, et virum te putabo. Ne me venditem, egregie me emendare autumo. *τῆς γραμματέως* vel *ἡ γραμματεύς*. In hoc enim *παίζει Aristophanes* revera, quod foeminae tribuat hoc officii et nominis. Neu mihi credas, sed *Aristophani* ipsi velim. En enim tibi locum in ea *Θεσμοφοριαζουσῶν*· unde arbitraberis an verum, et non quod pueri in faba se clamant, repererim:

. . . . . *ταῦτ' ἐγὼ φανερῶς λέγω*

(ait foemina quaedam)

τὰ δ' ἄλλα μετὰ τῆς γραμματέως συγγράψομαι.

Et ante ridicule Praeco itidem, *Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν· εἶπε Σωστράτη.* Hanc coniecturam nostram scias laudasse, quod praefiscini tamen dixero, *τὸν πάνυ Casaubonum*, et de loco ex *Aristophane* nobiscum sentire respondisse. IUNG.

ἠγραμμάτους] Egregie rursus ut iam aliquoties *Pollucem* Nostrum a librariorum culpa liberat *Codex Falckenburgianus*, qui e MSto pro depravato *ἠγραμμάτους, ἡ γραμματεὺς* affert, quam lectionem probam esse confirmat satis ipse locus *Aristophanis*, quem modo *Cl. Iungermannus* adscripsit, quare etiam Nostro illam restituere nulli dubitavimus.

ἔστι δ' εἰπεῖν] MS. *ἔστιν δὲ εἰπεῖν ἐ. τ. γρ. κατὰ Δημοσθένους* etc. IUNG.

καὶ τὰ Δημοσθ.] C. V. pro *καὶ τὰ* habet *κατά*. nisi quis ibi malit *κατὰ τὰ Δ. et dein haec Demosthenis* cuius locus extat in *de Corona* p. 191. *Edit. Hervag.* KUEHN.

καὶ τὰ Δημοσθ.] Verba *Demosthenis* in ea pro *Ctesiphonte* sunt: *ἅμα τῷ πατρὶ πρὸς τῷ διδασκαλείῳ προσεθρεύων* (*Aeschines*) *τὸ μίλαν τρίβων, καὶ τὰ βάτρα σπογγίζων, καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν, οἰκέτου τάξιν, οὐκ ἐλευθέρου παιδὸς ἔχων.* IUNGERM.

Paedagogium saturare] Pro, purgare aut verrere. SEB.

καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορεῖν] C. V. *παιδαγόγιον*. Sed locus *Demosth. παιδαγωγεῖον* etiamnum legit. KUEHN.

καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορεῖν] Ridere vis abunde? respice ad nostrum *παραφράστην*, si dis placet, et disces eum nunquam pueros suos *verrere* docuisse paedagogium, ita suaviter *paedagogium saturare* reddit. o satura et non epigrammate dignam versionem. IUNG.

τὸ δὲ παιδαγώγιον, καὶ διδασκάλιον] Non habeo dicere, an alibi etiam ita scriptum. Omnino usitatum *παιδαγωγεῖον*.

neo aliter infra IV, 41. tametsi IX, 41. *παιδαγωγία* extet. Utrobique autem scriptum *διδασκαλεῖα*. Et *Hesych. Φωλεόν, διδασκαλεῖον ἢ οὗ τὰ θηρία* etc. *διδασκάλιον* vero non tam locus est, ubi docetur, quam docendi merces, quomodo accentus collocandus infra VI, 186. ubi *διδασκαλία*, quod doctrinam, disciplinamque notat. A *φωλεὸν* dicuntur *ἀποφώλιοι οἱ ἀπαίδευτοι. Suid.* Seb.

τὸ δὲ παιδαγώγιον καὶ διδασκάλιον] Hic versiculus totus abest a C. A. usque ad *ἐκάλουν*. Kuehn.

τὸ δὲ παιδαγώγιον καὶ διδασκάλιον] MS. *παιδαγωγεῖον καὶ διδασκαλεῖον*. quorum certe utrumque ita *διφθόγγως* hic pro vulgatis reponerem: quemadmodum infra etiam est IV, 41. ne quid dicam de *διδασκαλίῳ*, sine diphthongo mercedem potius denotare. Iung.

ποιηταί.] C. V. pro *ποιηταὶ* legit *παλαιοί*. Kuehn.

ποιηταί.] MS. *παλαιοὶ*, egregie. non enim verum est *ποιηταὶ*, quod in vulgatis legitur. vide infra IV, 41. et IX, 41. Iung.

ποιηταί.] Optime iterum ut et MS. *Cl. Iungermanni Falckenburgius* non *ποιηταὶ*, sed *παλαιοὶ* habet.

20.

Κεφάλαιον γ'.] Hoc caput cohaeret in MS. cum iis, quae praecesserunt. Iung.

σοφὸς εἰπεῖν] In C. A. sequitur *πάνσοφος*, omissis interiectis. Kuehn.

σοφὸς εἰπεῖν] *δεξιὸς* etc. desunt, usque ad *πάνσοφος*. Notanda illa *συνεχὴς, πυκνὸς*, de persona rhetoris pariter et infra iungi VI, 147. *ῥᾴδιος* vero infra *περὶ ψόγου* dicitur IV, 57. Iung.

ἐσκεμμένος] *Meditatus, probe meditatus*, cui opponitur *ἀμελέτητος, σχεδιάζων, extemporaneus.* Kuehn.

εὔρους] Pr. ed. *εὔρ.* itidemque segm. 22. et 23. Seb.

πολύνους] In C. A. post *πολύνους* est *πιθανὸς, ἡδὺς, ἐπαγωγὸς, πολὺς ῥεῖν* quod ultimum C. A. ita repraesentat: dein *πολλωρέων*, quod mox infra sequitur divisim. Utrumque *Demosthenis* est, eoque notatur Rhetor qui ingenti Orationis flumine invehitur in aliquem, ut *Pytho* ille in Athenienses. vid. *Orat. de corona.* Kuehn.

πολύνους] Desunt tres MS. *πολυλ. εὔγ. εὔφ.* etc. *ἔντονος, βίαιος*, cum mediis praeter *ἐπαγωγός*. Iung.

πολὺς ῥέ Pro *πολὺς ῥέων* MS. *πολλῷ ῥέων*. quod hic non improbarem, quum et infra in eadem re VI, 147. etiam

vulgo habeatur. verum mox sequitur in vulgatis hic istud *πολλῷ ῥέων*. Et illud quidem *πολύς* de Rhetore etiam infra VI, 147. ut et antea IV, 20. et mox *πολλῷ ῥέων*. *Demosth. ὑπὲρ Σιεφ. ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ἡμῶν οὐκ εἶξα, οὐδ' ὑπεχώρησα.* Retineamus itaque hic illud *πολὺς ῥέων*. Sed cur antea hic *πολιτικὸς* inseritur, illustrat ipse *Pollux* supra IV, 16. et 17. Iung.

21.

οἷος ἐγεῖραι θ.] C. A. *οἷον ἐγεῖραι θυμῷ* in textu habet, *ov* vero desuper ascriptum est, ut notet eum Oratorem *qui ad iram provocare possit Auditores.* Kuehn.

εἰσκαλέσασθαι] C. V. *ἐγκαλέσασθαι*. C. A. et *Salmas. ἐκκαλέσασθαι*, quod probo. post *ἐκκαλέσασθαι* in C. A. est *ἐλεγκτικὸς*, quod excipit *εἴποι δ' ἄν τις* infra segm. 25. caetera omittuntur. Kuehn.

εἰσκαλέσασθαι] MS. *ἔλαιον ἐγκαλέσασθαι, καὶ τὰ ὅμοια*, reliqua omnia per tria segmenta sequentia cum dimidio *λείπει* in MS. mendose vero illud *ἔλαιον*, ut satis patet unicuique; nec *τὸ ἐγκαλέσασθαι* placet. malim *ἐκκαλέσασθαι*, quod *excitare commiserationem* proprie significaret. Nunc ad vulgata quaedam notare libet. Iung.

εὐθυβόλημων] *Qui scapham scapham appellat, ἀνυπόστολος, qui nihil reticet prae metu, οὐδὲν ὑποστειλάμενος.* Kuehn.

πιστικὸς, παραπιστικὸς] Forte scribendum *πειστικὸς, ad persuadendum factus*, et mox *παραπειστικὸς Salmasius.* Kuehn.

πιστικὸς, παραπιστικὸς] Pro *πιστικὸς, παραπιστικὸς*, malim scribere *πειστικὸς, παραπειστικός*. et sic habeat vir doctiss. exemplum hic eius significationis, ubi *πειστικὸς* vulgata lexica exponunt, *qui facile persuadet*, de qua ipse in suo Thesauro subdubitare videtur. Iung.

ἀπαιτητικός.] Ad oram sui Codicis *Falckenburgius* scripsit *πιθανὸς*, quod sc. et hoc non omittendum erat a *Polluce.*

22.

Ἑλληνισμὸς] In *Gloss.* redditur, *Graecacio.* Kuehn.

Libertas] *ἀφθονία Hesych. πλῆθος, ubertas, copia.* Seb.

ἀφθονία] Hic *ἀφθονία* habes: atque tertio versu ante id vocabuli quoque. reponendum itaque altero utro loco aliud. imo plane repetitum negligentia scribae videtur hoc alterum, et delevero plane, si congeriem *ὀνομάτων* ante, et *ἐπιρρημάτων* post evolvam. Ceterum mirum videatur alicui cur *εὔνοια* inter *πράγματα*, et *εὔνως* omittantur (*εὔνοια* enim

et εὖρως illud superius segm. 20. εὖρους spectant), quum tamen supra IV, 20. εὔνους, εὐνοικὸς, quemadmodum et primum εὔνους infra IV, 54. et VI, 147. inter τὰ πρόσφορα τῷ ῥήτορι enumerentur. Nec ῥόθιος mehercle hic supra omittendum erat, quum ῥοθιότης habeas iam mox et ῥοθίως segm. 42. recteque illud ῥόθιος inter paria extat infra VI, 147. sed haec forte librarii culpa, non eius qui libri pater est. Quod tamen de εὔνοια dici nequit, quum infra IV, 54. eiusmodi πρᾶγμα a nomine εὔνους esse negat, quod tam subtile nos non capimus. Κακοήθης item hic omissum: positis tamen κακοήθεια et κακοήθως. extat quidem inferius IV, 57. Verum haec examinent, quibus plus contigit otii. Iung.

εὐρημοσύνη] Pro εὐρημοσύνη, quod alias ego non reiiciam, omnino hic legam εὐθυρρήμοσύνη, quoniam supra segm. 21. fuit εὐθυρρήμων, et mox segm. 24. εὐθυρρημόνως. Iung.

23.

ἱκανότης] *Facultas dicendi, vis et copia*, ut notat *Salmasius* ad vitam *Hadriani*. Kuehn.

Παντολέοντος] Scr. Πανταλέοντος. Seb.

Παντολέοντος] Malim Πανταλέοντος. Notum ex rhetoribus nomen vel ex illo ioco, πάντα λέοντα et πανταλέοντα. Iungerm.

Παντολέοντος] *Falckenburgius* quoque legit Πανταλέοντος.

παραλειφθέντων] Uti a περιττὸς, πρόχειρος, εὔνως, πάνσοφος, ἐπαγωγὸς, πολιτικὸς, ἔντονος, ἀφειδὴς, ἐλεγκτικὸς, παῤῥησιαστικὸς, ἀνυπόστολος, ἔντονος etc. in quibus tamen de εὔνως non immerito dubitavimus. ab ἐλεγκτικὸς et infra segm. 23. est ἐλέγξαι. Iung.

Ἀττικῶς] *H. Steph.* adscripsit orae: *σημ. non dicere illum haec dici Ἀττικῶς, sed tanquam synonyma ponit ἀττικῶς, ἑλληνικῶς, πολυγν.* Iung.

24.

Equenter etc. *dixit.*] Scr. *eloquenter* sive *diserte*. et *dic* pro *dixit*. Seb.

25.

εἴποι δ' ἄν τις] C. A. ῥητορικὸς, πολιτικὸς etc. νομοθετικὸς, δημαγωγικὸς, δ. δ. βουληγόρος π. δικανικὸς, σ. κ. ἐγκωμιαστικός. caetera autem ψεκτικὸς usque ad πλανηθῆναι segm. 28. absunt. Kuehn.

εἴποι δ' ἄν τις] Deest etiam ῥήτωρ in MS. et mox λεκτικὸς et βουληφόρος, et πρεσβευτικός. βουληγόρος vero etiam in MS. est: quod itaque iam non tantum vulgarium lexicorum

auctoritate apud viros doctos nitatur, inde mox et *βουληγορία* segm. seq. et *βουληγορῆσαι τῷ δήμῳ* segm. 27. quod utrumque ne e vulgatis quidem lexicis habentur. Iung.

νομοθέτης] *Glossae, Legum Pater.* Kuehn.

δικανικὸς] MS. mendose *δηκανικός*. Iung.

συνήγορος] Deest *συνήγορος* in MS. Iung.

ψεκτικός.] Post *ψεκτικὸς* in MS. sequitur illa solemnis cantilena, *καὶ τὰ ὅμοια.* et desunt caetera omnia, usque ad *εἶποις* segm. 28. Iung.

26.

ἀντιδικία] *ἀντιδικία* in suis Thesauris absque auctoritate adferunt, cui iam *Pollux* accedere potest. frustra vero in iis quaeris *συναγόρευσις*, quod hic mox patet cum *συνηγορία* poni *συνωνύμως* a *συναγορεῦσαι*, quod segm. 30. Sed mehercle, ut dixi, vel Thesauros ex *Pollucis* nostri libris locupletare possis, si hoc modo agas. Iung.

27.

ψήφισμα διαγράψαι] *Interpr. decretum constituere*, malim *abolere, inducere, obliterare psephisma.* significat quidem et *conscribere, describere*, sed tum fere notat *διατύπωσιν* quandam et rudem delineationem, quae in psephismata non cadit. *Demosth.* contra *Leptinem* simpliciter, *ἢ πεισθεὶς ὑπὸ σοῦ διεγράψατο aut a te adductus induxit* (accusationem). vid. *Lexica Graeca* in *διαγραφὴ* et *διαγράφειν*. Kuehn.

βουληγορῆσαι τῷ δήμῳ, πιθανὸν εἶναι,] *Kuehnius* in suo Codice ita distinguit: *βουληγορῆσαι, τῷ δήμῳ πιθανὸν εἶναι.*

παραιτήσασθαι] *Interpr. cum populo expostulare*, malim, *iram populi deprecari, populum sibi ex irato placatum reddere.* Kuehn.

28.

πλανηθῆναι] *Interpr. seducere.* verum enim vero *τὸ πλανηθῆναι* hic notat, *legationis gratia per varias errare regiones*, uti *Demosthenes* fecit pro Atheniensium salute. vid. mox infra. Kuehn.

πλανηθῆναι] *πλανηθῆναι* deest. dein iterum MS. ut dixi. Iung.

ἔκδημον πολ.] Hic interpungit C. A. ut sit epitheton legationis quae ad exteros suscipitur. coniungit autem *πολιτεία ἐπισφαλὴς administratio Reipublicae periculosa. πολιτεία* dicitur vita Rhetoris in administranda Republica occupata, partim suadendo quae populo salutaria, partim obeundo legationes, unde et *Demosthenes* passim sua *πεπολιτευμένα* inculcat. Kuehn.

ἐπισφ. ἐπιπ.] Sequitur in C. A. *ἐπικίνδυνον, οὐκ ἀπράγμονα, πολυπλανῆ, ἐν περιόδῳ πλάνους ἔχουσα.* quae sequuntur a *ταλαιπωρίας* usque ad *ἐξελέγξαι* cum duobus seqq. segmentis integris absunt. KUEHN.

ἐπισφ. ἐπιπ.] Inversim MS. *ἐπίπ. ἐπισφ.* et sic iterum mox *ἐπικινδ. πολυπ.* desunt dein, *οὐκ ἀταλαίπ.* ut et illa: *οὐκ ἀταλαιπ.* IUNG.

πλάνους] *πλάνους* habet etiam MS. ne quis emendare velit. notandum itaque hoc *πλάνους*, pro *πλάναις*, vel divagationibus. non *seductores* enim, credo, hic latent, ut interpretem seduxit inscitia. IUNG.

ἔχουσαν] Post *ἔχουσαν* MS. *καὶ τὰ ὅμοια* habet, nec plura ex segm. duobus sequentibus in MS. IUNG.

ταλαιπωρίας. miseras profectiones] Pro *aerumnas* sive *curas* aut *molestias*. a *πῶρος* enim aut *πωρεῖν* (quod *Hesychio κηδεύειν, πενθεῖν*) *ταλαιπωρία* fit, non ex *πορεία*. SEB.

δι' ὧν] Illa *δι' ὧν* mihi de mendo suspecta: quod in iis haeream. Videtur enim mihi sequentibus phrasibus, quae etiam ad *ῥήτορας* vel *πολιτικοὺς* pertineant, aliud initium digressionis datum a *Polluce* fuisse, quam illud ambigue cum praecedentibus quasi cohaerens. IUNG.

29.

ἠμερῶσαι] Secundum *Glossas*, *exarmare*. KUEHN.

διδάξασθαι] Illud *διδάξασθαι* mihi parum huc congruere videtur: quid tamen reponam, non habeo. videtur sane ex repetitione prava antecedentis erratum: sed iudicent alii. IUNGERM.

συνθήκας ποιήσασθαι] Hac phrasi exponit *Auctor br. Schol. Homericum συνώμεθα Iliad. ν*, 381. pro quo *Eustath. συνθώμεθα* fol. 922. vers. 6. SEB.

30.

ἀπολαβεῖν, συνηγ.] Post *ἀπολαβεῖν* pone *τελείαν στιγμήν.* nec enim caetera ad *ὅρκους* pertinent. IUNG.

συναγωνίσασθαι] Denuo erratum, quod aliquoties notavimus. Scilicet *συναγωνίσασθαι*, quum tamen id verbi modo sit potitum. nec profecto *συναγωνίσαι* mihi placet. Viri docti medicinam loco facile invenient: nobis linguae huius peritia tam tenuis nihil tentare permittit audacius. IUNG.

συνεισελθεῖν] *εἰσελθεῖν* dicitur causa, cum cognitio eius a iudicibus suscipitur pro tribunali, *συνεισελθεῖν* dicuntur amici, qui causam dicenti adsunt in iudicio, ut patronus clienti. KUEHN.

31.

παρασχέσθαι] P. *παρέχεσθαι*. Seb.

δημοτερπεῖς] C. A. post habet *πρὸς ἡδονὴν πεπονημένους* in textu, supra vero scriptum *οι* pro *η*. dein margo exhibet: *πρὸς πλῆθος ἡρμοσμένους*. postea iterum in textu: *καὶ τὰ ὀνόματα, ἐγκώμιον, ἔπαινος, κόσμος, καὶ τὰ ἐναντία διαχλευάσαι, φαυλίσαι, κακίσαι, ὄνειδος προστρίψασθαι, αἰσχύνην περιβαλεῖν* (*ἀποφλαυρίσαι* margo habet) *ὕβρις, ἔλεγχος, χλευασμὸς, κατηγορία, καὶ μέρη μὲν τοῦ ρ λ.* vid. *Phavor.* in *ἔπαινος* et infra V, 115. et seqq. Kuehn.

ὀχλοτερπεῖς] MS. mendose *ὀχλοτερπῆς*. Iung.

ἡρμοσμένους] Post *ἡρμοσμένους* MS. *καὶ τὰ ὅμοια*. dein omissis sequentibus iterum MS. *καὶ τὰ ὀν*. Iung.

32.

λαμπρότης] Desunt tres voces *λαμπρ. φαιδρ. κάλλος* in MS. qui tamen dein vocula auctius *κόσμος*, *καλλοπισμὸς* (sic enim habet.) tres sequentes, *σιστ. γνωρ. εὐφ.* iterum desunt et pro iis in MS. *καὶ τὰ ὅμοια*. Bene vero *κόσμος* ex MS. restituemus: unde paulo ante fin. segm. praeced. in vulgatis *κοσμῆσαι*. Iung.

γνώριμος] Interpreti placuit *γνωρισμός*. Seb.

γνώριμος] Illud vulgatum *γνώριμος* non tolero hic quidem. emendandum aio *γνωρισμός*. inde enim paulo ante, in fine sc. segm. praeced. *γνωρίσαι*, quod sic legendum suadet. Apud *Etymologum* quidem in *σύνθημα* est etiam hoc nomen; verum pro agnitione saltem. Sed nostrum *γνωρισμὸς* capio pro notitia insigni et illustri notificatione, si ita loqui licet, *γνωρίσει*, vel decore, et ornamento, quo pacto et *γνώρισμα* adnotarunt. Reliqua in MS. post *ὅμοια*, uti diximus, haec sunt, et hoc ordine: *Τὰ δὲ ἐναντία, ψέξαι, ψόγος, κατηγορία. διαβολὴ, διαχλευάσαι, φλαυρῆσαι, ἀποφλαυρῆσαι, κωμωδῆσαι, ὄνειδος προστρίψασθαι, αἰσχύνη περιβαλεῖν. ὕβρις, ἔλεγχος, χλευασμὸς, καὶ τὰ ὅμοια. καὶ μέρη* etc. In quibus notabis *φλαυρῆσαι, ἀποφλαυρῆσαι*, pro quibus vulgo *φλαυρίσαι, ἀποφλαυρίσαι*, scilicet ut *φαυλίσαι* et *ἀποφαυλίσαι*, quamvis hoc alterum hic non legatur. negari tamen non potest, praesertim si libros veteres excutiamus, multa talia in utraque forma perscripta inveniri. Notabis et *κατηγορία*, quum vulgati habeant *κακηγορία*, quod non reiecero. Nunc ad caetera in hoc capite. Iung.

γνώριμος] Pro *γνώριμος* ex correctione *μακαρίου* Nostri *Kuchnii* recepimus *γνωρισμὸς* in textum Nostri.

33.

ἔλεγχοι] MS. *ἔλεγχος*. Sed hoc iam antea sic fuit tam in MS. quam vulgatis sub init. huius segm. Iung.

παραβολαὶ] C. A. *ἐγχειρήματα* (*ἐπιχειρήματα* margo habet.) Kuehn.

παραβολαὶ] Sequens *ἐνθυμήματα* deest in MS. Iung.

δεινολογίαι] C. A. *παραδηλώσεις* etc. Kuehn.

δεινολογίαι] Sequens *φράσεις* deest in MS. Iung.

ἐκφρ. οἰκτρολ.] Desunt duae voces *ἐκφρ. οἰκτρ.* in MS. Iungerm.

ὑποδηλώσεις] *Plato Phaedro ὑποδήλωσιν καὶ παρεπαίνους* primum invenisse ait *Parium Euenum.* Iung.

ἐπίλογοι] In *Gloss. ἐπίλογος, peroratio.* Kuehn.

34.

περὶ ἐπ. etc.] Titulus abest a C. A. cohaeret enim oratio cum praecedentibus. Kuehn.

περὶ ἐπ. etc.] Caput hoc absque Titulo, cohaeret in MS. cum antecedentibus. Iung.

ῥήτορος, καὶ δημαγωγοῦ.] *δημαγωγὸν* non male ab *Erasmo Oratorem* versum ut aliunde, sic etiam ex hoc loco probat *Petr. Nann.* Miscell. VIII, 1. vid. et *Iac. Nic. Loënsis Epiphill.* IX, 16. Seb.

ῥήτορος, καὶ δημαγωγοῦ.] *ῥήτωρ* et *δημαγωγὸς* sicut et in titulo, et supra IV, 25. iunguntur. vid. prolixe *Nannium* VIII. Miscell. 1. quod totum caput etiam doctiss. *Sigonius,* laudato *Nannio,* in suum emendationum libr. II. cap. 62. retulit. vid. et *Iac. Nicol.* IX. *Epiphill.* 16. unde quis *δημαγωγὸς* sat disces. Laudat autem potissimum *Nannius* inscriptionem capitis, quae hic quidem ex primis capitis verbis est desumpta. alias illos titulos ineptos esse, et non *Pollucis,* sed alius, dictum iam est. Iung.

νομικὸς] Abest in C. A. sequitur enim post *δημοτικὸς προστάτης τ. ν. φύλαξ τ. ἐ.* tum in margine *προαγωνιστὴς τῆς δημοκρατίας.* caetera huius sectionis absunt. *νομικὸς* in *Gloss. iurisperitus.* Kuehn.

νομικὸς] Deest in MS. *νομικός.* Iung.

ἐλευθερίας] Post *ἐλευθερίας* sequitur in MS. *προαγωνιστὴς τῆς δημοκρατίας, καὶ τὰ ὅμοια.* Caetera huius sectionis in MS. *λείπει.* Iung.

νόμιμος] Notandum hoc *νόμιμος* de rhetore bono et legum observante, quod forte sic in lexicis non reperias. Iung.

προαγωγὸς, τοῦ δήμου προστατῶν, τῶν νόμων φύλαξ, τῆς

ἐλευθερίας προαγ.] Leg. *προαγωγὸς τοῦ δήμου, προστατῶν τῶν νόμων, φ. τ. ἐ.* KUEHN.

προαγωγὸς, τοῦ δημ. πρ.] Vide iam, si illud *δημοκρατίας* MS. addamus, an non omnia hoc modo distingui oporteat. ita nimirum: *προαγωγὸς τοῦ δήμου, προστατῶν τῶν νόμων, φύλαξ τῆς ἐλευθερίας, προαγωνιστὴς τῆς δημοκρατίας. προαγωγὸς δήμου*, qui populum promoveat, attollat: quod alias simpliciter sine alterius nominis adiectione plerumque in malam partem sumitur, non tamen semper. Sic enim apud *Agathiam* libr. III. in fine orationis *Martini* ducis Rom. de Deo ipso: *ἐφ' οὓς ἂν ὁ πάντων προαγωγὸς ἐπινεύσοι*, ad illos scilicet victoriam ire. Et de *Pollucis* loco nihil temere adfirmaverim, quum statim ante fuerint *προστάτης τῶν νόμων, φύλαξ τῆς ἐλευθερίας.* IUNG.

ἄπρακτος] *Salmas.* leg. *ἄπρατος.* recte. *non venalis, qui non habet linguam mercenariam, qui se operamque suam nemini vendidit.* KUEHN.

ἄπρακτος] In vulgatis hoc *ἄπρακτος* videtur significare minime venalem, qui operam suam non pecunia vendit, vel linguam venalem gerit. qua significatione id adnotandum: quum haud temere ita in Lexicis invenias. nec tamen aliter capi sinunt ea inter quae hic ponitur. Apud *Lucianum ἐν βίων πράσει* hoc *ἄπρακτος* me legisse puto et pro eo qui plane non vendi potest, et itaque ab eo nihil lucri mercatori exspectatur. In mentem quidem venit et *ἄπρατος*, quod et post IV, 52. et infra VII, 10. sed alterum non temere mutandum videtur. IUNG.

ἄπρακτος] *ἄπρατος* iterum ex correctione Nostri *Kuehnii* textui Nostri restituimus.

δημοκράτης] *Kuehnius* Noster in Codice suo quem ex scriptis codicibus emendavit, ad oram adscripsit: *f. δημοκρατίας συναγ.*

εὔνοια] *Interpr. prudentia*, et supra *εὔνους prudens.* verum ex opposito, *τῷ κακόνους, malevolus*, intelligi potest hic agi de rectore, qui favet Democratiae, qualem *εὔνοιαν* ubique prae se fert *Demosthenes.* KUEHN.

εὔνοια] Cur vero hoc vocabuli non admittit? a quo tamen supra IV, 19. *εὔνους, εὐνοϊκὸς*, et eod. hoc segm. et alibi. IUNG.

35.

περὶ ψόγου τούτου.] Huius tmematis titulus nullus in MS. verba ipsa cohaerent cum praecedentibus, ea sunt pauca decurtatoris humanitate, per sequentia duo segmenta ista

tantum: *ψόγος δὲ, πα. πρ. ὀλιγ. ὠροδόκος, δεδεκασμένος, νόμων ἐχθρὸς, οὐκ ἀρεσκόμενος τ. κ. νεωτερίζων, νεωτεριστὴς πρὸς ἀργ. ῥέπων, παλίμπρατος, δικορράφος, φιλοπράγμων τοῖς ἐχθροῖς π. τ. χ. λ. ε. χ. π.* ubi notabis *νόμων ἐχθρὸς* pro quo vulgo *νόμοις ἐχ.* Iung.

ὀλιγαρχικὸς] In margine C. A. tantum extat, dein in textu *ὠροδόκος δεδεκασμένος νόμων ἐχθρὸς οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖς κ. νεωτεριστὴς πρὸς ἀργύριον ρ. παλίντροπος δικορράφος φ. τοῖς ἐχθροῖς πρ. τ. χ. λέγων ἐ. χ. πεπρακὼς ἐ.* Kuehn.

ὠροδόκος] P. bis habet *ὠροδόκος*. indeque: *καὶ ὁ διδοὺς καὶ ὁ λαμβάνων. δέδεκ.* Synonyma istis sunt: *ὠροδέκτης Iobi* XV, 34. *ὠρολήπτης Proverb.* XV, 28. *ὠροφάγος Polyb.* et *Hesiod.* quae collegit *Cl. Hoeschelius* notis in *Sirac.* pag. 409. Seb.

δεδοκιμασμένος] Ex Emendatione Nostri *Kuehnii* habes iam in textu *ἀποδεδοκιμασμένος*.

τοῖς καθεστηκόσι] P. *τῷ καθεστηκότι*. Phrasi autem *ἀρέσκεσθαι τοῖς καθεστηκόσι* similes sunt hae: *ἐμμένειν τοῖς καθεστηκόσι*, vel *στέργειν τοῖς καθεστηκόσι, καὶ ἀγαπᾶν καὶ ἀρκεῖσθαι, καὶ ἐπὶ τοῖς καθεστηκόσιν ἀτρεμεῖν* etc. Item *στέργειν τὰ καθεστηκότα, τουτέστι τὰ παρόντα μὴ κινεῖν, μηδὲν νεωτερίζειν, μηδὲν καινοτομεῖν.* etc. *Bud.* Comm. Gr. Lat. col. 668. Seb.

36.

νεωτερίζων] Ad oram Codicis sui *Falckenburgius* adscripsit et alia: *ἐκνεωτερίζων, παρανεωτερίζων, ὀλιγαρχικός.*

συκοφ. δικογρ. δικορ.] Lubet et quaedam adnotare, ut ea *Nannius* interpretatur, VIII. Miscell. 1. ut *συκοφάντης, δικογράφος, δικορράφος, calumniator, litium conceptor, controversiarum consutor.* Iung.

ὑποπολιτευόμενος. τοῖς ἐχθροῖς προτείνων etc.] Ex emendatione *μακαρίτου* Nostri *Kuehnii* ita distinximus: *ὑποπολιτευόμενος τοῖς ἐχθροῖς, προτ.* etc.

λέγων ἐπὶ χρ.] *λέγων ἐπὶ χρήμασι, Nann. pro pecunia loquutuleius.* Iung.

πρὸς ἀργύριον] MSS. *Salmas. πρὸς ἀργύρια.* Kuehn.

πρὸς ἀργύριον] *πρὸς ἀργύριον λέγων. Nannius* VIII. Miscell. 1. *ob nummos dicens.* MS. habet *ἀργύρια* plurali. Caeterum *ἀργύρια πληθυντικῶς.* ita loqui *ἥκιστα λέγειν* Atticos adnotavit supra III, 86. et infra IX, 89. Iung.

πρὸς λῆμμα βλ. μηδὲν ῥῆμα etc.] Margo C. A. ita *μηδὲ ῥῆμα προῖκα εἰπών.* dein sequitur in textu, *πρὸς λῆμμα βλέπων, πρὸς ἀ. κ.* postea iterum margo, *μηδὲν μέρος ἐ. α.* mox

in textu *πρόσοδον τὴν πολιτείαν ποιούμενος* (*qui Reipubl. suam facit messem*) *δημοκόπος*. iterum margo *παρὰ τῇ κιγκλίδι ζῶν ἀεὶ*. (ita et C. V.) *παρὰ τ. δ. π. τ. β. παρὰ τὴν κλεψύδραν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα*. hactenus margo. caetera absunt ad cap. V. sequens. KUEHN.

πρὸς λῆμμα βλ. μηδὲν ῥῆμα etc.] MS. ita et hoc ordine: *μηδὲ ῥῆμα προῖκα εἴπων, πρὸς λῆμμα βλέπων*. vulgatum *μηδὲν ῥ. π. ἐ. Nann.* vertit: *Nullum verbum gratis proferens.* IUNGERM.

37.

μισθοῦ φθεγγ.] *μισθοῦ φθεγγόμενος Nann. pro mercede vocem edens.* desunt autem in MS. illae duae voces cum sequentibus duabus, *εὔωνος, ῥᾴδιος*. Caeterum illud *ῥᾴδιος* videtur supra IV, 20. inter virtutes posuisse, quemadmodum et IV, 22. *ῥᾳστώνην*. sed est hoc *τῶν μέσων* scilicet. IUNG.

ποιούμενος] MS. *πεποιημένος* pro *ποιούμενος*. sequentia *ὕπουλος, δ. ἐ. κ. ἀ. ἐ. ἐ. δημεύων* desunt in MS. IUNG.

Seditiosus] *δημοκόπος. Budaeus* Comm. Gr. Lat. col. 1137. *οἱ δημαγωγοὶ* etiam *δημοκόποι* dicuntur, nisi quod *δημοκόποι* legibus agrariis, muneribus gladiatoriis, et spectaculis multitudini lenocinari et obrepere solent, aut epulum saepe praebendo: *δημαγωγοὶ* vero concionibus. Huiusmodi autem popularitas, (*Gualthero* popularis seditio) *δημοκοπία* appellatur, et *ὀχλοκοπία*. SEB.

πρὸς χαρ. λ. etc.] *πρὸς χάριν λέγων, πρὸς ἡδονὴν δημηγορῶν, Nann. ad gratiam loquens, ad voluptatem concliones fingens.* desunt vero illa omnia, excepto *δημοκόπος*, in MS. mox et *δημοχαριστὴς* deest. IUNG.

παρὰ τῇ κιγκλίδι ζῶν. ἀεὶ] *παρὰ τῇ κικλίδι ζῶν. Nann. apud tribunalia semper vivens.* MS. autem sic distinguit: *παρὰ τῇ κιγκλίδι ζῶν ἀεί, παρὰ* etc. IUNG.

κλεψύδραν] Post *κλεψύδραν* MS. *καὶ πολλὰ τοιαῦτα*. reliquis in hoc capite caret. IUNG.

38.

βλακία] Vid. supra III, 122. SEB.

βλακία] *βλακεία* ex correctione *Kuehnii* Nostri restituimus hic ut supra III, 122.

κακοπάθεια] Pro *κακοπάθεια*, malim emendare *κακοήθεια*, quod et supra IV, 22. et tale praecessit segm. praeced. *κακοήθης*. IUNG.

δημοκοπία] *δημοκοποία* in *Basileensi* editione legebatur, quem typothetarum errorem et *Kuehnius* Noster in suo Codice correxit.

89.

Κεφάλαιον ε.] Caput V. et VI. una coniunguntur in MS. praescripto lemmate isto: *περὶ φιλοσοφίας, περὶ μαθητῶν καὶ τῶν περὶ αὐτῶν.* Iung.

περὶ φιλοσόφων] C. A. *περὶ φιλοσόφου.* Kuehn.

παιδευτικὸς] Deest *παιδ.* in C. A. sequitur enim statim post *θεωρητικός· προτρεπτικὸς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἀ. οἷος θυμὸν κοιμίσαι.* Kuehn.

παιδευτικὸς] Deest *παιδευτικὸς* in MS. desunt dein *διδασκ. τ. ψ. ἐ. ἐ. τ. τ. γ. ἀ.* Iung.

ἐπὶ τὴν ἀρ. ἀγ.] Desunt *ἐπὶ τ. ἀρ. ἀγωγὸς* in MS. Iung.

παραῦναι] MS. *πραῦναι.* Iung.

ἡδονὰς ῥυθμίσαι] Pro *ἡδονὰς ῥυθμίσαι* MS. *θυμὸν ῥυθμῆσαι.* desunt dein *ῥυθμίσαι, φιλοχρ. συμμ.* Iung.

συστεῖλαι] Dein margo C. A. *ἀλαζόνειαν κ. ἀσέλγειαν σ. ἀκολασίαν νουθετῆσαι.* dein textus: *καὶ ὄργανα δὲ φ.* Kuehn.

ἀκολασίαν νουθ.] In MS. *ἀκολ. νουθ.* deest, et sequitur dein ita: *σωφρονῆσαι,* (sic enim MS.) *ἀκολασίαν νουθετῆσαι, καὶ τὰ ὅμοια.* omissis *νουθετικὸς, σωφρονιστικὸς. καί.* Iung.

40.

ὁ μὲν, τῷ παραδ.] C. A. *καὶ ὁ μὲν τῷ παραδείγματι τοῦ βίου προτρέπων* (deleto *παιδεύων*) *καὶ πολιτικὸς βίος ὁ καὶ πρακτικός. τὸν δὲ ἐναντίον ἀφιλόσοφον ἂν εἴποις,* reliquis omissis. Kuehn.

ὁ μὲν, τῷ παραδ.] Adnotavit hic *H. Steph. iuxta proverb. τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος. Vide Erasm.* desunt dein in MS. quae mox sequuntur: *οὐ μέρη, προτ.* etc. *διδασκαλία.* cum mediis, qui ita pergit: *καὶ πολιτ. β. καὶ ὁ πρ.* et paulo post rursus desunt sequentia: *λογ. ὁ κ. π. θεωρ. ὁ κ. φ.* Iung.

τὸν δὲ ἐν ἀφ. etc.] MS. ita: *τὸν δὲ ἐναντίον, ἀφιλόσοφον ἂν εἴποις. σοφιστὴν οὐ μὴν καὶ σοφιστεύων εἴποις ἄν. τοὺς δὲ τοιούτους* etc. intermedia omnia desunt. et deest dein *ὥσπερ.* priora itaque in MS. ita forte debebant distingui, *εἴποις, σοφιστήν· οὐ μὴν* etc. *σοφιστεύειν* vero et supra *ὡς ἀδόκιμον* notavit, IV, 17. Sed locus *Platonis* quem noster ex eius *Timaeo* citat, est iste: *ὅπως μὴ παρέχουσα (ἡ τροφὴ) ἀπληστίαν διὰ γαστριμαργίαν, ἀφιλόσοφον καὶ ἄμουσον πᾶν ἀποτελῇ τὸ γένος ἀνυπήκοον τοῦ θειοτάτου τῶν παρ' ἡμῖν.* Iung.

41.

περὶ σοφιστῶν] In C. A. nulla tituli mentio quia oratio est perpetua hunc in modum: *σοφιστὴν οὐ μὴν καὶ σοφιστεύων*

εἴποις ἄν. τοὺς δὲ τοιούτους καὶ τοὺς φιλοσόφους ἐκάλουν φροντιστάς, καὶ τὰ διδασκαλεῖα καὶ φροντιστήρια. caeterum *τὸ φροντιστὴς* et *φροντιστήριον* ex *Nubibus Aristoph.* petuntur, ibi enim *Socratis schola* ita audit et ipse cum discipulis *μεριμνοφροντισταί. Suidas* etiam monasteria *φροντιστήρια* dicit. KUEHN.

Contemplativos] *φροντιστάς. Schol. Aristoph.* f. 64. *φροντισταὶ ἐκαλοῦντο οἱ περὶ τὸν Σωκράτη, διὰ τὸ φροντίζειν ἀλλήλων, καὶ διὰ τοῦτο μηδέποτε παύεσθαι τῆς φροντίδος. φροντὶς* autem commentationem proprie significat, et elaboratam aliquam de rebus dubiis considerationem. Unde *λόγος περφροντισμένος* pro meditata et diligenti cura elaborata oratione dicitur. Et quia elaboratis huiusmodi commentationibus et orationibus praemeditatis Sophistae et Philosophi vacarent. vulgari nomine utique *φροντισταὶ*, et illorum scholae *φροντιστήρια* dictae sunt. GUALTH.

διδασκαλεῖα] MS. *διδασκαλία.* sed alterum rectius et supra habebat IV, 19. IUNG.

42.

διδασκαλία] MS. iterum perverse *διδασκαλεῖα*, ubi alterum quadrabat. IUNG.

ὑφήγησις] Margo C. A. haec habet: *ὑφήγησις, σοφιστικὴ, οὐ σοφιστία.* postea in textu: *μισθοὺς λαμβάνειν, πράττειν, πράττεσθαι εἰσ. αἱ.* dein margo: *ἄρνυσθαι μισθαρνεῖν.* in textu deinceps, *καρποῦσθαι, πιπράσκειν τὰ μαθήματα.* KUEHN.

ἡγεμ. ἀγωγ.] Desunt *ἡγεμ. ἀγωγὴ* in MS. IUNG.

σοφιστία] Post *σοφιστία*, quod sic etiam in MS. (alias suspicabar scripsisse *Pollucem σοφιστεία*, sicuti et infra IV, 50. est) desunt *παιδευτ. δ. τ. κ. ἐ. κ. ὑ. κ. ἡ.* dein MS. habet: *καὶ τὰ ἐπιῤῥήματα αὐτῶν*, et quae sequuntur desunt usque ad *μισθούς.* quod vero ait *μετοχαὶ*, ea scilicet supra segm. praeced. habuisti. IUNG.

μισθοὺς] A *μισθοὺς* iterum MS. Sed statim deest *εἰσπράττειν.* IUNG.

ἀρύεσθαι] *f. ἄρνυσθαι*, unde *μισθαρνεῖν. Leont.* in *Porphyr. Anthol.* V.

μοῦνος δὴ νίκης γέρας ἄρνυσαι —

Et *Mnesalc. Anthol.* III, 5.

ἄρνυνται δ' ἀρετᾶς αἶνον μέγαν. SEN.

ἀρύεσθαι] Pro *ἀρύεσθαι* MS. *ἄρνυσθαι.* rectissime. *μισθὸν ἄρνυσθαι* ex *Platone* et *Aristotele* notum: indeque illud compositum *μισθαρνεῖν* mox. *ἀρύεσθαι μισθὸν* nondum

audivi. Post illud ἄρνυσθαι hoc ordine in MS. *μισθαρνεῖν, καρποῦσθαι, πιπράσκεσθαι τὰ μαθήματα, καὶ τὰ ὅμοια*, omissis *ἐγκαρποῦσθαι*, et *προσίεσθαι*, quod nescio annon aptius ante *πιπράσκειν* locum haberet, uti *ἀπὸ κοινοῦ* repeteretur *μισθούς*. Cetera vero *μισθοφορεῖν* et seq. desunt in MS. omnia usque ad *εἴποις* etc. IUNG.

ἀρύεσθαι] *ἄρνυσθαι* ex *Kuehnii* Nostri restitutione iam habes in textu pro *ἀρύεσθαι* pr. ed.

43.

ἐρανίζεσθαι] *ἐρανίζεσθαι* est *corrogare* ex *Glossis. Platonis* est, qui et novit *Prodici ἐπίδειξιν πεντηκοντάδραχμον* et *ὁδραχμιαίαν*. KUEHN.

μεγαλομίσθους] C. A. *καὶ μεγαλομίσθους*. KUEHN.

καὶ ἀγ. σοφ. Ἰσ.] C. A. *ὡς Ἰσοκράτης*, viles, gregarios, *ut Isocrates*, ut locus extat in *Panathenaico: ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων* etc. KUEHN.

καὶ ἀγ. σοφ. Ἰσ.] MS. *καὶ ἀγελ. ὡς Ἰσοκρ.* sine *σοφιστάς*. Locus est in *Panath.* pag. 37. ut *H. Stephan.* hic adnotavit. Adscribam ipsum non ita longe ab initio eius Orationis pag. 236. edit. *Steph. συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν*. IUNG.

Ἰσοκράτης] MSS. *ὡς Ἰσοκράτης*. SEB.

44.

περὶ μαθητῶν] Nullus in MS. titulus, quum omnia cohaereant. IUNG.

ὀνομάσαις ἄν] C. A. *συμφοιτητὰς ἑ. σ. ὁ. ὑπηκόους* (malim ex *Platonis Protagora ἑπηκόους*) *ξυνηκόους* non adest. KUEHN.

ἀκροατὰς] Deest *ἀκροατὰς* in MS. et mox *ξυνηκόους*. Sed ut hic *συνηκόους* et *ξυνηκόους*, quae re ipsa eadem literula saltem et Atticismo differunt: sic supra IV, 14. *ἀσύνετος*, *ἀξύνετος* in vulgatis poni memini. IUNG.

χορευτὰς] MS. *χωρευτάς*. notanda autem hic *χορὸς* et *χορευταὶ* de quibuslibet discipulis, non saltem de choro musico, ut vulgo innotuit. Tale et segm. seq. *χορεία*. et infra noster videndus IX, 41. sic apud *Platonem Protagora*, ait, *Socrates* ubi venit ad *Protagoram*, eumque invenit docentem complures qui congregati: *ἦσαν δέ τινες καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐν τῷ χορῷ· τοῦτον*, ait, *τὸν χορὸν μάλιστα ἔγωγε ἰδὼν ἥσθην*, etc. et *Νόμων α. τί δὲ παιδὸς ἑνὸς ἢ καὶ χοροῦ παιδαγωγηθέντος*,

κατὰ τρόπον ἑνὸς, τί μέγα πόλει φαῖμεν ἂν γίγνεσθαι; *Euthydemo*: ταῦτ' οὖν εἰπόντος αὐτοῦ, ὥσπερ ὑπὸ διδασκάλου χορὸς ἀπυσημήναντες, ἅμα ἀνεθορύβησάν τε καὶ ἐγέλασαν οἱ ἑπόμενοι ἐκεῖνοι μετὰ τοῦ Διονυσοδώρου καὶ Εὐθυδήμου. Apud *Suidam* est etiam: χορευτὴς, ἐπιστήμων. Iung.

τὴν σύλλογον τῶν μ.] C. A. τοὺς περὶ τ. σ. ἑ. omissis τῶν μαθητῶν. Kuehn.

τὴν σύλλογον τῶν μ.] MS. τὸν σύλλογον, sine τῶν μαθητῶν. emenda in vulgatis illud τόν. Iung.

ἔχοντας] C. A. τοὺς περὶ αὐτὸν ἑ. τοὺς κατεχομένους τῷ σοφιστῇ, καὶ τὰ ὅμοια. καὶ τὰ πράγματα μάθησις, ἑταιρία, συνουσία. καὶ τὰ ῥήματα φοιτᾶν, σπουδάζειν (quod margo habet) διδάσκεσθαι. αὐτοὶ δ' ἀλλήλων λ. ἃ. συμφοιτηταὶ, συνερασταὶ, σ. σύννομοι, σύντροφοι. ἑταῖροι, quod ultimum marginis est, caetera absunt. Kuehn.

ἔχοντας] Desunt τοὺς περὶ λόγον τῶν μαθητῶν in MS. et quid est περὶ λόγον; an περὶ λόγους; Iung.

τοὺς παιδ. etc.] Desunt τοὺς παιδ. τ. ἀ. τ. διδ. et loco eorum tantum in MS. καὶ τὰ ὅμοια. Iung.

φοίτησις] Deest φοίτησις in MS. et loco illorum, ὁμιλία, ἀκρ. χ. σπ. κ. in MS. iterum tantum, καὶ τὰ ὅμοια. Iungerm.

κατοχὴ] Non male puto interpretatum, *intensio*: et hinc illud κατεχομένους τῷ σοφιστῇ, quod modo praecesserat, capiendum de intente operam dantibus Sophistae. Iung.

45.

μανθάνειν etc.] Desunt μανθάνειν, et συμφοιτᾶν etc. ἀγελάζεσθαι cum mediis in MS. Iung.

διδάσκ. ἀγ. etc.] Desunt διδάσκ. ἀγ. συναγειρ. συν. συλλ. in MS. Iung.

συσπ. παιδ.] Pro συσσ. παιδεύ. MS. habet: διδάσκεσθαι καὶ τὰ ὅμοια. dein δὲ pro δ'. Iung.

συμφοιτηταὶ] MS. συνφοιτηταὶ, et desunt ὡς Πλάτων ἔφη. *Plato* vero ita *Euthydemo*, non longe ab initio: ὁρῶντες οὖν οἱ συμφοιτηταί μου. et in *Phaedro*: ἐὰν ἄρα καὶ ἐν τῷ πρόσθεν ὑπὸ συμφοιτητῶν ἢ τινων ἄλλων διαβεβλημένος ᾖ etc. meminit istorum hinc et *Nunnes*. Not. ad lib. II. *Eclog. Phryn.* in συσχολαστάς. Iung.

ξύννομοι] MS. σύννομοι. Iung.

ἑταῖροι] Quae post ἑταῖροι in hoc tmemate, MS. non habet: neque titulum sequentem, sed statim post ἑταῖροι sequuntur: τὸ δὲ διδόναι etc. Iung.

46.

περὶ μισθοῦ] C. A. *περὶ μισθῶν.* KUEHN.

συντελεῖν] Deest *συντελεῖν*, et sequitur dein in C. A. *συντελέσαι δ. δ. ἐπὶ μισθῷ μαθεῖν πεποιῆσθαι τὴν ἀκρόασιν ἐντελῆ.* C. V. legit *εὐτελῆ ἐν τέλει, hinc ἐντελήσιοι in inscriptione* (hoc ascriptum excerptis *Vossianis*) sed C. A. non agnoscit *ἐν τέλει* usque ad *μαθεῖν. Vitruvius* lib. IX. cap. ult. *Callias, Rhodum cum venisset, acroasin fecit, etc.* est autem nihil aliud quam publice exhibere aliquod specimen suae doctrinae et eloquentiae, et si merces intervenerit, acroasis illa dicitur *ἐντελής, ἔμμισθος* mercenaria. vid. notata ad IV, 43. KUEHN.

συντελεῖν] Deest *συντελεῖν* in MS. IUNG.

καταβ. κατ.] Desunt *καταβ. κατ.* in MS. IUNG.

πραχθῆναι μισθὸν ἐπὶ μισθῷ. μαθ.] MS. ita distincta habet: *πραχθῆναι μισθὸν, ἐπὶ μισθῷ μαθεῖν,* et desunt dein *ἐπὶ δώροις.* verum illud *ἐπὶ μισθῷ μαθεῖν* statim in vulgatis sequitur; ubi tamen in MS. deest. IUNG.

πραχθῆναι μισθὸν ἐπὶ μισθῷ. μαθ.] *Kuehnius* Noster in Codice suo ita distinguit: *πραχθῆναι μισθὸν, ἐπὶ [μισθῷ μαθεῖν, ἐπὶ* etc.

μισθῷ] P. *μισθοῦ.* SEB.

πεποιῆσθαι] MS. *πεποιεῖσθαι,* sed pro *εῖ* repositum *ῆ.* IUNGERM.

ἐν τέλει] Desunt *ἐν τέλει* in MS. IUNG.

οὐκ ἀμισθὶ μαθεῖν] Loco *οὐκ ἀμισθὶ μαθεῖν* MS. *καὶ τὰ ὅμοια.* IUNG.

χρήματα] C. A. *χρῆμα* omisso *τα, φορὰ κ. τέλος, τέλεσμα,* id quod margo habet, *εἴσπραξις, εἰσφορά.* KUEHN.

χρηματοφορὰ] Deest *χρηματοφορὰ* in MS. de quo verbo subdubito. dein MS. inversim, *τέλεσμα, εἴσπραξις.* IUNG.

χρηματοφορὰ] *Kuehnio* Nostro in Codice suo *χρημάτων φορὰ* pro *χρηματοφορὰ* restituere placuit.

47.

καταθέσεως] C. A. in textu *μαθήσεως.* supra vero scriptum *καταθέσεως* i. e. *solutionis, mercedis.* KUEHN.

καὶ ἀργυρισμὸν] Absunt a C. A. KUEHN.

ἐπίδοσιν] *καὶ ἐπίδοσιν* MS. IUNG.

καταβολὴν] C. A. *καὶ καταβολὴν Glossae καταβάλλω, δίδωμι solvo, dependo, pendo, καταβολὴ, ἀπόδοσις, solutio, pensio, pensitatio.* KUEHN.

κακίσαις δ' ἄν] P. praemittit: *ψόγος διδασκάλων.* et inde: *Κακ.* SEB.

κακίσαις δ' ἄν] Hic ascriptus est hic titulus: *ψόγος τοῦ διδασκάλου* in C. A. KUHN.

ἀπατεὼν] In C. A. *παλίμβολος, ἐγκρυφίας, κρυψίνους, ἐγκρυφίας.* KUHN.

ἀπατεὼν] *ἀπαταιὼν* MS. sed emendatum *ε* pro *αι.* deest dein *ἐπίβουλος* etc. *πολύτροπος* cum mediis, et *ἐγκρυφίας.* IUNGERM.

ἐγκρυφίας] Alias est et dicitur *subcineritius ἄρτος, ὃς κατὰ τὸ ἓν μέρος ὑμιλῶν τῷ πυρὶ κατακαίεται καὶ ἄχρηστος γίνεται. δεῖ γὰρ μετασιρέφεσθαι ἵνα καὶ κατὰ τὸ θάτερον μέρος ὀπτηθῇ. Theophylactus MStus*, quem Bibliotheca publica servat in *Hoseam* et reliquos *Prophetas minores.* hic vero designat *hominem tectum et obscurum.* KUHN.

ἐγκρυφίας] Notandum illud *ἐγκρυφίας, ἐν ψόγῳ σοφιστοῦ.* qua significatione lexicographi nondum observarunt. Subdolos autem mores et occultas insidias vel fraudes eo indicari nullus dubito. IUNG.

πολλαπλοῦς] Notabis et *πολλαπλοῦς, τὸ Πλάτωνος*, quae in MS. desunt. nec auctorem illi verbo dederunt lexicographi. *Plato* autem eo verbo usus est diversis locis. de Rep. libr. III. *ὅτι οὐκ ἔστι διπλοῦς ἀνὴρ παρ' ἡμῖν, οὐδὲ πολλαπλοῦς· ἐπειδὴ ἕκαστος ἓν πράττει*, quem locum noster forte respexit. Alias et in *Timaeo* habes. IUNG.

48.

γοητευτικὸς] C. A. *κάπηλος, μεταβολεύς.* caetera capitis absunt. KUHN.

γοητευτικὸς] Desunt in MS. sequentia *κακοῦργος, παν. ψεύστ. καταπεπλ.* IUNG.

πεπλασμένος etc.] Desunt *πεπλασμένος*· *καὶ*, et mox *καπηλικὸς* in MS. qui dein ita: *μεταβολεὺς, καὶ τὰ ὅμοια.* caeteris omnibus ex hoc capite caret. IUNG.

ἔμμισθος, θηρευτὴς] In vulgatis ubi *ἔμμισθος, θηρευτὴς*, deleto commate, iunge, *ἔμμισθος θηρευτὴς*, nisi et *νέων* quoque adiungendum. Locus enim *Platonis* in Sophista est: *δοκῶ μὲν νῦν τοπρῶτον εὑρέθη (σοφιστὴς φαίνεσθαι) νέων καὶ πλουσίων ἔμμισθος θηρευτής.* ubi et mox quoque *κάπηλος ἀνεφάνη*, de Sophista. IUNG.

ἔμμισθος, θηρευτὴς] Distinctionem inter *ἔμμισθος* et *θηρευτὴς* delevit *Kuehnius* in suo Codice.

49.

ὑπερτρέχειν] Mallem, *ὑποτρέχειν* i. e. *κολακευτικῶς μετέρχεσθαι, supparasitari, orationi subservire:* unde in sequentibus ipsa adulatio *ὑποδρομή.* KUHN.

ὑπερτρέχειν] Mihi non videtur aptum. malim legere *ὑποτρέχειν*. nolim dicere vero de mutatione facillima harum particularum *ὑπὲρ* et *ὑπό*. dicerem enim quod omnes sciunt. *Ὑποτρέχειν* eleganter tale quid exprimit cum aliis hic, quod in *subrependi* verbo intelligimus. *Suidas*: *ὑποτρέχω· κολακικῶς μετέρχομαι*. quid moror? noster supra III, 148. ipse: *ὑποδραμεῖν, τὸ κολακεῦσαι*, et mox segm. seq. inde *ὑποδρομή*. Iungerm.

ὑπερτρέχειν] Ex *Kuehnii* Nostri Codice habes iam *ὑποτρέχειν* pro *ὑπερτρέχειν* prior. ed.

ὑποκεῖσθαι] *ὑποκεῖσθαι* etiam notari dignum est. accipitur enim hic, ni fallor, pro adulatoria subiectione. Iung.

θωπεύειν] *Palpare*, *palpum obtrudere*, *blandiri*, *adsectari*, *focillare*. Kuehn.

ὑπωθεῖν] Pro *ὑπωθεῖν* videbatur forte legendum *ὑποθεῖν*, quod idem fuisset atque *ὑποτρέχειν*. sed si sic scripsisset, fortasse statim id cum illis paulo ante iunxisset. extorqueri quidem sensus aliquot posse video ex *ὑπωθεῖν*, quod vulgatur, sed nulli mihi placent. Quicquid sit, audacius semel loco mederi conabor. lego *ὑποθωπεύειν*. verbum *Herodoti* et *Aristophanis* auctoritate dignum ut et hic legatur. Iungerm.

ὑπωθεῖν] In *ὑποθεῖν* mutavit *Kuehnius* Noster.

50.

παράκρουσις] Infra id improbat ut *βλαιον* IX, 134. Iung.

σοφιστεία] Supra *σοφιστία* IV, 42. Iung.

51.

καταπεπυκασμένως] Et hoc frustra apud Lexicographos inquiras. videtur vero significare *percallide*, vel *subcallide* vel potius *occulte*, *insidiose*, *tecte*. Sic enim *Hesychius* noster de simplici, *πεπυκασμένα*, *ἐσκεπασμένα*, *περικεκαλυμμένα*. Iungerm.

ὑποπεπτωκῶς] *ὑποπεπτωκῶς* etiam mendosum puto. scribo *ὑποπεπτωκότως*. Sic enim formam *τοῦ ἐπιῤῥήματος* obtinebit. respicit autem ad verbum *ὑποπίπτειν* supra IV, 49. sic supra *ἀναπεπτωκότως* III, 123. Iung.

ὑποπεπτωκῶς] *ὑποπεπτωκότως* *Kuehnius* Noster corrigit.

52.

περὶ ποιητῶν] C. A. *ποιητοῦ*. Kuehn.

περὶ ποιητῶν] Huius capitis VII. titulus in MS. hic: *περὶ ποιητοῦ, ποιημάτων, καὶ τῶν περὶ αὐτά*. In sequentibus vero multa occurrent corrupta, et quorum restitutio vel peri-

tissimis non in proclivi sit. Utinam MS. semper nos adiuvaret, qui interdum ipse videtur aliquid monstri alere. verum ubi ille deficiet, docti se succenturiabunt ultro, spero, pro amore quem reip. literariae debent; nostrum ingenium enim nihil in his potest, natura tenue valde, et praeterea eruditae doctrinae copia minime instructum. Iung.

ᾠδὸς] *ᾠδὸς* exhibet C. A. margo *canens* et sequitur in textu *μέτρων συνθέτης, εἰς μέτρα ἐπίπνους qui ad carmen spiritu afflatuque ducitur. εἰς ᾠδὰς ἔνθεος ad canendum entheus, a Musis afflatus. instinctu Musarum ductus.* Kuehn.

ᾠδικὸς] Deest *ᾠδικὸς* in MS. Iung.

εἰς ποίησιν] In C. A. *μυθολεξής.* textus superscriptum *μυθολογικός.* dein in textu *λογικός.* Kuehn.

παραπλάττων] C V. *παραλάττων.* C. A. rectius *παραλλάττων*, de quo supra I, 15. ad *παραλλάττων ἐκ θεοῦ.* Kuehn.

παραπλάττων] MS. *παραλάττων* pro *παραλλάττων.* Bene. Scribendum enim *παραλλάττων ἐπὶ ποιήμασιν.* Sic enim et supra in divino spiritu adflatis I, 15. *παραλλάττων ἐκ θεοῦ* qui quasi mente mota est. Magnum poëtam sine furore esse posse *Democritus* negat apud *Ciceronem.* Et spiritu divino se afflari, gloriantur vel ipsi in suis saepe carminibus. Miror hac significatione hoc verbi a lexicographis non adnotatum. Iuvat nos et tertius *Pollucis* locus, de sene iam aetatis vitio insano vel deliro, ubi similiter *παρακεκινηκὼς ὑφ' ἡλικίας, παραλλάττων, non compos mentis* II, 16. Imo et quartus in eadem re II, 20. *παραλλάττειν, ἐξεστηκέναι.* ait mox ipse *Pollux* haec se proferre *ἐπὶ τοῦ ἐνθέως διακειμένου.* Sic *Petronius Eumolpum* suum in vicinia mortis poëmata decantantem iubet *bonam habere mentem*, et *freneticum* vocat: ipseque *Eumolpus* ait in insigni poëmate *potius furentis animi vaticinationem* apparere debere. Ceterum cui non dictus hic *Hylas?* pergamus nos in *Polluce.* Iung.

εἰς μέτρα κτλ.] Haec margo C. A. habet usque ad *ποιήμασι.* dein textus: *τὰ δὲ αὐτὰ τὰ ποιήματα καὶ ᾠδὰς κ. ἀ. κ. μ. λόγοι ἑ. ἑξάμετρα, ῥ. ῥαψῳδία, ἐλεγεῖα, τρίμετρα, πεντάμετρα, τετράμετρα, ἐπιγράμματα, ἴ. ἰ. ἀνάπαιστα, μέλη χορικά, στροφὴ* etc. quae vecabula etiam in latina versione retineri debuerunt. nimis enim frigidum est pro illis usitatis et claris obscura et minus usitata Latina reponere. Kuehn.

καὶ ὡς δ' ἂν ἄλλ. etc.] Loco horum *καὶ ὡς δ' ἂν ἄ. ε. τ. ἑ. δ.* MS. habet *καὶ τὰ ὅμοια.* Iung.

λόγοι ἔμμετροι] *ἔμμετροι λόγοι* redderem ex *Gloss. modulata oratio.* Kuehn.

Dicta Heroica] ἔπη, ἡρωεῖα, et ἑξάμετρα dicuntur συνωνύμως carmina hexametra, vel heroica, vel epica, unde et *epici poëtae*, auctores illorum. Seb.

ἔπη ἡρωεῖα] Desunt ἔπη, ἡρωεῖα in MS. an vero potius ἡρῷα scribendum? vel ἡρῴεια, ut mox in MS. παρθένεια. Iung.

πεντάμετρα] Deest πεντάμετρα in MS. Iung.

τρίμετρα] Post τρίμετρα, in MS. sequitur τετράμετρα, et mox deest. quo ordine videtur aptius positum. Iung.

53.

στροφὴ, ἀντίστροφος, ἐπῳδὸς] De στροφῇ, ἀντιστροφῇ et ἐπῳδῷ videnda *Scholia* in *Euripid. Hecub.* v. 647.

Concentus] An προσῳδιον interpres exprimere ausus? quomodo extat supr. I, 38. apud *Photium* in *Procli Chrestomathia* fol. 522. ac seq. *Etymolog.* 690. et alibi. Sed hoc loco tam in MSS. quam in editis libris clare habetur προσόδιον apud *Plutarch.* in *Vit. Aemilii* fol. 198. *Philon.* lib. de vita *Theoretica* extremo. *Athen.* VI. fol. 253. *Suid.* et *Hesych.* (si apud hunc series alphabetica, quam usitata scriptura fide dignior.) Nec aliter scribendum ipsi etiam *Proclus* et *Etymologistes* videntur innuere, quando παρὰ τὸ προσιέναι derivant. vide notas *Frid. Sylburg.* qui *Chrestom. Procli* cum *Apollonii Alexandrini* Syntaxi edidit anno 1590. e Typogr. *Wechel.* et *D. Hoeschel.* ad *Photii* Bibliothec. Item *Guil. Bud.* Comment. Graec. Ling. col. 165. *Is. Casaubonus*: προσῴδιον sive προσόδιον (nam utrumque praeferunt multorum scriptorum codices) carmen est ab iis decantari solitum, qui ad *Apollinem* accedebant. in *Athen.* XIV, 7. Seb.

προσόδια] Pro προσόδια MS. habet παιᾶνες. Iung.

παιᾶνες] Pro παιᾶνες MS. προσόδια, ordine inverso scilicet. Iung.

δαφνηφορικὰ] Haec sunt in margine C. A. Kuehn.

δαφνηφορικὰ] De Daphnephoricis vide copiose *Proclum* in excerpt. *Chrestomath.* Iung.

τριποδηφορία] *Proclus* in *Chrestom.* τριποδοφορικὸν μέλος τρίποδος προηγουμένου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς ᾄδετο etc. vid. *Photii Electa* fol. 525. Seb.

τριποδηφορία] Pro τριποδηφορία C. A. legit τριποδηφορικὰ, quod confirmat C. V. *Proclus* in *Chrestomathia* apud *Photium* Daphnephorica refert ad ea carmina melica, quae Deorum pariter hominumque honori cedebant, et deinde latius refert originem δαφνηφορικῶν. explicat etiam, quod sit μέλος τριποδηφορικὸν et alia quae hic sequuntur. Kuehn.

τριποδηφορία] Pro *τριποδηφορία* MS. rectius *τριποδηφορικὰ* habet. Apud *Proclum Chrest.* est *τριποδοφορικὸν μέλος*, quem de origine eius rei videas licet: ut et de Oschophoricis. Iung.

τριποδηφορία] Pro *τριποδηφορία* ex correctione Nostri *Kuehnii* habes iam *τριποδηφορικά*.

Ithypallica] Quae *Ithypalli* in sacris *Bacchi* decantabant. *Gualther.* addit verba *Athenaei*, quem satius ipsum legi libr. XIV. fol. 622. Seb.

ἰθυφαλλικὰ] *ἰθυφαλλικὰ* etiam MS. recte. antea male per unum *λ* vulgabant. de his hinc *Rhodigin.* VII. antiq. 16. Iung.

ὠσχοφορικὰ] Scr. *ὀσχοφορικὰ*. *Photius* e *Proclo* ibidem: *ὀσχοφορικὰ μέλη παρὰ Ἀθηναίοις ᾄδετο. τοῦ χοροῦ δὲ δύο νεανίαι, κατὰ γυναῖκας ἐστολισμένοι, κλήματα* (al. *κλῆμα*) *ἀμπέλου κομίζοντες μεσιῶν* (al. *μεσιὸν*) *εὐθαλῶν βοτρύων, (ἐκάλουν δὲ αὐτὸ ὄσχην· ἀφ' οὗ καὶ τοῖς μέλεσιν ἡ ἐπωνυμία) τῆς ἑορτῆς καθηγοῦντο.* Seb.

ὠσχοφορικὰ] C. A. *ὠσκο-φορικά*. sed rectius *Proclus ὀσχοφορικά*. *ὄσχη* enim *palmites vitis cum uvis maturis*, quos praeferebant manibus adolescentes qui apud Athenienses canebant *ὀσχοφορικὰ* io honorem *Bacchi*. Kuehn.

ὠσχοφορικὰ] MS. *ὠσκοφορικά*. sed male. de Oschophoricis *Rhodiginus* ibidem, quanquam non recte carmina et festum uno Oschophoriorum nomine confundantur. Oschophorica enim carmina: Oschophoria festum. Tu de illis, ut dixi, adibis *Proclum*. Iung.

Paroemia] Scr. Paroenia. Seb.

παροίνια] *Interpr.* non recte *Paroemia*, nisi vitium fuerit operarum. *παροίνια* sunt scolia inter pocula decantata, ut *Proclus* ait. Kuehn.

παροίνια] De *paroeniis* vid. infra VI, 108. hinc et *παροίνιοι αὐλοὶ* IV, 80. et *παροίνιον αὔλημα* IV, 75. *Procli Chrestom.* excerpt. *τὸ δὲ σκολιὸν μέλος, ᾄδετο περὶ τοὺς πότους· διὸ καὶ παροίνιον αὐτὸ ἔσθ' ὅτε καλοῦσιν.* vid. et *Schol. Aristoph.* ad *Ranas* ibi *σκολιῶν μελίτου*— ubi quoque *σκολιὰ* dici *τὰ παροίνια ᾄσματα* ait et *σκολιὸν ἡ παροίνιος ᾠδή*. et pluribus ad *Σφῆκας*, ubi et Praxillae *παροινίοις* scolia allata a Comico docet. Iung.

βάκχοι] *Proclus* apud *Photium* *Ἰόβακχον* cantatum ait in festis et sacrificiis *Bacchi βεβαπτισμένον πολλῷ φρυάγματι*, multo et insolenti fremitu tinctum, subiiciens statim: *ὑπόρ-*

χημα δὲ τὸ μετ' ὀρχήσεως ᾀδόμενον μέλος ἐλέγετο, καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τὴν ὑπό ἀντὶ τῆς μετά πολλάκις ἐλάμβανον. Seb.

βάκχοι] C. V. *Ἰοβακχοὶ, Proclus Ἰόβακχοι.* quod videtur praeferendum. hactenus C. A. margo. Kuehn.

βάκχοι] Pro *βάκχοι* MS. *Ἰόβακχοι.* quamvis sine accentu. in quibus scilicet, credo, *Ἰόβακχε* clamabant, quomodo *Διόνυσον* adpellatum etiam *Hesychius* testatur. similiter Latini citabant *Io Bacche* ebrii. Et bene ita MS. pariter sic in *Procli Crestomath.* excerpt. iunguntur *Ἰόβακχος* et *ὑπόρχημα· ᾤδετο δὲ Ἰόβακχος*, ait ex eo *Photius*, *ἐν ἑορταῖς καὶ θυσίαις Διονύσου, βεβαπτισμένος πολλῷ φρυάγματι.* Iung.

βάκχοι] *Ἰόβακχοι Kuehnius* noster in suo Codice, quem in restituendo *Polluce* sequimur, reposuit.

Autumnalia] *ἐπιλήνια μέλη* vel *ᾄσματα*, cantilenae quae inter premendum uvas cani solebant. Seb.

ἐπιλήνια] Omissa in C. A. Kuehn.

ἐπιλήνια] *ἐπιλήνια* in MS. desunt. Sed vide et mox infra segm. 55. Tale *ποίημα*, ni fallor, inter *Orphei* hymnos legitur, cuius initium: *Κλῦθι μάκαρ Διὸς υἱ' ἐπιλήνιε, Βάκχε διμάτωρ.* *Ἐπιλήνιον* vero *ὄρχησιν* saltat Dryas ad *μέλος Διονυσιακὸν* apud Longum meum fine 2. *Ποιμεν.* ubi *γραφικώτατα* descriptam habes. *Plut. περὶ μουσικῆς· οὐκ ἠγνόει δὲ ὅτι πολλὰ Δώρια παρθένεια ἄλλα Ἀλκμᾶνι καὶ Πινδάρῳ καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Βακχυλίδῃ πεποίηται.* vide *Proclum* copiose in *Chrestomath.* ubi patet virginum choris inservisse haec carmina. *τὰ δέ*, ait, *λεγόμενα παρθένια χοροῖς παρθένων ἐνεγράφετο.* Iung.

epilimia] Potius *epiloemia*, *ἐπιλοίμια μέλη*, quae propter pestem, seu ad liberationem a peste canebantur. Seb.

ἐπιλοίμια] Sequentia: *τὰ ἐπὶ λ. ᾳ. ἢ ἀφ. λ.* non sunt in C. A. Kuehn.

ἐπιλοίμια] In MS. quidem est *ἐπιλοίμια.* ceterum illa tanquam glossa desunt, *τὰ ἐπὶ λ. ᾳ. ἢ ἀ. λ.* Iung.

παρθενεῖα] Iterum e *Proclo Photius: τὰ δὲ λεγόμενα παρθένια χοροῖς παρθένων ἐνεγράφετο. οἷς καὶ τὰ δαφνηφορικὰ, ὡς εἰς γένος, πίπτει.* Seb.

παρθενεῖα] C. A. *παρθένια.* C. V. *παρθένεια. Proclus παρθένια.* Kuehn.

παρθενεῖα] MS. *παρθένεια.* Fuerunt autem, credo, quae accinebant cognomines tibiae, et ad quae saltabant virgines. sic enim infra lego IV, 81. *καὶ τοῖς μὲν παρθενίοις αὐλοῖς, παρθένοι προσεχόρευον. Suidas* tamen aliter, et ut vul-

gati: *παρθενεῖα, προπεριισπωμένως τὰ εἰς παρθένους ᾀδόμενα μέλη.* etc. Eiusmodi *παρθενίων* libros composuisse *Pindarum* e *Suida* credo, quem *ἐν πρώτῳ τῶν παρθενίων Scholiastes Aristoph.* ad *Acharn.* ad verbum *ἀγοράζειν* laudat: *Aristoph. Ὄρνισιν. καὶ παρθενεία καὶ κατὰ τὰ Σιμωνίδου*, ubi *Schol.* vel *παρθενεία ἀντὶ τοῦ ᾗ αἱ παρθένοι ᾖδον.* et iterum aliter: *προπεριισπωμένως δὲ τὸ ὄνομα, παρθενεῖα, ἔστι δὲ τὰ εἰς παρθένους ᾀδόμενα. Alcman. ἐν ἀρχῇ τοῦ δευτέρου τῶν παρθενίων ᾀσμάτων* citatur apud Ethnicographum in *ἐρυσίκη.* IUNGERM.

παρθενεῖα] *παρθένια* pro *παρθενεῖα Kuehnius* Noster.

ἐπινίκια] Rursus e *Proclo Photius: ὁ δὲ ἐπινίκοις* (al. *ἐπίνικος*) *ὑπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νίκης τοῖς πρωτεύουσιν* (al. *προτερούσιν*) *ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐγράφετο.* SEB.

ἐπινίκια] C. V. *ἐπίνικοι, Proclus ἐπινίκιοι.* KUEHN.

ἐπινίκια] MS. *ἐπίνικοι* masculine. Eadem varietas in *Procli Eclog. Chrestomath. ὁ δὲ ἐπινίκιος, ὑπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νίκης τοῖς πρωτεύουσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐγράφετο.* al. cod. *ἐπίνικος.* IUNG.

σκόλια] Iterum e *Proclo Photius: τὸ δὲ σκολιὸν μέλος ᾖδετο περὶ* (al. *παρὰ*) *τοὺς πότους· διὸ καὶ παροίνιον αὐτὸ ἔσθ' ὅτε καλοῦσιν.* vide quae sequuntur, in quibus et ratio nominis. SEB.

σκόλια] Pro *σκόλια* C. A. legit *ἀσκόλια*, sed tum scribendum esset per *ω*, et ita carmen esset *ἀσκωλιάζουσιν* accini solitum. KUEHN.

σκόλια] Pro *σκόλια Kuehnius* Noster in suo Codice *ἀσκωλια* superscripto *τῷ ω* etiam *ο.*

σίλλοι] Porro *Photius* e *Proclo: ὁ δὲ Σίλλος πεφεισμένως* (parce: al. *πεφασμένος*) *λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς ἀνθρώπων ἔχει.* Inde additur discrimen inter *ἐπικήδειον καὶ θρῆνον*, quod illud iacente iam cadavere pro funere recitetur, hic nullo certo tempore circumscribatur. SEB.

σίλλοι] C. A. *σίλοι.* sed usitatior scriptio per geminum *λ.* KUEHN.

σίλλοι] De *σίλλῳ* noster supra II, 54. *Proclus* eadem *Chrest. ὁ δὲ σίλλος πεφασμένος, λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς ἀνθρώπων ἔχει.* IUNG.

πάρῳδος] C. A. per *ο πάροδος.* sed *Scholiastes Aristoph.* inter *μέλη χορικὰ* recenset primo loco *παρῳδικὰ μέλη*, alia *ἐξῳδικὰ ἅπερ ἐπὶ ἐξόδῳ τοῦ δράματος ᾄδεται* in *Vespas.* unde ex opposito facile colligitur *πάροδον* vel *πάρῳδον* esse car-

men, quod chorus sub primum ingressum in theatrum canebat, quale in *Vespis Aristoph.* est *χώρει, πρόβαιν' ἐρρωμένως ὦ Κωμία, βραδύνεις. στάσιμον* quod proxime sequitur, non agnoscit C. A. *στάσιμον* alias dicitur *μέλος*, quod ibidem chorus certo in loco consistens canebat. KUEHN.

πάρῳδος] MS. *πάροδος*. Sane si vulgatum verum esset, mutarem tamen accentum, et scriberem *παρῳδὸς*, ut antea *ἐπῳδός*. Sed vera est potius MS. lectio *πάροδος*. agit enim de *χορικοῖς*. vid. infra IV, 108. et 109. patet et ex seq. quibusdam quae eodem pertinent. praesertim vid. illud *στάσιμον* optime adiunctum a *Polluce*, quod carminis genus post *πάροδον* statim chorus recitabat: ut potes discere ex iis qui haec scriptis erudite explicarunt. vid. praeter alios, qui nobis non ad manus, *Iul. Scalig.* I. Poëtic. 9. IUNG.

πάρῳδος] Vir Illustris *Ezechiel Spanhemius* in notis ad *Iuliani* Imperatoris Caesares pag. 326. malebat *παρῳδαὶ* pro vulgato *παρῳδὸς*. veruntamen *πάροδος* MSStos sequutus reposuit *Kuehnius* Noster.

ἐμμέλεια] C. A. *ἐμμελία* sequens omittit. *Ἐμμέλεια* commune videtur nomen fuisse saltationi tragicae et cantui, qui eidem accinebatur. KUEHN.

ἐμμέλεια] Deest *ἐμμελία* sequens in MS. IUNG.

ἐμμέλεια] Vox *ἐμμελία* quae praecedentem *ἐμμέλεια* alias in vulgatis excipiebat, deleta iam est a *Kuehnio* Nostro, quam et vides scriptos Codices non agnoscere.

κωματικὸν] An *κωμαστικὸν?* SEB.

Comicum] Forte, quo in comessationibus utebantur. vid. N, Gr. text. SEB.

κωματικὸν] C. A. in margine *κωμματικόν. Salm. κωμαστικόν.* rectius *κομματικὸν* sc. *μέλος* quod et *κομμάτιον.* eratque breve carmen ipsi *παραβάσει* praemissum, ut in *Nubibus Aristoph.*

ἀλλ' ἴθι χαίρων τῆς ἀνδρείας
εἵνεκα ταυτης etc.

Vales. etiam legit *κομματικόν* ex *Scholiis Aristoph.* in *Vespas* et argumento in *Persas Aeschyl.* KUEHN.

κωματικὸν] Pro *κωματικὸν* MS. optime *κομματικόν*· nec aliter legendum. IUNG.

κωματικὸν] *κομματικὸν* reposuimus ex Codice *Kuehnii* Nostri et ita quoque habent MSSti.

ἔξοδος] Hic desinit margo. ex hac voce arguas supra recte in C. A. fuisse *πάροδον.* nam *πάροδος* et *ἔξοδος* sibi invi-

cem in choris comicis respondebant. et ἐξόδιον in *Gl.* est *equies* leg. *requies*. KUEHN.

εὐκτικὰ] *Proclus* εὐκτικὰ μέλη ἐγράφετο τοῖς αἰτουμένοιστι παρὰ θεοῦ γενέσθαι. ex *Glossis* Veterum reddi posset, *carmen precabile, vel obsecratorium, petitorium*. KUEHN.

εὐκτικὰ] De Eucticis *Proclus* saepe laudatis excerptis haec. *Εὐκτικὰ δὲ μέλη ἐγράφετο τοῖς αἰτουμένοις τι παρὰ θεοῦ γενέσθαι*. IUNG.

ἐμβατήρια] Carmina apud Lacedaemonios tibia et assa voce decantata, ad quorum numerum milites praelium ingressuri gradum moderabantur. KUEHN.

νόμοι] Quid et unde dictus ὑμέναιος· item, quid νόμος, videre ex *Proclo* apud *Phot.* est. Huc autem referre omnia ut alias liceret, tamen vel temporis ratio non sinit. SEB.

νόμοι] *Modulationes* Apollini sacrae, de quibus *Proclum* videsis, quorum praeludia dicebantur προνόμια. προαύλια in tibiarum cantu praeludunt. *Hesych.* dicit προάμβουλα (praeambula) Graece προκιθαρίσματα, προοίμια Apollinis fuerunt a Citharoedis praemissa *Quintil.* l. IV. c. 1. *Instit.* caeterum προαύλιαι non comparet in C. A. nec in *Salmas.* KUEHN.

προαύλιαι] Deest προαύλιαι in MS. nec video quid hoc vocabuli hic faciat, quum statim sequatur προαύλια, nisi forte pro illo aliud restituendum: de quo viderint docti. IUNGERM.

προαύλιαι] προαύλιαι hoc vulgatum in προαύλια mutavit *Kuehnius* Noster, deleto quod mox in vulgatis post προνόμια habebatur προαύλια.

προνόμια] Notandum et illud προνόμια, quod hic interpretor quasi *antemoduli:* qui ante ipsos νόμους canebant vel accinebantur. IUNG.

ἴουλοι] Hic incipit loqui margo C. A. ἴουλοι *Dianae* fuerunt. KUEHN.

οὐλαμοὶ] Sic etiam in MS. leguntur. de quibus tamen vix aliquid te doceant alii. an iidem cum ἰούλοις, vel οὔλοις, ut etiam hoc carminis genus nominatum fuisse vel ex *Athen.* lib. XIV. notum· Sed emendare malim, ἰάλεμος, non ita longe a scriptura, arbitror, recedens. ἰμαῖος, ᾠδὴ μυλωθρῶν, ἐν δὲ γάμοις ὑμέναιος, ἐν δὲ πένθεσιν, ἰάλεμος· ait *Aristophanes ἐν Ἀττικαῖς λέξεσιν* apud *Athenaeum* lib. XIV. Dipnos. vid. et *Etymolog.* in ἰάλεμος. Nec credam ἰαλέμους *Pollucem* omisisse hic. IUNG.

οὔσπιγγοι] Vid. supra I, 38. not. Seb.

οὔσπιγγοι] C. V. ita legit *οὐπίγγοι, λῖνος*. C. A. *οὔπιγγοι, λῖνοι*. Kuehn.

οὔσπιγγοι] In *Polluce* corruptum *οὔσπιγγοι*. Sed MS. recte *οὔπιγγοι* habet. sunt vero iidem qui supra I, 38. *Dianae* sacri, et *οὔπιγγες* in MS. ibi dicuntur. Apud *Athen.* lib. XIV. est: *οὔπιγγοι δὲ εἰς Ἄρτεμιν.* scilicet *Dianam* esse *οὖπιν* vel *εὖπιν* dictam, uti ibi eruditus *Scholiastes* adnotat. Iungerm.

οὔσπιγγοι] Reposuimus veram lectionem Nostro *Polluci* ex MSStis, *οὔπιγγοι* scilicet pro depravata illa priori *οὔσπιγγοι*, quam et *Falckenburgius* in suo Codice correxit.

λῖνος] Pro *λῖνος* MS. *λινοι* sine accentu, plurali vero, ut alia quae praecesserunt. *Athenaeus* libr. XIV. *λῖνος δὲ καὶ αἴλινος, οὐ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ μολπῷ κατὰ τὸν Εὐριπίδην.* Iung.

ἐπιμύριος ᾠδὴ] Pro *ἐπιμύριος ᾠδὴ*, quae *Interpr. carmen seculare*, leg. *ἐπιμύλιος ᾠδή*. quomodo est infra VII, 180. Et *Athen.* lib. XIV. fol. 618. *ἰμαῖος ἡ ἐπιμύλιος καλουμένη, ἣν παρὰ τοὺς ἀλέτους ἦδον.* Consule etiam Anim. *Casaub.* fol. 563. Seb.

Seculare] Scr. *molare. Hesychio* et *ἰμαλὶς* et *ἰμαῖος* est *ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή*. Exemplum eius est apud *Plutarch.* in Conv. septem sapientum: *Ἄλει μύλα ἄλει. καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων.* fol. 95. E sacris forte dicas קוֹל רֵחַיִם *φωνὴν μύλου Ierem.* XXV, 10. et *Apocal.* XVIII, 22. nisi cum aliis absque tropo de molae ipsius strepitu accipere malis. Seb.

ἐπιμύριος ᾠδὴ] C. V. *ἐπιμύλιος ᾠδή*. et ita quoque legit *Salmas.* C. A. *ἐπιμύριος ᾠ. ρ* saepe alternat cum sorore liquida *λ*. ita *Hesych. προαύρια*, habet non *προαύλια*. caeterum et alii Auctores *ἐπιμύλιος* agnoscunt. *Interpr.* qui hic de *carmine seculari* cogitavit, plane ineptus est. sensus loci non erit intricatus, si prius illum sibi restitutum habuerimus. Kuehn.

ἐπιμύριος ᾠδή.] Ad singula verba nobis haerendum est, amice lector. Sequitur enim vulgo, *ἐπιμύριος ᾠδὴ*, plane inepte, credo. audi itaque MS. is habet: *ἐπιμύλιος ᾠδή*. verissime. quid enim noster *Paraphrastes* nugatur de carmine seculari? an enim *μύρια* tibi seculum, bone vir? sed praestat non attingere eiusmodi nugas, ne et nos nugari simul cogamur, vel certe aliis videamur. Ad *ἐπιμύλιον ᾠδὴν*, (*ἐπι-*

μύλιον ᾆσμα habes et apud *Aelian.* VII. ποικιλ. ἱστ. 4.) *Athenaei* lib. XIV. gemina haec sunt: ἰμαῖος, ἡ ἐπιμύλιος καλουμένη, ἣν παρὰ τοὺς ἀλέτους ἤδον. ait dein ἀπὸ τῆς ἰμαλίδος dictam, quae ipse vide. Expresse etiam Noster *Pollux* infra VII, 180. et Noster *Salmasius* pridem sic etiam emendarat in suo Codice. Iung.

ἐπιμύριος ᾠδὴ] ἐπιμύλιος legit optime et *Falckenburgius* Noster, quam lectionem et *Polluci* Nostro iam assertam vides.

ἵμερος, καὶ ἵμαδος] Pro ἵμαδος vide an ἰμαῖος aut ἰάλεμος substitui possit. Nam ἵμερος quidem *H. Steph.* est cantilenae cuiusdam nomen. ἵμαδος autem nuspiam video. Seberus.

ἵμερος, καὶ ἵμαδος] MSti legunt ἵμερος καὶ ἰμάδιος. unde legerem ἰμαῖος καὶ ἰμάλιος (*Vales.* ἴμαλος) ἰμαῖος agnoscunt omnes Graeci Lexicographi, et ex ἰμαλὶς quod *Hesych.* est ᾠδὴ ἐπιμύλιος, facile fit ἰμάλιος, aut si quis malit ἰμαλὶς, per me licuerit. *Vossius* suo Codici ascripsit ἰμάδιος *l.* ἰμαῖος. vid. *Eustath.* pag. 1256. v. 58. *Hesych.* ἰμαοιδός. vid. *Hesych.* in ἰλλαοιδὸς et προμυλέα. Kuehn.

ἵμερος, καὶ ἵμαδος] Prius sic habet etiam MS. videndum tamen an forte legi debeat ἰμαῖος, ut apud alios invenitur, et certe Noster *Salmasius* ita emendavit in suo Codice. Alterum in MS. scribitur ἰμάδιος. *Hesychius* et ἰμαλὶς, (quamvis ibi spiritu tenui sit) exponit ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή. cuius et alterum locum adscribo, ut emendetur: ἰμαῖος, ᾠδὴ ἐπιμύλιος (tollenda enim distinctio post ᾠδὴ) καὶ ἐπανταῖος, καὶ ἐπίνοστος. hic enim *Sylburgius* pro ἐπανταῖος in suo Codice optime reponit ἐπαντλαῖος. Patet id ex *Suida*, apud quem ita invenio: ἰμαῖον ᾆσμα. τὸ ἐπὶ τῇ ἀντλήσει λεγόμενον, παρὰ τὸ ἰμᾶν. οἱ δὲ, τὸ μυλωθρικόν. καὶ ποῦ τις ἀνὴρ ὑδατηγὸν ἰμαῖον ᾄδει. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ. ἰμαῖος, ὁ (scribe ἡ) ἐπιμύλιος ᾠδή. Sed ut versus constet repone: ἀείδει καὶ ποῦ τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς (sic enim legendum) ἰμαῖον. lego et ἑκάλει. depromsit autem ista *Suidas* ex *Scholiaste Aristophanis.* Iung.

ἀδωνιμαοιδὸς] Vulgata Lexica interpretantur canticum in Adonidem a Maryandenis agricolis cani solitum. Sed vox suspecta est *H. Steph.* Sen.

ἀδωνιμαοιδὸς] Vox suspecta, ut notis pr. monui. *Proclo*, Ἀδωνίδια λέγεται τὰ εἰς Ἄδωνιν ἀναφερόμενα. *Ezech.* VIII, 14. *ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.* in Hebr. est תמוז quod sunt et qui de *Baccho* accipiant, qui

item de propheta idoli, quem a rege Babyloniorum interfectum defleant omnia idola convenientia Babylone, prima die mensis *Thamus*, cui respondet noster *Iunius*, *D. Cythr. Onom. Theol.* Seb.

ἀδωνιμαοιδὸς] Male coalita vox, et alienum in locum translata, ut patet ex *Codice Antwerpiensi*, in eo enim clare legitur post ἰμάδιος· ὁ δὲ ᾄδων ἰμαοιδός. *qui vero canit cantiunculam molarem*, dicitur ἰμαοιδός. ita patet quae vera sit vocis lectio, quodque pertineat ad praecedentem sectionem. vid. *Hesych.* in ἰμαοιδός. Kuehn.

ἀδωνιμαοιδὸς] Pro ἀδωνιμαοιδὸς MS. ὁ δὲ ᾄδων, ἰμαοιδός. insanum bene. et sic corruptus ille locus restituitur. Accedit et *Hesychianus* locus prorsus geminus, ut emendetur pariter: ἰμαοιδὸς, ὁ πρὸς τῇ μύλῃ καὶ τῷ αὐλήματι ᾄδων. nam iterum *Sylburgius* ad oram codicis sui pro αὐλήματι optime ἀντλήματι. Iung.

ἀδωνιμαοιδὸς] Pro monstro illo vocabuli ἀδωνιμαοιδὸς veram iam tibi damus MSStorum lectionem, ὁ δὲ ᾄδων ἰμαοιδὸς, quam et *Kuehnius* Noster in suo Codice reposuit.

54.

περὶ ἀσμ. ἐνθ.] MS. noster hoc lemma non habet: sed cohaerent cum praecedentibus recte. Iung.

καὶ βώριμος] Apud *Athen.* fol. 619. βῶρκος legitur. *Hesychius* autem duobus locis *Bormum* nominat, quomodo observ. *Casaub.* anim. in *Athen.* fol. 564. *Sylb.* quoque id ad oram libri sui annotavit. *Hesych.* vid. et *Luisin.* par. I, 24. ubi hinc locus *Theocriti* (*Idyll. α.*) et *Virgilii* (*Eclog.* 5.) declaratus. Seb.

καὶ βώριμος] C. A. hunc versum ita incipit: καὶ βώριμος δὲ, ita et C. V. nisi quod βόριμος habet. *Hesych.* βῶρμον. Kuehn.

καὶ βώριμος] Ita MS. ut et sequentia adnectamus. ὁ δὲ ᾄδων, ἰμαοιδός. καὶ βόριμος δὲ Μαριανδύνων γ. ᾆ. *H. Stephan.* hic adnotavit videndum *Athenaeum*. Scilicet lib. XIV. Variant auctores vero in *borimi* nomine. *Nymphis* enim apud *Athen.* lib. XIV. habet βῶρκον. *Hesychius* Βῶρμον. ut ex ipso *H. Steph.* hic etiam notavit. Et forte in *Athenaeo* quoque βῶρμον scribendum. nam in scriptura quorundam etiam in MS. μ pingitur simile perquam τῷ κ et novi errores, qui inde nati apud typographos. infra MS. etiam pro ω habet. Iung.

καὶ βώριμος] καὶ delevit Noster *Kuehnius* addito δὲ post βώριμος.

Μαρυανδηνῶν] C. V. *Μαριανδυνῶν*, et ita etiam *Hesych.* quoad ι. KUEHN.

Μαρυανδηνῶν] *Μαριανδυνῶν* videtur scribendum, ut et supra III, 83. MS. habebat. alias scimus auctores in hoc *ἐθνικῷ* variare. IUNG.

Μαρυανδηνῶν] *Μαριανδύνων* pro priori *μαρυανδηνῶν* *Kuehnius* Noster reposuit, et similiter infra segm. sequenti quoque *Μαριανδύνου*.

Μανέρως] Vide *Herodot.* II. fol. 73. *Athen.* XIV. fol. 620. *Suid.* SEB.

Μανέρως] *Μανερὸς* in textu C. A. sed superscripta terminatio *ὡς* et mox *μανερώς*. KUEHN.

Μανέρως] MS. *μανερῶς*, et sic etiam apud *Athen.* lib. XIV. est *μάνερος*. IUNG.

Λιτυέρσας] Vid. supra I, 38. Et prov. *Lityersam cantionem canis.* ubi *Erasm. Pollucem* notare ait, Lityersam loris caedere solitum, quos metendo vicisset: sed cum aliquando incidisset in messorem se robustiorem ab eo trucidatum fuisse etc. cum ea de re *Suidas* ad hunc modum: *ἦν δὲ καὶ Μίδου νόθος υἱὸς ὁ Λιτυέρσης, κατοικῶν ἐν Κελαιναῖς. καὶ τοὺς παριόντας ὑποδεχόμενος, ἠνάγκαζε μετ' αὐτοῦ θερίζειν. εἶτα ἀποκόπτων τὰς κεφαλὰς, τὸ ἄλλο σῶμα συνείλει ἐν τοῖς δράγμασιν.* etc. Similiter *Schol. Theocr.* ad vers. 41. *Idyl.* 10. *Sosibius* quoque, cuius versibus medicinam lucemque affert *Casaubon.* lect. *Theocr.* capite duodecimo. *Interpr.* emendabis e verbis *Erasmi*, cui nescio an *ἄμητος*, quod priore loco messem notat, posteriore messor sit, an vero *βιαιοτ. ἀμητῆρι* placuerit. SEB.

Λιτυέρσας] In Cod. A. *υ* supra scriptum est. KUEHN.

Λιτυέρσας] De *Lityersa* vid. *Erasm. Adag. Lityersam cantionem canis. Iul. Scaliger* I. hist. 4. mythologos hic *ἀνιστορησίας* arguit, quum *Midae* ac *Herculis* secula non conveniant. meminit huius cantionis hinc et *Casaubon.* XIV. *Athen.* 3. aitque multa se dixisse de hoc Lityersa in Lectionibus *Theocriticis.* vide itaque illarum caput 12. ubi rara, quae alibi non inveneris. IUNG.

εὑρετὴς] MS. *εὑρέτης*. IUNG.

οἱ δ' αὐτοὶ, καὶ Μίδου] C. A. in textu *οἱ δὲ αὐτὸν καὶ Μίδου*. KUEHN.

οἱ δ' αὐτοὶ, καὶ Μίδου] MS. *οἱ δὲ αὐτὸν Μίδου* etc. IUNGERM.

συνδεθεῖσα] *Salmas.* in H. A. *συντεθεῖσα*, sine necessitate ulla. ceram enim et linum coniungebant, vinciebantque calamos pastoritios, uti postea tibia fuit orichalco vincta, *Horat.* de *Arte Poëtica*. et ipse laudat *Euripides κηροδέτων σύριγγα* l. c. rectius autem sublata *τελείᾳ στιγμῇ* posuit commaticam distinctionem post *συνδεθεῖσα*. Kuehn.

ἤ γε αὐτοσχέδιος] *Quae quidem extemporanea et tumultuaria est*, postea laudatus vir ἀλλ' ἡ σπουδαιοτέρα αὐλοὶ πολλοὶ, quae emendatio opportuna videtur ex eo, quod αὐτοσχέδιος distinguenda sit ab ea quae maiori cum cura et arte composita est, ex multis scilicet fistulis, quarum alia aliam excipit, maximam mediocris, mediocrem minor, serie inaequali propter sonum etiam inaequalem. *Tibullus* lib. II. *Eleg.* 5.

Fistula cui semper decrescit arundinis ordo.
Nam calamus cera iungitur usque minor.

videatur et *Ovidius* lib. VIII. *Metam. Fab.* 3. KUEHN.

70.

τοῦτο etc.] *Salmasius* l. c. et in variis lectionibus τούτῳ δὲ κατὰ τὸ ἔμπαλιν ἔχει ὁ ὑδρηλὸς vel ὑδρηνὸς αὐλὸς ἀντεστραμμένη etc. in quibus nollem mutatum Τυρρηνὸς in ὑδρηλός. vocatur enim recte αὐλὸς tubulus aeneus organi hydraulici, et quia mediam partem tubae refert et aere constat Τυρρηνός. ἐξ αὐλοῦ τῆς σαλπιγγος trutinam fieri posse *Aristophanes* eiusque *Scholia* dicunt in *Pace*. Ipse etiam Auctor infra iterum vocat αὐλόν. KUEHN.

ὑποπνεόμενος] *Ab inferiore sui parte recipiens spiritum a follibus quidem, si minor fuerit tubulus, si vero maior, ab aqua agitata et auram spiritumque emittente.* KUEHN.

αὖραν πνευμ.] αὖραν πνεύματος ἀφιέντι· dum aqua assultu suo aërem incitans spiritum edit: perinde ac in organis hydraulicis. ait enim de instrumento hydraulico *Athenaeus* libr. IV. κατεστραμμένοι γὰρ εἰσὶν οἱ αὐλοὶ εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ ἀρασσομένου τοῦ ὕδατος ὑπὸ τινὸς νεανίσκου, ἔτι δὲ διικνουμένων ἀξόνων διὰ τοῦ ὀργάνου ἐμπνέονται οἱ αὐλοί, καὶ ἦχον ἀποτελοῦσι προσηνῆ. non autem alibi temere quid de Tyrrhenio αὐλῷ inveneris, quam apud nostrum. *Pollucis* autem nostri verba interpretatur *Iul. Scaliger* I. *Poët.* 20. licet eum non nominet. Ea ob elegantiam, et quo melius intelligas inde ascribimus: *Altera* (Tyrrhenorum tibia) *fuit non singularis, sed composita ex duobus tubulis: quasi inversa Syrinx. Namque inferne tubus minor inflabatur bucca: unde spiritus in maiorem subibat, movebatque aquam quae intus erat: atque ex ea multisonam edebat harmoniam. Id quod de Ctesibii quoque hydraulo coniicere possumus.* IUNG.

τῶν δὲ ἄλλων αὐλῶν] C. A. τῶν δὲ αὐλῶν μέρη· ita et *Salmas.* KUEHN.

τῶν δὲ ἄλλων αὐλῶν] MS. τῶν δὲ αὐλῶν sine ἄλλων. IUNGERM.

τρυπήματα καὶ βόμβ. etc.] MS. καὶ τρυπ. καὶ β. καὶ ὅλμοι. βόμβυκες vero quae hic inter partes tibiae, *Hesychio* exponuntur γένος αὐλῶν, ipsae tibiarum species. et apud eundem in Laconico βόμβυρ (nec enim emendandum puto) est αὐλοῦ εἶδος etiam. et *Etymologo*: βομβύκη, ὄνομα αὐλητρίδος. παρὰ τὸν βόμβον τῶν αὐλῶν. καὶ βόμβυξ αὐλοῦ τι εἶδος. Imo sic *Pollux* ipse infra IV, 82. τὸ τῶν βομβύκων αὔλημα. Ὅλμοι vero partes tibiarum, accedant ad alias eius vocis significationes, quas attulerunt. Iung.

ὑφολμίαι] C. V. ὑφόρμια. C. A. ὑφόλμια. *Hesych.* ὑφόλμιον μέρος τι τοῦ αὐλοῦ πρὸς τῷ στόματι, ἢ αἱ γλωττίδες καὶ ὑπόθεμά τι. *Salmas.* ὅλμον καὶ ὑφόλμια. Kuehn.

ὑφολμίαι] Pro ὑφολμίαι MS. ὑφόρμια habet. Sed legendum puto ὑφόλμια. *Hesych.* ὑφόλμιον, μέρος τι τοῦ αὐλοῦ πρὸς τῷ στόματι, ἢ αἱ γλωττίδες. Iung.

ὑφολμίαι] Pro ὑφολμίαι habes iam ὑφόλμια ex correctione *Kuehnii* Nostri.

φορβειὰ δὲ προσ.] *Schol. Aristoph.* fol. 331. φορβειαί εἰσι τὰ δέρματα τὰ περὶ τὸ στόμα τῶν αὐλητῶν προσδεσμευόμενα, ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον, ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσῃ. MSS. habent φόρβια. quae scriptura est et apud *Suidam.* indeque ἐμπεφορβιωμένος apud *Aristoph. Avib.* 864. quod forte reponendum mox. Not. autem quod illic *Schol.* ex *Herodiani* quodam libro annotat: τὸ φορβειὰ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται καὶ ὀξυτόνως. Seb.

φορβειὰ δὲ προσ.] C. A. φορβία. C. V. καὶ φόρμια δέ. *Hesych.* habet φορβέα φορβαία et φορβειά. *Aristoph. Scholiastes* addit φόρβιον, monetque ex *Herodiani* regulis quod scribatur vox per ει et ὀξυτόνως in *Avibus.* Kuehn.

φορβειὰ δὲ προσ.] MS. καὶ φορβία δὲ προσήκοι τ. Iung.

τῇ φορβειᾷ κατειλημμένον, ἐμπεφορβημένον ἔλεγον.] C. V. τῇ φορβ. κατ. ἔλεγον ἂν ἐμπεφορβιωμένον. et ita etiam leg. C. A. nec *Aristophanes* aliter, ad cuius locum respicitur, qui est in *Avibus*,

οὔπω κόρακ' εἶδον ἐμπεφορβιωμένον. Kuehn.

τῇ φορβειᾷ κατειλημμένον, ἐμπεφορβημένον ἔλεγον.] MS. Τῇ φορβιᾷ κ. ἔλεγον ἂν πεπορβιωμένον. unde emendatio iam patet, legendum enim pro vulgato, ἐμπεφορβημένον, ἐμπεφορβιωμένον, sicut apud *Aristoph.* ἐν Ὄρνισι extat et *Suidas* adfert in φόρβιον. ita enim adpellat hoc αὐλητικὸν δέρμα. Vocabulum vero φορβειὰ (quod in MS. φορβία et φορβιὰ adnotavimus) varie scribitur, uti etiam ad lib. I. dixi. Apud

Hesych. est in hac significatione *φορβειὰ*, uti vulgo. et sic etiam ex *Aristoph.* et *Schol.* ipsius observant. IUNG.

τῇ φορβειᾷ κατειλημμένον, ἐμπεφορβημένον ἔλεγον.] *ἐμπεφορβιωμένον* pro priori *ἐμπεφορβημένον* Codicum scriptorum et *Aristophanis* auctoritate fretus in suum Codicem recepit *Kuehnius* Noster.

71.

περὶ αὐλοποιοῦ] C. A. omittit hic *καὶ τῆς ὕλης αὐτοῦ*, reiicitque ad illa *ἢ δὲ ὕλη* etc. ubi praemittit *περὶ ὕλης αὐλοῦ*. KUEHN.

περὶ αὐλοποιοῦ] In MS. nullus titulus, sed adnectuntur praecedentibus. IUNG.

ἢ χαλκὸς] Marginis est in C. A. KUEHN.

ἐλάφου] (*Elephanti*) pro, cervi. SEB.

ἀφῃρημένος] MS. *ἀφηρημένον*. IUNG.

κεραύλης] C. V. subiungit *τριηραύλης*, quod etiam habet margo C. A. KUEHN.

κεραύλης] MS. auctius: *καὶ κεραύλης, τριηραύλης, αὐλ.* supra etiam *τριηραύλην* nominarat I, 96. vulgati itaque suppleri possunt hic. De ceraule aliquid et *Buleng.* II. de Theatro 22. ubi interpretatur, qui *cornea tibia canit.* vid. et *Iac. Nicol.* IV. Epiphil. 8. qui tamen valde perverse hunc locum profert, et sic etiam interpretatur, scilicet *ὁ δὲ τοῖς αὐλοῖς χρώμενος αὐλητὴς, καὶ κεραύλης αὐλιτρὶς*, id est, *Is qui tibiis utitur tibicen, ceraules tibicina dicitur.* Imo *οὐδὲν ὑγιὲς* id est. clarum enim *Pollucem* hoc velle, qui tibia canit, dici masculino genere *αὐλητὴν*, et composita inde *κεραύλην, τριηραύλην*; esse etiam femininum *αὐλητρὶς*, ut ab aliis talibus. Nil apertius, Itaque ne moremur. IUNG.

κεραύλης] Auctius *Falckenburgius* ita in suo Codice habet: *κεραύλης, κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον τριηραύλης.* Ceterum illud *τριηραύλης* quod desiderabatur in prioribus ed. et tamen MSStorum auctoritate niti vides, *Kuehnium* Nostrum sequuti in textum *Pollucis* recepimus.

ἐπαινῶν] Omissis interiectis C. A. *ἔμπνους*. suprascriptum *εὔπνους*, post *μέγα πνέων* est *ἔντονον, ἀδρὸν* omittit. pro *κεραύλης* alii *κεφαλαν.* notante *Salm.* qui dein *ἔμπνους* non legit in MS. et *εὔτονον* pro *ἔντονον*. KUEHN.

ἐπαινῶν] Sequentia *σοφὸς* etc. *ἴδιον* cum mediis desunt in MS. malim fere pro *κἂν* in vulgatis legere *καί*. IUNG.

72.

ἔμπνους] Deest *ἔμπνους* et *ἀδρόν* in MS. IUNG.

ἔντονον] C. A. supra scriptum habet *ῥύθιον*. quod a

C. V. plane abest, dein in textu C. A. *γλυκὺ πνεῦμα* etc. *ἐπαγωγόν. τὸ δὲ πνεῦμα καὶ φ. καὶ αὔλημα. ὁ δὲ φαῦλος αὐλὸς* etc. KUEHN.

ἰσχυρὸν, ὄρθ. etc.] Desunt in MS. *ἰσχ. ὄρθ.* et *βί. ἡδύπνουν.* et *τὸ γὰρ λιγ. ποι.* desunt. IUNG.

λιγυρὸν] MS. *ληγυρόν.* ad *γοῶδες* (quod in MS. cum *θρηνῶδες* deest) *H. Steph.* hic adnotavit ex superioribus III, 100. *γοωμένη.* IUNG.

ἀποδέξαι] *ἀποδέξαι* et sequentia in MS. desunt usque ad *ὁ δὲ φαῦλος* etc. IUNG.

73.

διάβροχος] Dein in C. A. margine *καὶ ἐξηυλημέναι γ. αἱ παλαιαί.* KUEHN.

διάβροχος] *διάφθορος* MS. pro *διάβροχος. ἔξαυλος* vero deest. ad *ἐξηυλημέναι γλῶτται H. Steph.* hic adnotavit, *γλῶτται αὐλῶν.* infra IV, 70. scilicet nempe haec capienda esse de extritis tibiarum ligulis et vetustis. IUNG.

αὔλημα δὲ] C. A. *καὶ αὔλημα ὄρθιον, ἀφ᾽ οὗ καὶ νόμος ὄρθιος.* caetera absunt usque ad sequens caput. KUEHN.

αὔλημα δὲ] MS. *καὶ αὔλιμα δὲ ὄ.* IUNG.

στερεὸν] *στερεὸν* et cetera huius capitis in MS. *λείπει.* IUNGERM.

μονόκλονον] In vulgatis notandum *μονόκλονον*, de quo *αὐλήματι* nil reperio, nisi hoc *Hesychii*, si forte huc spectet, *μονολόγιστον, μονόκλονος.* IUNG.

74.

εἴδη ὀργάνων.] C. A. *περὶ αὐτῶν* (leg. *αὐλῶν*) *εὑρεθέντων ἔθνεσιν.* KUEHN.

εἴδη ὀργάνων.] Caput hoc sine titulo cum priori in MS. cohaeret, nec in hoc toto Capite ullus in MS. titulus. Ceterum hic titulus non aptus quoque est qui vulgo: *εἴδη ὀργάνων.* Agitur non *περὶ εἰδέων* sed unius saltem *ὀργάνου, δηλονότι τοῦ αὐλοῦ.* IUNG.

πλάγιος] Horum meminit *Longus* meus I. *Poemen.* ubi *αὐλοὶ πλάγιοι* inter alia suspensa in auro Nympharum. IUNGERM.

λώτινος] *Ex loto facta tibia*, quam *Alexandrini φώτιγγα* dixerunt. *Athenaeus* in fine lib. I. *Aelianus* lib. VI. H. A. cap. 51. *φωτίγγιον.* KUEHN.

εὕρημα. πλαγ.] MS. *εὕρεμα πλαγίαυλον δ᾽ αὐτ.* sic enim et MS. pro quo male vulgo antea edebatur *πλαγίαλον:* quod mendum et *Rhodiginus* sequutus est IX. antiq. 7. Meminit huius tibiae et *Theocritus Bucolisco:*

κῆν αὐλῷ λαλέω, κῆν δώνακι, κῆν πλαγιαύλῳ.
ad quem locum vid. *Heinsii* nostri lect. *Theocrit.* cap. 24. ubi de lepido dicto *σοφοὶ μέχρι πλαγίου καλάμου καὶ σύριγγος.* vid. et *Bulenger.* II. de Theatro c. 21. *ubi etiam curvam tibiam* interpretatur. Quod non probatur *Iul. Scaligero* I. Poët. 20. ubi sic dictam ait, *non quod esset curva, ut quidam sunt arbitrati: sed quia ab latere inflabatur, quemadmodum et Germaniça.* Iung.

πλαγίαλον] Scr. In versione *πλαγίαυλον*, ut est in Gr. Sedebus.

πλαγίαυλον] Margo C. A. usque ad *φρυγίᾳ Θεῷ.* Kuehn.

πλαγίαυλον] Editio Basileensis *πλαγίαλον*, quod sphalma a *Kuehnio* Nostro et *Falckenburgio* quoque observatum inque *πλαγίαυλον* mutatum est.

Λίβυες] MS. *Λιβύες.* Iung.

ἔλυμος etc.] Hunc locum adfert *Turneb.* lib. XXX. advers. cap. 59. ubi de buxo materia *Phrygiae* tibiae. ubi et forte *Elymum Virgilianum* ab illa tibia nomen adeptum esse. Iungerm.

τὸ δὲ εὕρημα] MS. *τὸ δὲ εὕρημα φ.* et dein ita: *κ. δὲ ἑκατέρων τῶν αὐλῶν ἀν.* an forte scripsisse debebat *ἑκατέρῳ.* dein in vulgatis illud *αὐλῇ* quis non corruptum videt? MS. rectius longe et alia distinctione ita: *πρόσεστιν. αὐλεῖ δὲ τῇ Φρυγίᾳ Θεῷ ἱππόφορβος.* quomodo et paulo post de *μοναύλῳ* loquitur. Attamen post *Θεῷ* retineo punctum vulgatum. Autumo enim de *ἐλύμῳ* tantum dictum, illam canere matri Deorum. De *ἱπποφόρβῳ*, et cui usui destinatus, eiusque materia enim iam agitur. *Ἱπποφόρβον* autem habere *Aldinam* editionem video monere doctiss. *Sylburgium* Notis ad Mytholog. Musarum Linoceri. Iung.

ἑκατέροις τοῖς αὐλοῖς] C. A. et V. MStus *ἑκατέρων τῶν αὐτῶν*, unde leg. *ἑκατέρῳ τῶν αὐλῶν*, aut si *Hesychium* audimus, *ἑτέρῳ τῶν αὐλῶν, alteri tibiae adhaerens cornu*, sinistrae scilicet, ita enim ille in *ἐγκεραύλης ὁ τοῖς Φρυγίοις αὐλῶν, ἔχει γὰρ ὁ ἀριστερὸς προσκείμενον κέρας.* Kuehn.

προσέστιν] Hic ponit *τελείαν στιγμὴν* C. A. quod omnino admittendum. Kuehn.

προσέστιν, αὐλῇ τῇ etc.] Ita distinxit correxitque hunc locum *Kuehnius* Noster: *πρόσεστιν. αὐλεῖ δὲ τῇ Φρ.*

αὐλῇ] C. V. *αὐλεῖ δέ*, quod etiam videtur agnoscere C. A. quando post *αὐλῇ* habet *δέ.* canit autem tibia illa Deae Phrygiae id est *Cybelae.* vid. *Athenaeum* fine lib. IV. *Deipnos. Salmas.* legendum ait *πρόσεστι τῇ Κυβέλῃ.* Kuehn.

ἱπποφόρβος] C. V. coniungit cum praecedentibus legitque *ἱπποφόρμος*. C. A. *ἱππόφορβος* et dein *τοῦτο εὕρον*. C. V. *πρὸς τὰς ἴ. ν.* KUEHN.

ἱπποφόρβος] Nota MS. scripturam *ἱππόφορβος*. ita enim scribendum, non ut *H. Steph.* in Thesauro, *ἱπποφορβός*. IUNGERM.

ἱπποφόρβος] *ἱππόφορβος προπαροξυτόνως* pro priori *ἱπποφόρβος παροξυτόνως* ex correctione *Kuehnii* Nostri.

σκηνῆται] *Falckenburgius* Noster ex MSto ad oram sui Codicis ponit, *κελευίται*.

πρὸς ἵππων] MS. *πρὸς τὰς ἴ.* et *δάφνη, τῆς ἐντερ. ἐ.* sine illis *τοῦ φ. γ.* et *γάρ*. Sic fere ante IV, 71. pone autem post *ἐξαιρεθείσης* punctum cum MS. cetera enim *ὀξὺν ἦχον* (ubi MS. male *εἶχον*) et seqq. de tibia ipsa narrat. IUNG.

τοῦ φλοιοῦ] Abest a C. A. qui pergit *δάφνη τῆς ἐντεριώνης ἀφῃρεθείσης ὀξὺν ἦχον ἀποτελεῖ*. KUEHN.

ἐξαιρεθείσης] P. *ἀφειρεθ.* SEB.

καὶ τῶν ἵππων] Margo C. A. *etiam equos acutissimo sono demulcens*. KUEHN.

καθικνούμενον] MS. *καθικνούμενον* interpreter *percellentem equos*. Et indico tibi locum *Aelian.* lib. XII. *περὶ ἰδιωμ. ζῴ.* c. 44. ubi plura habes de hoc ritu Libyum pascendi equos ad tibias, quas ipse quoque conficere eos ait *ῥοδοδάφνης κλάδον κοιλάναντας*. IUNG.

75.

εὕρημα μέν ἐστιν Αἰγυπτ.] *μὲν* abest a C. A. ut et seqq. *μέμνηται δ' αὐτοῦ Σ. ἐ. Θ.* KUEHN.

εὕρημα μέν ἐστιν Αἰγυπτ.] MS. iterum *εὕρεμα*. deest *μὲν*, et ista, *μεμν. δ' α. Σ. ἐ. Θ.* IUNG.

ἐν Θάμυρι] *Athen.* lib. I. fol. 20. [*Σοφοκλῆς*] *τὸν Θάμυριν διδάσκων* etc. Idem tamen alibi *Σοφ. ἐν Θαμύρᾳ*, ut lib. IV. fol. 175. 183. 637. In vita *Sophoclis* legitur *ἐν μόνῳ τῷ Θαμύριδι*. vid. *Casaub.* in *Athen.* fol. 306. SEB.

ἐν Θάμυρι] *τελείαν στιγμὴν* posuimus post illa *ἐν Θάμυρι*. ne scilicet sequentia pro verbis *Sophoclis* acciperentur, uti quidem ab *Interprete* factum vides. Ceterum in Codice *Falckenburgii* ad oram post *ἐν Θάμυρι*, habentur haec: *τὸ εὕρημά ἐστιν Αἰγυπτίων*, quae tamen paulo ante praecesserunt.

αὐλεῖ etc.] *Salmas.* monet verba, *αὐλεῖ δὲ* etc. non esse *Sophoclis*, sed *Pollucis:* quo tangit *Interpretem*. KUEHN.

τὸν] MS. bene *τὸ* pro *τόν*. Nec est hic versus *Sophoclis* ullus, ut vulgatus prae se ferre videtur. Sed post *Θά-*

μυρί est interpungendum ita: *Θάμυρι. αὐλεῖ δὲ* etc. Scilicet ille tibia canendo potissimum nuptiali carmini inservit: ut supra parili modo de *πλαγιαύλῳ* loquebatur IV, 74. *αὐλεῖ δὲ τῇ Φρυγίᾳ Θεῷ.* Eiusmodi etiam fuerunt scilicet, *αἳ αὐλοῦσι τὸ γαμήλιον*, illae *σύριγγες γαμικαὶ*, quibus adit *Dorco Dryantem*, filiam in uxorem petens, apud *Longum Ποιμενικ. ἀ.* Et *Nonnus* lib. V. *Dionysiac.* Et lib. V. *Καὶ γαμίῃ σύριγγι συνέκλαγον ἀόνες αὐλοί.* IUNG.

λέγεται δὲ] Margo C. A. omittit *καὶ* ante *Φρύγας.* KUEHN.

εὑρεῖν] MS. *εὑρεῖν μόναυλον αὐλόν.* an *αὐλὸν* delendum, et solum *μόναυλον* retinendum? ut scilicet intelligamus praeter *μόναυλον* ab Aegyptiis inventum, etiam *Phrygas* invenisse *μόναυλον θρηνητικόν*, alias de his *αὐλοῖς θρηνητικοῖς*, et *Phrygum* inventione, Carumque usurpatione, vid. heroëm nostrum coniectaneis ad *Varron.* libr. VI. de ling. Latin. verbis, *in libro qui scribitur nomina barbarica*: unde noster *Pollux* illustrari potest. Hinc etiam *Hier. Magius* I. Miscell. 13. ista adfert, ubi de tibiis lugubribus agit. IUNG.

αὐλὸν θρηνητικὸν] Vide *Hier. Mag.* Miscell. I, 13. et *Kirchmann.* de funeribus *Rom.* II, 6. SEB.

αὐλὸν] C. A. *μόναυλον θ.* C. V. *μόνον αὐλὸν* ascripta nota, quod *Martialis* MStus etiam habet *mononaulon*, ubi vulgo monaulon. KUEHN.

θρηνητικὸν] *θρηνητικὸς*, *luctificus*, *in Glossis.* KUEHN.

ᾧ κεχρῆσθαι] MS. *ᾧ χρῆσθαι.* IUNG.

θρηνῶδες γὰρ τὸ αὖλ.] C. A. *θ. δὲ αὔλημα τ. Κ.* C. V. *θρ. γάρ τι αὔλημα.* KUEHN.

θρηνῶδες γὰρ τὸ αὖλ.] MS. *θρηνῶδες δέ τι αὖλ.* IUNG.

θήριος] Leg. *θήρειος*, ut *θήρειος τροφὴ cibus a feris animalibus petitus*, *ferina caro*, *victus ferinus.* KUEHN.

θήριος] Nisi forte *θήρειος* potius legendum existimemus, ait *H. Steph.* in Epistola de suae Typographiae statu, ubi vulgarium Lexicorum deliria super hac voce corrumpenda insuper indicat. Coniecturam suam etiam in Thes. repetit. Sed *θήριος* habet etiam MS. et *Iul. Scalig.* I. Poët. 20. qui ait dictum a *ferarum ossibus.* IUNG.

θήριος] *θήρειος* damus iam tibi ex correctione *Kuehnii* Nostri pro priori *θήριος.*

ἐκ νεβροῦ κώλων] Ad illa *ἐκ ν. κώλ. H. Steph.* addidit interpretem, *ex hinnulorum ossibus.* IUNG.

εἰργάσαντο] MS. male *εἰργάσατο.* IUNG.

καὶ κέρατι μὲν αὐλεῖν etc.] Margo C. A. usque ad ἐπωνόμασται. KUEHN.

καὶ κέρατι μὲν αὐλεῖν etc.] MS. male αὐλήν. IUNG.

76.

γίγγρας δέ τις] Vid. prov. *Carica Musa*. ubi *Erasm.* alibi γίγγρην legi ostendit. SEB.

γίγγρας δέ τις] C. A. γ. δὲ μικρός τις α. γ. καὶ θρηνητικὸν ἦχον ἀφιεὶς Φ. μὲν τὴν εὖ. π. δὲ τῇ Καρικῇ M. C. V. etiam ἀφιείς. caeterum *Eustath.* in *Homer. Iliad.* γίγγρην vocat *Adonim* et tibiolam, γίγγραινον ex *Athenaeo*, qui γίγγρην per η habet. vid. et *Hesych.* in γίγγρι, γιγγρίαι, γιγγρός. *Hesych.* γιγγρίαι, αὐλοὶ μικροὶ ἐν οἷς πρῶτον μανθάνουσι, qui autem tirones utebantur huiusmodi tibiis, dicebantur χρηνίζειν *gingrire*. vid. *Athenaeum* libr. IV. c. 25. vid. et *Glossas* in *gingriva*, *gingrum*, *gingriunt*. KUEHN.

γίγγρας δέ τις] MS. auctius, γίγγρας δὲ μικρός τις αὐλισ. IUNGERM.

θρηνητικὴν] MS. θρηνητικὸν ἦχον ἀφιείς, φοῖνιξ μὲν τὴν etc. De gingrina aliquid *Iun.* Nomenclator. cap. de musicis instrum. et *H. Magius* I. Miscell. 15. IUNG.

ἀφίησι] *Kuehnius* Noster e MSStis suis ἀφιείς iam reposuit pro priori ἀφίησι.

μούσῃ τῇ Καρικῇ] MS. alio ordine, τῇ Καρικῇ Μούσῃ. IUNGERM.

γλῶττα] MS. γλῶσσα. Idem tradit *Athenaeus* lib. IV. γίγγρην *Adonidem* dictum, ut adnotat *Casaub.* IV. *Athen.* 25. ubi etiam vid. de hac tibiola vid. et Adagiorum Scriptorem Adag. *Carica Musa*, ubi etiam adnotat se apud *Pollucem* hic γίγγραν invenire scriptum, quum apud *Athen.* scilicet γίγγρην sit. sed hoc perinde est. Adde si lubet et *Buleng.* II. de Theat. 25. IUNG.

ὁ αὐλὸς] ὁ non agnoscit C. A. ut nec οἱ ante Ἀνδροφάγοι. KUEHN.

ὁ αὐλὸς] Deest ὁ in MS. dein est Σκύθαι. IUNG.

Σκῦθαι] Σκύθαι *Kuehnius* in Codice suo pro Σκῦθαι.

οἱ Ἀνδροφ.] Deest οἱ. Μελάγγλαινοι etiam MS. habet, nec aliter *Rhodigin.* agnovit IX. antiq. 7. ante in vulgatis male alterum λ deerat. IUNG.

Ἀριμασποὶ] MS. Ἀριμάσποι penacute. IUNG.

αὐλητικῶς] *Salmas.* leg. αὐλητικοῖς pro αὐλητικῶς. KUEHN.

77.

ἐκ καλάμων] *ἐκ* tantum superscriptum in C. A. KUEHN.

προσήκει] C. V. *προσήκοι convenire queat.* KUEHN.

προσήκει] MS. *προσήκοι.* IUNG.

εὕρημα] MS. *τεῦρεμα.* IUNG.

ἐκ καλ. κριθ.] In C. A. superscripta haec sunt. KUEHN.

ἐκλήθησαν δὲ] *δὲ* omittit C. A. in textu, nihilominus tamen suprascriptum est. KUEHN.

Citharistriae] *αὐλοὶ κιθαριστήριοι,* quibus citharae accinunt, vide infra IV, 81. SEB.

μεσοκόποι] MSS. *μεσόκοποι. Hesych. μεσοκόποι αὐλοὶ, ἐνδεέστεροι τῶν τελείων, μέσοι.* SEB.

μεσοκόποι] C. A. *μεσόκοποι.* in *Athenaeo μουσοκόπους* legimus. forte et ibi fuit olim *μεσοκόπους,* ita enim dicebatur tibia mediae formae. vid. *Hesych.* in *μεσοκόποι αὐλοὶ,* nt iam supra notatum. KUEHN.

μεσοκόποι] MS. *μεσόκοποι.* at alterum habet et *Hesychus: μεσοκόποι αὐλοὶ, οἱ ὑποδεέστεροι τῶν τελείων, μέσοι.* nec aliter apud eum legendum literarum series ostendit. An itaque et apud *Athenaeum* lib. IV. ubi: *οἴδασι δὲ καὶ τοὺς διόπους, ἔτι τε μουσοκόπους, καὶ τοὺς καλουμένους παρατρήτους,* legendum *μεσοκόπους?* Placuit tamen illud *μουσοκόπους* interpreti *Dalechampio,* qui insuper apud *Athenaeum* explicat, *quasi musis dignas: aut Musas defatigantes.* et *Rhodiginus* etiam musocopi habet IX. antiq. 7. Utut sit, iam magis *μεσοκόπους* ex *Polluce* apud *Athenaeum* repono, quod video eruditorum Principem *Casaubonum* IV. *Athen.* 24. illos *μουσοκόπους* non reperire, et rectam scripturam putare *μεσοκόπους,* ut etiam Breviator scribit. IUNG.

σύριγγες, τέλειοι] *Salm. σύριγγες τέλειαι,* quod nollem. KUEHN.

σύριγγες, τέλειοι] MS. *σύριγγες τέλ.* absque interpunctione. IUNG.

ὑπόπτεροι] *Athenaeus ὑπότρητον* inter tibias numerat omisso *ὑποπτέρῳ.* KUEHN.

ὑπόπτεροι] Quinam *σύριγγες ὑπόπτεροι,* sicuti et in MS. legitur? *Salmasius* noster coniicit eum forte *τελείοις ὑποπτέρους opponere:* vel *ὑποπτέρους* esse qui *ταχεῖαν φωνὴν emittunt.* IUNGERM.

καὶ Ἀθηνᾶ] Marginale C. A. ad finem usque sectionis. KUEHN.

ἢ μάλ.] C. A. et V. *ᾧ.* KUEHN.

ἢ μάλ.] MS. *ὦ* pro *ἢ*. Iung.

ἢ μαλ.] *ὦ μάλιστα Νικωφ.* reposuimus e MSStis.

ὕμνον] C. A. et V. *νόμον*, non *ὕμνον*, et iam supra IV, 66. huius nomi praecessit mentio, nec aliter *Plutarchus* de *Musica*. vid. et *Hesych.* in *ἁρμάτειον μέλος*. *Plato ἔδοξας τοῦ τῆς Ἀθηναίας νόμου προαύλιον στομαυλῆσαι* in *Cratylo*. Kuehn.

ὕμνον] MS. *νόμον* pro *ὕμνον*. Iung.

ὕμνον] *νόμον* iterum MSStos sequutus pro priori *ὕμνον* *Kuehnius* in suo Codice correxit.

ἰδουθοὶ] C. A. *ἰδοῦθοι*. Kuehn.

ἰδουθοὶ] MS. *ἰδοῦθοι*. *Iul. Scaliger* I. Poët. 20. nostrum non obscure perstringens, *Iduthum autem*, ait, *nomine tenus, ut pleraque alia, sine ullâ declaratione inter tibiarum species recensuere*. Iung.

ἰδουθοὶ] *Falckenburgius* Noster *ἰδοῦοι* e MSto habet.

78.

περὶ ἁρμον. etc.] C. A. *αὐλητῶν νόμων Ὀλύμπου λοιπῶν*. Kuehn.

περὶ ἁρμον. etc.] Titulus in MS. deest, uti iam dixi. Iungerm.

αὐλητικὴ] C. A. *αὐλητικαὶ* quasi ante fuisset *ἁρμονίαι*. Kuehn.

Λωριστὶ] MS. *Λωριστὴ*, *Φρυγιστιλύδιος*, *καὶ Ἰ.* corrupte, credo. dicit enim et *Aristoteles ἢ Λωριστὶ, ἢ Φρυγηστὶ* etc. VIII. Politic. 5. Iung.

Φρυγιστὶ] Suprascriptum in C. A. *ἁρμονία σύντονος* est auctior et concitatior. Kuehn.

Λυδιστὶ, ἣν Ἄνθιππος ἐξεῦρε] Margo C. A. ad *ἐξεῦρε*. caeterum pro *Ἄνθιππος* C. A. et V. *Ἄντιφος προσεξεῦρε*. C. V. *ν* addit in fine. Kuehn.

Λυδιστὶ, ἣν Ἄνθιππος ἐξεῦρε] MS. *καὶ Λυδιστὶ ἣν Ἄντιφος προσεξεῦρεν*. *Antiphus* itaque vocatus ille secundum MS. qui hanc harmoniam invenit, cuius inventores alii, ut Graeculi in his fecundi sunt, alios faciunt: ut *Olympum*, *Melanippidem*, *Torebum*, uti apud *Plutarch. περὶ μουσ.* videre potes. Apud *Suidam* est, *Ἄντιφος, ὄνομα κύριον*, nil praeterea. Iung.

Λακωνικὸν] MS. *Λακονικόν*. *Plut. περὶ μουσ. καθάπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι, παρ' οἷς τὸ καλούμενον Καστόρειον ηὐλεῖτο μέλος, ὁπότε τοῖς πολεμίοις ἐν κόσμῳ προσίεσαν μαχησάμενοι*. Iungerm.

ἐν μάχαις] P. *μάχῃ*. Seb.

ὑπὸ τὸν ἐμβ. ῥυθμ.] Ad rhythmum quem vocant *ἐμβατήριον*, de quo supra aliquid. Kuehn.

θεραχιὸν] C. A. et V. *ἱεράκιον δὲ*, ita fortasse legendum inquit *Salmas*. Kuehn.

θεραχιὸν] MS. *ἱεράκιον*, non *θεράκιον*. et rectius puto. De Hierace paulo post *Pollux*. *Θεράκιον* qui noverit alias, praeter vulgatos codices, haud novi. Iung.

θεραχιὸν] *ἱεράκιον* iterum *Kuehnius* Noster reposuit, et ita legit quoque e MSto *Falckenburgius* in suo Codice.

ὃ ταῖς ἀνθεσμοφόροις] C. V. *ὃς ταῖς ἀνθεσφόροις ἐν Ἥρᾶς ἐ.* C. A. *ἐν Ἥρας*. hae lectiones confirmant emendationem *Meursianam* in *Graecia Feriata*, ubi recte legit: *ὃ ταῖς Ἀνθεσφόροις ἐν Ἥρας ἐ. quod virginibus Anthesphoris in Templo Iunonis tibia accinebant.* addit festum innui *Iunonis* cognomento *Ἀνθείας*, quam ab Argivis cultam *Pausanias* in *Corinthiacis* commemorat. plena fuisset emendatio, si etiam *θεραχιὸν* in *ἱεράκιον* mutasset, ut MSSti habent. Kuehn.

ὃ ταῖς ἀνθεσμοφόροις] MS. *ὃ ταῖς ἀνθεσφόροις ἐν Ἥρᾶς ἐπηύλουν*. quanto rectius quam vulgatum *ἀνθεσμοφόροις*. *αἱ ἀνθεσφόροι*, credo, *ἀπὸ τῶν ἀνθεσφορίων*, quae *Proserpinae* festum, uti ipse *Pollux* nos docuit supra I, 37. de *Ἥρᾶς* nescio quid dicam, quum hoc non intelligenti vulgatum *Ἥρος* scilicet *ὥρᾳ* videatur rectius. Iung.

ὃ ταῖς ἀνθεσμοφόροις] *Falckenburgius ἀνθεσφόροις*, uti quoque *Kuehnium* Nostrum secuti iam in textum recepimus. cui et sequens *Ἥρας* pro priori *Ἥρος* debes. Ad oram autem Codicis *Falckenburgii* ab alicna, si recte e literarum ductu coniicio, manu citatur *Meursii* Graecia feriata in *Ἀνθεσφόρια*.

Μαρσίου] *Ald.* et *Flor. Μαρσύου. Marsyas* inventor *σύριγγος καὶ αὐλοῦ. Athen.* libr. V. fol. 184. Seb.

Marsii] Scr. *Marsyae*. Seb.

Μαρσίου] C. A. et V. *Μαρσύου Marsyae*. Kuehn.

Μαρσίου] MS. *Μαρσύου*. recte. *Marsyas* ille Olympi fuit doctor, de quo vid. *Plut. περὶ μουσικῆς. Bulenger.* I. de Theatr. 21. scribit: *Marsyas* et Olympus Phryges tibiam invenerunt, Sirites expolivit, ut *Pollux* lib. IV. hoc tamen *Pollux* certe non ita dicit, sed de *νόμοις* sal'em, qui etiam post repertam tibiam potuerunt addi, loquitur. non tamen nego alios id tradidisse, illos nimirum inventores tibiae; quod *Plutarchus περὶ μουσ.* verum esse negat. De Sirite

iubet etiam nos adire ad *Pollucem* huc *Casaubon.* XIV. *Athen.* 1. ego tamen illius nullam mentionem fieri video. IUNGERM.

Μαρσίου] *Μαρσύου Kuehnius* Noster pro priori *Μαρσίου.*

79.

ὁ δὲ Σακάδα νόμος] *Plutarch. περὶ μουσικῆς* fol. 437. fin. *γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος, ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων. ὁ δ' αὐτὸς καὶ ποιητὴς ἀγαθὸς, καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται.* In pr, edit. *ὁ δὲ Σακοδονόμος*, nihili verbum. *Casaub.* in *Athen.* lib. XIII. fol. 9. SEBERUS.

ὁ δὲ Σακάδα νόμος] *Pausan.* non semel *Σακάδα* in casu gignendi, *ὃς τὸ αὔλημα τὸ Πυθικὸν πρῶτος ηὔλησεν ἐν Δελφοῖς.* C. A. haec de *Sacada* in margine. MSSti *Σακαδά.* KUEHN.

ὁ δὲ Σακάδα νόμος] *Casaub.* XIII. *Athen.* 9. *Moneo etiam emendandum apud Pollucem nihili verbum Σακαδονόμος, et scribendum, Ὁ δὲ Σακάδα νόμος.* ubi et alia de *Sacada.* praeclare autem ita emendavit; et ab eo tantum retulit Noster *Seberus.* Prorsus enim ita in MS. nostro, nisi quod accentus variet: *ὁ δὲ Σακαδὰ νόμος.* IUNG.

ὁ δὲ Σακάδα νόμος] Prior editio Basileensis *Σακοδονόμος*, pro quo *Falckenburgius Σακάδα νόμα*, uti in ultima *Seberi* erat, reposuit, idem fecerat et *Kuehnius* Noster.

οἱ δὲ Εὐΐου, κύκλιοι] C. A. *συΐου.* C. V. *οἱ δὲ συιουκύκνοι καὶ Ὀλύμπου* etc. quid si legendum, *οἱ δὲ Μαρσύου κύκλιοι*, uti de Olympo statim sequitur? ita credibile est de *Marsyae* modis aliquid praecessisse. Olympi *νόμους* laudat *Aristophanes* in *Equitibus.* KUEHN.

οἱ δὲ Εὐΐου, κύκλιοι] MS. noster monstrose, *οἱ δὲ σύϊου κύκνοι καὶ Ὀλ.* Pro vulgato videntur illa *Hesychii: κύκλειοι, αὐλοί. οὕτω τινὲς ἐκαλοῦντο, εἶεν δ' ἂν οἱ χορικοί.* et quod ex *Max. Tyrii* Serm. VII. adferunt, *καὶ καλὸν μὲν τοῖς Λακεδαιμονίοις τὸ ἐμβατήριον, Ἀθηναίοις τὸ κύκλιον.* IUNG.

οἱ δὲ Εὐΐου, κύκλιοι] *κύκλοι* ex MSto pro *κύκλιοι* habet Codex *Falckenburgii.*

ἐπιτύμβιοι] MSSti *ἐπιτυμβίδιοι.* et hic desinit margo C. A. KUEHN.

ἐπιτύμβιοι] Pro *ἐπιτύμβιοι* MS. *ἐπιτυμβίδιοι.* IUNG.

ἱεράκιος] MSS. *ἱέρακος.* SEB.

ἱεράκιος] C. A. *ἱέρακος.* C. V. *ἱέρακας*, sed *ο* impositum *τῷ α.* KUEHN.

ἱεράκιος] MS. *ἱέρακος.* De *Schoenione* dein apud *He-*

phaestionem c. *περὶ τοῦ ἐλεγείου μέτρου*, carminis, *τοῦ καλουμένου Κρατινείου*, hi versus e. g. adferuntur:

Εὔϊε κισσοχαῖτ' ἄναξ χαῖρ' ἔφασκε Φαντίδης.
πάντα φορητά, πάντα τολμητὰ τῷδε τῷ χορῷ,
πλὴν ξενίου νόμοισι, καὶ Σχοινίωνες, ὦ Χάρων. Iung.

ἐρώμενος] *ἐρώμενος* etiam in MS. repositum est, quum antea male esset *ἐῤῥωμένος*. Iung.

καὶ κλοκά] C. V. *καὶ κλόνια δὲ νόμοι αὐλητικοί*. ita in margine legit et C. A. habent autem nomen *κλόνια* ab inventore, qui *Κλονᾶς* dictus, natione *Arcas* vel Thebanus. ita *Πολυμνάστια* dicuntur modi tibiarum a *Polymnaste* excogitati. vid. *Plutarch.* de *Musica Salmas.* *καὶ Κλονᾶ δὲ ν. α. κ. σχ.* Kuehn.

καὶ κλοκά] Omnino in MS. vitium esse puto. quid enim est *κλοκά*? Et egregie, ni fallor, subvenit MS. in quo ita: *καὶ κλόνια δὲ νόμοι αὐλητικοὶ, ἀποθ.* si enim non fallor, *κλόνια* a Clona illo *τῷ πρῶτον συστησαμένῳ τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσῴδια*, uti *Plutarchus περὶ μουσικῆς* illum laudat, quique apud eundem nominatur: *Κλονᾶς δὲ ὁ τῶν αὐλῳδικῶν νόμων ποιητὴς, ὁ ὀλίγῳ ὕστερον Τερπάνδρου γενόμενος, ὡς μὲν Ἀρκάδες λέγουσι, Τεγεάτης ἦν, ὡς δὲ Βοιωτοὶ, Θηβαῖος.* Consonant et qui in Nostro iunguntur nomi, *ἀπόθετός τε καὶ σχοινίων*. nam et apud *Plutarchum* habes, *περὶ δὲ Κλονᾶ, ὅτι τὸν ἀπόθετον νόμον καὶ σχοινίωνα πεποιηκὼς εἴη, μνημονεύουσιν οἱ ἀναγεγραφότες*. quae et supra verba retulimus. Age vero si sic non placet, alio modo, et probabiliter valde emendabimus *Pollucem* ita: *Καὶ Κλονᾶ δὲ νόμοι αὐλητικοὶ ἀπ.* etc. Clonae scilicet nomi tibicini, *ἀπόθετος* et *σχοινίων*. de quibus et supra IV, 65. sed praestat forte ab MS. non mutare. Illam tamen coniecturam *Κλονᾶ* probavi valde *Salmasio* meo, aitque nil veritati magis esse consentaneum. Ingeniosissime alias ille alio modo emendabat in hisce et disserebat: sed cum ipse illa non ita adprobet, adscribere nolui. Verum hoc agnoscit. *τῶν ἀποθέτων*, ait, *ποιητὰς* vocat *Philostratus* antiquarum et reconditarum fabularum scriptores (locus autem *Philostrati* lib. X. Eiconum est hic: *ᾠδῶν δὲ μετὰ τῆς μίτρας, ἣν φασιν οἱ τῶν ἀποθέτων ποιηταὶ χάριτας καμεῖν*) quae paucis tunc temporis erant notae, ut iam obsoletae et ex medio vetustatis sinu petitae promptaeque. nam *ἀπόθετοι μῦθοι* vocantur et *ἀπόθετοι λόγοι*. quorum qui Auctores sunt, *τῶν ἀποθέτων ποιηταὶ* recte dicuntur. *Callimachus* qui *αἴτια* scripserat, in quibus explicabat causas antiquorum *μύθων*, et eorum origines enucleabat, *τῶν ἀποθέτων ποιητὴς* iure diceretur, ut

et alii infiniti, quos vidit Graecia, praecipue illi qui de Diis et sacris et antiquis Heroibus multa ἀπόῤῥητα suis scriptis consignarunt. Idem *Philostr.* ἡ τῶν θυσάντων ἐσθὴς καὶ τὰ ἐναγίσματα, ὦ παῖ, καὶ τὸ σφάττειν εἰς τὰ τοῦ Παλαίμονος ἀποκείσθω ὄργια· σεμνὸς γὰρ ὁ λόγος καὶ σφόδρα ἀπόθετος. Inde etiam putem *νόμον* illum αὐλῳδικὸν Clonae, ἀπόθετον dictum, quod multa recondita et abstrusa contineret de Diis, Deabus, aut iis denique rebus quas nescimus. Iung.

καὶ κλοκὰ] *Falckenburgius* ita legit hunc locum: κλόνια δὲ νόμοι αὐλητικοί, et ita reliqui quoque scripti Codices habent: *Kuehnium* tamen, uti alias, ita hic quoque sequuti ita in textum recepimus, Κλονᾶ δὲ νόμος αὐλητικὸς ἀπ. etc.

καὶ ἄλλο] C. A. omittit καὶ, et dein in margine: τὸ δὲ νηνίατον (C. V. κυνιάτον) ἐστὶ Φρυγῶν. caetera absunt. Kuehn.

νηνίατον] MS. νηννίατον ἔστιν Φρύγιον. cetera ἱππ. δ. α. μ. desunt: sicut et titulus sequens. de *Naenia* vero et quae hunc locum illustrant, vide apud aeternum illum literarum censorem *Ios. Scaliger.* coniectan. in *Varr.* lib. VI. de L. L. ad verba, in libro qui scribitur nomina Barbarica. Iungerm.

νηνίατον] *Falckenburgius* νινιάτον in suo Codice posuit.

80.

αὐτῶν] C. A. αὐλῶν. Kuehn.

αὐτῶν] In titulo huius tmematis, quem in MS. deesse diximus, corrigendum puto αὐλῶν pro αὐτῶν. Iung.

ὀδοντισμὸς] ὀδοντισμοῦ meminit etiam infra IV, 84. Iungerm.

τὸ μὲν γαμήλιον] P. τῷ γαμηλίῳ δύο ἦσαν αὐλοί. Seb.

τὸ μὲν γαμήλιον] A MSStis abest αὔλημα, et C. A. caetera ita exhibet: τῷ γαμηλίῳ ἦσαν δύο αὐλοί, μὲν supra scriptum. Kuehn.

τὸ μὲν γαμήλιον] MS. ita: γαμήλιον δύο ἦσαν αὐλοί, μειζωνάζερος, συμφωνία μὲν ὑποδηλοῦντες μείζονα δ' ὅτι χρὴ τὸν ἄνδρα. οἱ δὲ παρ. an μείζων ἄτερος σ. μ. ὑ. ὅτι μείζονα χρ. τ. α.? sed alii videbunt rectius. Iung.

μείζων ἄτερος] In textu C. A. μείζων ex correctione μεῖζον. post ἄτερος non interpungunt MSSti. C. V. ita: ἄτερος συμφωνία μὲν ὑποδηλοῦντες μείζονα δ' ὅτι χρὴ τὸν ἄνδρα. C. A. post ἀποτελοῦντες, μείζονα ὅτι χρὴ τὸν ἄνδρα οἱ δὲ etc. ex quibus legerem: συμφωνίαν μὲν ἀποτελοῦντες μείζων δὲ ἄτερος, ὅτι μείζονα χρὴ τὸν ἄνδρα εἶναι. *nuptiali cantui duae erant tibiae, concentum quidem edentes, altera tamen maior, quod*

maritus maior esse debeat, sua scilicet uxore, ut uxor inferior suo marito, secundum illud *Martialis:*

Inferior matrona suo sit, Prisce, marito:
non aliter fuerint femina virque pares. KUEHN.

μείζων ἄτερος] *Falckenburgius* ita legit e MSto: *μείζων ἄτερος, συμφωνίαν ὑποδηλοῦντες, μείζων δὲ τοῦ χρῆναι τὸν ἄνδρα.* sed *Kuehnius* Noster, cuius restitutiones in hac nova editione sequimur, pro priorum editionum: *μείζων ἄτερος συμφωνίαν ἀποτελοῦντες*, sequentia reposuit, *συμφωνίαν μὲν ἀποτελοῦντες· μείζων δὲ ἄτερος, ὅτι μείζονα χρὴ τὸν ἄνδρα (εἶναι).* Audi et meas nugas. Quid si in praecedentibus pro *δύο αὐλοὶ ἦσαν* legeremus *δ. ἀ. ἦσαν?* sed nihil muto.

ἀποτελοῦντες] A. *ὑποδηλοῦντες.* SEB.

παροίνιοι] Hemioliae erant tibiae. C. A. *τὴν δὲ ἰσότητα σ. π.* KUEHN.

ἴσοι δ' ἄμφω] MS. *ἴσοι δὲ ἄ. τὴν δ' ἰσ.* IUNG.

81.

Σπονδιακοὶ] MS. *σπονδιακοί.* De hisce tibiis vide *Turneb.* XVII. advers. 20. et *Bulenger.* II. de Theat. 25. *Artemidor.* I. Onir. 58. *αὐλεῖν δὲ Πυθικοῖς αὐλοῖς, πένθος σημαίνει*, ubi *Rigaltius* haec e *Polluce* adducit. Ait et hinc illas elaboratiores fuisse aliis tibiis *Leopard.* IX. Emend. 21. et XII. Emend. 9. capite repetito. IUNG.

ἄχορον αὔλημα] MSSti *ἄχρονον.* male, nam *ἄχορον* denotat quod sine choro canente assa tibia peractum fuerit *αὔλημα Πυθικόν. Strabo* lib. IX. *προσέθησαν δὲ τοῖς κιθαρῳδοῖς αὐλητάς τε καὶ κιθαριστὰς χωρὶς ᾠδῆς ἀποδώσοντάς τι μέλος ὃ καλεῖται νόμος Πυθικός.* potest et *ἄχορον* dici nomus *Pythicus*, quod careret choro ad tibiam saltante pariter et canente. *Interpres* ineptus est cum suo *inepto carmine Pythico.* KUEHN.

ἄχορον αὔλημα] *ἄχορον*, sine choris. hic locus *Nunnes. Eclog.* I. *Phryn.* in *αὐταύλης* abstinet ab *Athenaei* loco emendando. IUNG.

διθυράμβοις] MS. *διθυράμβους.* IUNG.

καὶ τοῖς μὲν Παρθενίοις] Ad *puellatorias* etc. et haec habet margo C. A. usque ad *παῖδες προσῇδον.* KUEHN.

προσεχόρευον] MS. *προσεχώρευον*, etiam mendose. IUNG.

αὐλοὶ] Deest *αὐλοὶ* in MS. IUNG.

κιθαριστήριοι etc.] C. A. *κιθαριστήριοι μὲν καὶ τ. δώτι κιθάρᾳ προσηύλουν διδάσκει. quod quidem Citharistrios modos tibiae attinet, vel nomen docet, quod citharae illos accinuerint.* KUEHN.

κιθαριστήριοι etc.] MS. auctius, *κιθ. δ. κ. τοῦνομα, διότι κιθάρᾳ προσηύλουν, διδάσκει. ἀπαράτρητοι δὲ θρ. ἦ.* Et rectius etiam. unde enim illud *τοῦνομα* dependet, nisi addas *διδάσκει*,, vel simile verbum? IUNG.

προσῇδον] Pro *προσῇδον Falckenburgius* in MSto suo invenit *προσηύλουν*, cui statim subiungit *διδάσκει*, quod posterius et *Kuehnius* noster textui *Pollucis* reddidit.

παράτρητοι] C. A. *παράτρητοι δέ.* KUEHN.

παράτρητοι] De paratretis ita verba *Pollucis* sonare, *si Latine exprimas*, ait *Magius* I. Miscell. 13. Paratretae (tibiae) *luctui conveniebant, acute et lente inflatae* etc. quae certe ex nostro interprete mutuatus est. *Iul. Scalig.* I. Poët. 20. *acutum et infractum spirantes* ait, quae hic *ὀξὺ καὶ νωθὲς πνέοντες. θρήνοις* vero id est *naeniis accommodatas tibias* exponit *Iac. Nicol.* VI. *Epiphil.* 8. Haec sic raptim libamus, ut incidunt: nec enim quid solidi a nobis expectas, credo: sed ad MS. in quo iam egregiam emendationem unius literulae mutatione invenimus. IUNG.

νωθὲς] C. V. *νυθὲς*, et ita omnino legendum esse sua, ni fallor, manu ipse ascripsit *Vossius.* est autem *νυθὸν Hesychio ἄφωνον*, et *νυθῶδες, σκοτεινῶδες obscurum, fuscum*, modo acutum sonabat lugubris tibia, modo obscurum, pro lugentium ingenio lamentisque variis. KUEHN.

82.

τὸ αὔλημα] C. A. *αὔλημα.* KUEHN.

τὸ αὔλημα] Ut prius hoc moneamus, deest particula *τὸ* ante *αὔλημα.* IUNG.

ὀρθίοις] MSS. *ὀργίοις.* SEB.

ὀρθίοις] *ὀργίοις* habet C. A. et V. KUEHN.

ὀρθίοις] MS. *ὀργίοις*, non *ὀρθίοις.* annon longe rectius et melius? illud furiosum tibicinium scilicet furiosis sacris conveniebat. IUNG.

ὀρθίοις] *ὀργίοις* optime Codex *Falckenburgii*, cuius bonitas se saepe iam ostendit. hoc *ὀργίοις* et *Kuehnius* textui *Pollucis* restituit.

ἐμβατηρίους αὐλοὺς] C. A. omittit *αὐλοὺς.* KUEHN.

In itineribus] Quid *προσόδια* sint, dictum paulo ante IV, 55. SEB.

ἐπὶ τοῖς προσοδίοις] *προσόδια* canebantur ad tibiam, dum procedebant ad templa, ad aras. de *itineribus* hic ne cogitandum quidem. tibiam autem adhibitam sacris nemo nescit, et vel ex *Laërtio* patet iu vita *Menedemi*, ubi nuper in notis

tumultuariis frustra correxi, *τὸ ἐπὶ θυσίας*, notat enim *inter sacrificandum.* Kuehn.

ὑπορχήμασιν] *Lucian.* de *saltat. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ᾄσματα ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο. quapropter cantilenae hisce* (in Delo ad tibiam peractis) *choris conscriptae, dicebantur hyporchemata.* conf. et *Proclus* apud *Photium* in *Chrestomathia.* Kuehn.

οἱ δὲ, ταῦτα] Margo C. A. et post, *τὸ εἶναι* abest ante *λέγουσι.* Kuehn.

ὑποθεάτρους] Vox mihi de mendo suspecta, nec iuvant MSSti. quid si ex *Athenaeo* legatur *ὑποτρήτους αὐλούς*, qui in nomis tibiarum adhibiti fuerint? viderint doctiores. Kuehn.

αὐλοὺς ἐπὶ τ. ν.] C. A. *ἀ. τοὺς ἐπὶ τ. ν.* Kuehn.

αὐλοὺς ἐπὶ τ. ν.] MS. *αὐλοὺς, τοὺς ἐπὶ* etc. plenius. Iungerm.

αὐλοὺς ἐπὶ τ. ν.] *Kuehnius τοὺς* addidit, ita legendo: *αὐλοὺς τοὺς ἐπὶ* etc. ut MSSti habent.

οἱ δὲ Σύριοι] Verba illa *οἱ δὲ Σύριοι* usque ad *δοκοῦσι* non extant in C. A. Kuehn.

οἱ δὲ Σύριοι] Ista *οἱ δ. Σύριοι θ. τ. κ. ε. ἐ. δ.* desunt in MS. Iung.

γίγγλαρος] C. V. *νιγλαρὸς δὲ*, ut infra. C. A. *νίγλαροι.* Kuehn.

γίγγλαρος] Pro *γίγγλαρος* MS. *νίγλαροι.* sed forte oculis aberrabat librarius ad id quod mox segm. seq. Iung.

γίγγλαρος] *Kuehnius* Noster *νίγλαρος* reposuit.

μονῳδίᾳ] Pro *μονῳδίᾳ* habent *μοναυλίᾳ* C. A. et V. Kuehn.

μονῳδίᾳ] Pro *μονωδίᾳ* MS. *μοναυλίαι* (rectius *μοναυλίᾳ.*) Iungerm.

μονῳδίᾳ] Pro *μονῳδίᾳ Kuehnius* e Codicibus scriptis iam scripsit *μοναυλίᾳ*, et ita quoque habuit *Falckenburgii* nostri optimus Codex.

σκυταλία, μικρῶν etc.] C. A. *σκυταλία δὲ μ. α. τοὔνομα.* C. V. *ὄνομα.* Kuehn.

σκυταλία, μικρῶν etc.] MS. *σκυταλεία τῶν μ. α. τοὔνομα.* certe vulgatum *ὀνόμαια* videtur plura poscere vocabula quam unum *σκυταλεία. Hesych. σκυτάλια. αὐλίδια. σκυταυλίδα. αὐλοποιόν.* forte aliae, quas *σκυταλίας* apud *Athen.* lib. IV. legis. Iung.

σκυταλία, μικρῶν etc.] Auctius *Falckenburgius σκυτάλιζμεν* (*τὰ* in fine suprascripto) *καὶ σκυταλία* etc. quae ego non capio.

83.

περὶ αὐλημάτων etc.] C. A. περὶ αὐλητῶν. Kuehn.

περὶ αὐλημάτων etc.] Tituli huius et sequentis tmematis uterque desunt, ut indicatum. Iung.

μέλη] μέρη habet *Falckenburgius* pro μέλη.

κρούματα] MS. κρούμματα. Iung.

τερετισμοὶ] C. A. τερετισμὸς, τερετίσματα. abest νίγλαροι. Kuehn.

νίγλαροι.] *Schol. Aristoph.* fol. 284. ὁ νίγλαρος τρῖμά ἐστι, καὶ μέλος μουσικὸν παρακελευστικόν. Seb.

νίγλαροι.] MS. νίγλαροι antepenacute. Iung.

τὰ δὲ πρῶτα] MS. τὰ δὲ πρωτῶν α. mendose. Iung.

αυλητῶν] αὐλῶν μ. C. A. dein πεῖραν καὶ γρόνθον. at *Hesych.* etiam leg. γρόνθων. Kuehn.

πεῖρα] MS. πείρα. De altero quod γρόνθων ex *Hesych.* et *Eustath. Leopardus* IX. Miscell. 21. et XII. Miscell. 9. capitibus geminatis. Iung.

συναυλία] De συναυλίᾳ nostrum laudat et *Casaub.* XIV. *Athen.* 2. Iung.

συναυλία] In prioribus editionibus erat τελεία στιγμὴ post ἐκαλεῖτο, quam *Kuehnius* Noster in comma mutavit, uti et *Seberus* in sua editione fecerat.

τις αὐλητῶν] MS. τι pro τις. ni fallor, melius. Iung.

οἱ δὲ τὴν συναυλίαν] Margo C. A. dein MSSti, εἶδος αὐλήσεως et ὡς τὴν αὐλῳδίαν. hactenus margo C. A. Kuehn.

προσαυλήσεως] MS. αὐλήσεως, non προσα. Iung.

ὡς τὸ αὐλῳδίαν] ὡς τὴν αὐλ. MS. et hoc melius. Iung.

ὡς τὸ αὐλῳδίαν] ὡς τὴν αὐλ. pro τὸ reposuit *Kuehnius* Noster, uti et agnoscit Codex Cl. *Jungermanni.*

μηνίαμβοί γε] An ἡμιάμβων nomen restituendum? nam quid μηνίαμβοι sint, divinare non possum. *Casaub.* in *Athen.* I, 17. Cl. *Rittershusio* placet μημίαμβοί γε. Seb.

μηνίαμβοί γε] Pro μηνίαμβοι Cl. *Rittersh.* leg. μημίαμβοι. Seb.

μηνίαμβοί γε] C. A. μηνίαμβοι δέ. Kuehn.

μηνίαμβοί γε] MS. μηνίαμβοι δέ. *Casaubonus* I. *Athen.* 17. dubitat an ἡμίαμβοι et hic sit restituendum. quo pacto sibi omnino legendum videri dixit mihi *Salmasius* meus. talia nimirum esse illa ἡμιάμβια, quae extant elegantissimi *Pauli Silentiarii*, εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά. Iung.

84.

περὶ τῶν πέντε π.] Hic titulus abest a C. A. Kuehn.

Πυθικοῦ] Vid. *Luisin.* Parerg. II. 11. ubi *Ovidii* locus hinc declaratus. Seb.

αὐλητικοῦ] MS. mendose *ναυλητικοῦ*. Iung.

μέρη] MSS. *νόμοι π.* citat hunc loc. *Erasm.* prov. *Io Paean.* Seb.

μέρη] Abest a C. A. at C. V. habet pro eo *νόμοι. μέρη* legitur tamen apud *Strabonem*, *πέντε*, inquit, *αὐτοῦ* (*νόμου Πυθικοῦ*) *μέρη ἐστὶν, ἀνάκρουσις, ἄμπειρα, κατακέλευσμὸς, ἴαμβοι, καὶ δάκτυλοι, σύριγγες.* lib. IX. *Geogr.* vide omnino locum. *ἴαμβοι καὶ δάκτυλοι* constituunt quartam partem. Kuehn.

μέρη] Pro *μέρη* MS. *νόμοι*, et iterum *πείρα*. Pertractat vero has partes et *Iul. Scalig.* I. Poët. 25. et *Luisinus* II. Parerg. 11. ubi totum hoc tmema adducit. Breviter et *Erasmus* Adag. *Io Paean.* Iung.

ὅ' ἔστι νόμος] MSSti *ἔστιν ὁ νόμος*, repraesentat autem modus Pythicus etc. *ἐνθήρια* alias vocant. Kuehn.

ὅ' ἔστι νόμος] MS. *ὅ' ἐστὶν ὁ νόμος*. Iung.

σαλπιστικὰ] P. *σαλπιγκτά*. Seb.

κρούματα] MS. *κρούμματα*. Iung.

τὰ ἐπινίκια] C. V. *εἰς τὰ ἐπινίκια*. De partibus nomi Pythici vid. *Strabonem* l. c. Argumentum in *Pindari odas Pythicas*, cui ex *Polluce* multum lucis accedit et supplementi. ad *πεῖραν* huius nomi respexit *Hesych.* quando dicit *Ἀνάπειρα, ῥυθμὸς αὐλητικός. Βασιλικῶν* lib. XXI. T. 1. 2. c. 2. *ἡ τέχνη τῶν λεγόντων ἐν τοῖς Ὀλυμπικοῖς τὰ ἐνθήρια*, eximitur numero artium ludicrarum, ubi *Ὀλυμπίοις* est pro *Πυθίοις*, si respiciamus antiquos ritus. Kuehn.

85.

περὶ σάλπιγγος] C. A. *περὶ σαλπιγμοῦ καὶ σαλπιστοῦ*. Kuehn.

περὶ σάλπιγγος] Caput hoc XI, cum XII, XIII, XIV, XV, XVI, XVII. uno in MS. comprehenduntur, praescripto hoc lemmate: *περὶ σάλπιγγος. περὶ κήρυκος. περὶ ὀρχιστοῦ. καὶ τῶν περὶ αὐτά.* nec itaque titulus in MS. occurrit praeterea, usque ad segm. 115. Iung.

προσήκει] MS. *προσήκοι*. Iung.

εὐθεῖα] C. A *εὐρεῖα*. Kuehn.

εὐθεῖα] MS. *εὐρεῖα*, non *εὐθεῖα*. An rectum? alias videtur tubam rectam facere aliam, et aliam curvam: quam tamen potius pro Cornu capiunt, nec aliter *Lipsius* lib. IV. de Milit. Rom. Dial. 10. illa *Artemidori* lib. II. cap. 53.

στρογγύλη δὲ σάλπιγγι σαλπίζειν etc. quam de cornibus interpretatur. ad quae tamen ex *Polluce* hinc *καμπύλη σάλπιγξ* doctus et amicus *Artemidori Scholiastes* adnotat. Annon usquequaque et semper verum, quod aiunt tubam ex aere directo ductam fuisse? Sane illud MS. *εὐρεῖα* canali illi ad exitum latiori in tuba convenire videtur. Sed de his inquirent docti. *Had. Iunius* in Nomencl. ita scribit: *Tuba proeliaris rotunda erat, teste Artemidoro. στρογγύλη σάλπιγξ ἡ πολεμική. ita ut recta fuerit, qua in sacris utebantur. ἱερὰν ipse vocat.* Iung.

ὀστεΐνη] MSS. *ὀστίνη*. Seb.

ὀστεΐνη] In C. A. pro *ὀστεΐνη* est *ὀστίνη*. abest et *δὲ* post *εἴποις*. Kuehn.

ὀστεΐνη] *ἡ δὲ γλῶττα, ὀστεΐνη*. adnotat hunc locum ad eiusdem *Artemidori* lib. I. cap. 58. *Rigaltius* ad verba ista: *σύγκειται γὰρ ἐξ ὀστέου καὶ χαλκοῦ*. Valde autem iuvet hic *Pollucis* locus doctiss. *Lipsii* sententiam IV. de Mil. Rom. Dial. 10. ubi dubitanter asserit, *in tuba osseum aliquid fuisse, quod insitum aut impactum ad sonorem*: idque *Artemidorum* dicere, verbis quae dixi. MS. vero noster pro *ὀστεΐνη* habet *ὠστίνη*. Iung.

ἦχον] MS. iterum male *εἶχον*. Iung.

ῥόθιον] A. *ὄρθιον*. Seb.

ῥόθιον] MSSti *ὄρθιον*. at *ἐῤῥωμένον* et *ῥωμαλέον* absunt a C. A. Kuehn.

ῥόθιον] MS. pro *ῥόθιον* habet *ὄρθριον*. desunt vero *ἐῤῥωμ.* et *ῥωμαλ.* Iung.

ῥόθιον] *ὄρθιον* in MSto suo invenit *Falckenburgius*, et ita iam habetur in textu Nostri ex correctione B. *Kuehnii*.

βαρὺν] Pro *βαρὺν* MS. *βαρὺ*, quod verum erit, si ad *φθέγμα* retuleris. ceterum et mox *φρικώδη* sequitur, quod certe *ἀρσενικῶς* accipiendum, ideoque et *βαρὺν* forte retinere satius. Sed tamen mox illa *ἐμβριθὲς, τραχύ, ταραχῶδες*, certe ad *φθέγμα* referenda sunt. Iung.

πολεμιστήριον] C. A. addit *ἐμπολέμιον*, caeteris omissis. Kuehn.

καὶ ἐμπ. βίαιον etc.] In MS. deest *καὶ*, et *βίαιον, στερ. φρικ.* Iung.

86.

ἐμβριθὲς, τρ. etc.] Desunt in MS. *ἐμβρ. τρ. ταραχῶδες*. Et quid opus erat in vulgatis *φρικώδη* hic repeti, quum supra statim occurrat? nisi quis hic *φρικῶδες* scribendum putet. Iung.

μέρη δὲ τοῦ πολ. etc.] Margo C. A. usque ad *σαλπίγματος*. ita enim legit. KUEHN.

τοῦ πολεμιστηρίου] P. *τῆς πολ. σάλπιγγος*. SEB.

σαλπίσματος] MS. *σαλπίγματος* a *σεσάλπιγμαι* nimirum, *τοῦ σαλπίττω*. vid. infra segm. seq. IUNG.

ἐξορμηστικὸν φώνημα. ἀφ' οὗ] MSS. *ἐφορμητικ. φ. ἐφ' οὗ*. SEB.

ἐξορμηστικὸν φώνημα. ἀφ' οὗ] MSSti *ἐφορμητικὸν ἐφ' οὗ* etc. *Aelian.* V. H. lib. II. cap. ultimo, *παρορμητικὸν*, quod ibi eleganter exprimit. KUEHN.

ἐξορμηστικὸν φώνημα. ἀφ' οὗ] Ex *ἐξορμηστικὸν* inter corrigendum gestiebam facere *ἐξορμητικόν*. iam video et *H. Iunium* in nomenclat. ubi varios tubae sonos hic apud *Pollucem* explicat, habere *ἐξορμητικὸν φώνημα*, quod exponit, *quando classicum canebatur*. MS. noster habet *ἐφορμητικόν* sine *φώνημα*. Et certe illud *ἐφορμητικὸν* aliis iam praetulerim. Postea MS. quoque melius habet *ἐφ' οὗ*. non *ἀφ' οὗ*. De *ἐφορμητικῷ* enim vel super incitatorio illo dicebant ea quae sequuntur: non vero ab illo deest mox *ἐξανέγειραν*. IUNGERM.

ἔλεγον] C. A subdit *ἐπισήμηναν αἱ σ. ἐξήγειραν*. dein margo *ἐξώτρυναν*. post textus: *παρακελευστικὸν δέ*. KUEHN.

παρακελευστικὸν] *H. Iun.* nomenclat. *ubi in conflictu animos accendebant*. IUNG.

ἀνακλητικὸν] *Ib. cum receptui canebant*. IUNG.

ἀναπαυστήριον] Idem *Iunius:* quando ab itineris labore supersedere, castraque metari militem volebant. IUNG.

καταζευγνύντων] P. *ἀναζευ*. SEB.

πομπικὸν] *Iun.* ibid. *cuius in pompa solenni usus erat*. IUNGERM.

θυσίαις] P. *θυσιῶν*. SEB.

θυσίαις] C. A. *ἐπὶ θυσιῶν*. KUEHN.

θυσίαις] MS. *θυσιῶν*. adfert alias hunc locum *Rigaltius* ad prima verba, *σαλπίζειν δοκεῖν σάλπιγγι τῇ ἱερᾷ* etc. cap. 58. lib. I. Onirocr. *Artemidori*. vide de turba sacra et *Lipsium* IV. de Mil. Rom. Dial. 10. cui haec nostri non inepte addas. IUNG.

87.

σαλπιγκτής.] C. V. *σαλπικτής*. KUEHN.

σαλπιγκτής.] MS. *σαλπικτής*. IUNG.

τὸ δὲ ῥῆμα σαλπίζειν] C. A. non habet. C. V. legit *σαλπίττειν*, unde apud *Arnob.* lib. VII. *Salpittarius* pro *Tubi-*

cen, et *Glossae*, *Salpitta* ῥάπισμα, quia buccis inflatis more tubicinum infligitur ῥάπισμα. Kuehn.

σαλπίζειν] MS. σαλπίττειν. ὁ δ' ἐπὶ τ. inde nimirum antea segm. praeced. σάλπιγμα fuit, et modo σαλπικτής. Iungerm.

ἱεροῖς, ἱεροσαλπιγκτής. etc.] C. V. ἱεροσαλπικτής. Kuehn.

ἱεροῖς, ἱεροσαλπιγκτής. etc.] Ita in MS. ἱεροῖς, ἱεροσαλπικτής. ἄμεινον δὲ λυσάντων τοὔνομα τὸ ἱεροσαλπίκτης. quibus verbis MS. in hoc capite finit, et statim subiicit quae segm. 91. de κήρυξι sequuntur. Paucis itaque vulgata percurrenda. Iungerm.

σάλπιγκτὴς] C. V. σαλπικτής. *Glossae* Veterum et σαλπιγκτής et σαλπικτὴς agnoscunt. *Hesychio* praeco dicitur σιγηνοσάλπιγξ. caeterum quae sequuntur historiae absunt a C. A. Kuehn.

ἀριστοσαλπιγκτὰς] ἀριστοσαλπιγκτὴς, ait *H. Steph.* in Thes. *simpliciter accipiendo videtur sonare*, *Praestantissimus tubicen.* Mallem ex sequentibus λῃστὰς σαλπιγκτὰς nos quid docuisset. nec enim latrones tubicines sic dictos, sed alios aliquos istud τινὰς indicare videtur. quid mihi incidebat, ut referre indignum, taceo. Iung.

λῃστὰς σαλπιγκτάς.] Ex praecedenti ἀριστοσαλπιγκτὰς coniecerim legendum esse λῳστοσαλπιγκτὰς vel λῳστους σ. quod explicat per ἀριστοσαλπιγκτάς. *Vales.* legit λῃϊστοσαλπιγκτὰς ex *Hesychio*, qui Tyrrhenos ait dictos λῃϊστοσάλπιγγας, quod inventione tubae celebrentur et latrociniis. Kuehn.

γλευκεῖόν τι] Glossema est e margine in textum veniens. solent enim Graeci recentiores verba haec γλύκυσμά τι vel γλυκεῖόν τι (ita enim et hoc loco legendum) apponere historiis recreandi lectoris gratia insertis orationi per se horridiori et insuavi. Kuehn.

γλευκεῖόν τι] εἰ δὲ δεῖ γλευκείον τι τῷ ὀργάνῳ παραμίξαι γλυκύτητα ἱστορίας. Ni fallor, correctio vera mihi sub manu nata est. Lego: γλυκεῖ ὄντι τῷ ὀ. Iung.

γλευκεῖόν τι] *Falckenburgius* ex MSto habet ἀγλεῖόν τι, quod aeque rectum puto ac vulgatum non malum.

τῇ κλήσει τῶν ἀγ.] Cum ad agendas partes suas quisque evocaretur in theatrum, tuba sonabat hac de caussa. Hermon autem, histrio Comicus, per sortem coniectus in classem tertiam, dum primarum secundarumque partium histriones agebant, e theatro abierat, vocis suae periculum

facturus sine arbitris. sed praeter spem accidit, ut sibilis eiicerentur, qui primo secundoque loco egerant, ideoque praeconis voce citabatur Hermon, tertiarum partium histrio. ille vero praecone non audito mulctam sibi irrogatam solvere coactus est, et simul auctor fuit, ut imposterum non voce, sed tuba actores evocarentur. Kuehn.

88.

πάντων] Pro πάντων, male priores editiones πανῶν. de quo vitio etiam me monuit ὁ πάνυ *Casaubonus*. Iung.

πάντων] Prior editio πανῶν, pro quo *Kuehnius* in suo Codice πάντων.

οὐχ ὑπακούσας] *Non obediens* interpres. Si recte capio, dicerem, *non audito, quum vocem praeconis non audisset*, vel *attendisset*, utpote qui longiuscule abierat, vocis periclitandae causa, quo ad agendum fidentior accederet. Is itaque quasi ob imparientiam multatus, suasit in posterum tuba ad certamen convocarentur actores. Ex reliquis ut nos extricent viri docti, valde optarim. οὐδὲν γὰρ ὑγιὲς ibi adparet. quid enim est ἐπισταδήν? an forte latet proprium tubicinis nomen, et legendum, καὶ τὸν μὲν Ἐπιστάδην τὸν σαλπιγκτήν? etc. Sic mox alium nominat Ἡμολοκρὸν, quod nomen pariter corruptum puto, qui quidem sub *Philopatore* claruerit. et quid sibi post Ἰσαῖος vult ἕωλον? Felicia ingenia, credo, habent, ubi se exerceant: nos de hac palma, quae in medio posita, invidemus nemini. Ut ita scripseram, a *Salmasio* meo literae, quibus divine his omnibus medicinam facit: *sic*, ait, *legendum esse divino: καὶ τὸ μὲν Ἐπισταδὴν τὸν σαλπιγκτὴν παραφέρειν, εἰς πεντήκοντα στάδια τῇ σάλπιγγι διϊκνούμενον, ὥσπερ καὶ Μολοκρὸν ἐπὶ τοῦ Φιλοπάτορος αὐλήσαντα δύο σάλπιγξιν, ἴσως ἕωλον. Ἀγλαΐς δὲ ἡ Μεγαλοκλέους* etc. *Fortean, inquit, putidum fuerit Epistaden tubicinem memorare, qui etc. ut et Molocrum, qui vixit temporibus Philopatoris etc. cum res sit adeo recens, nec mira et a multis memorata. Vera haec est quam proposuimus huius loci scriptura, de qua non dubitabis. Nihil equidem cuius nunc meminerim, de illis duobus tubicinibus legi. Sed tam certum est καὶ Μολοκρὸν pro Ἡμολοκρὸν legendum, et Ἐπισταδὴν nomen αὐλητοῦ esse, ut nec magni dubitatores hilum sint dubitaturi.* Diu post super eodem loco magni *Casauboni* sententiam accepi, quam ita ad me perscripsit: *Pro ἐπισταδὴν malim ἐπιταδὴν. παρὰ τὸ ἐπιτείνειν τὴν φωνήν. Corrupta vox est Ἡμολοκρόν. apparet insignis tubicinis nomen desiderari. nescio an ita scripserit, ὥσπερ εἰ Μολοκρόν. Sed*

putem verius τὸ λοιπὸς a praecedentibus separandum esse; ita ut proprium tubicinis nomen cubet in menda. Iung.

ἐπιστάδην] Leg. *ἐπιτάδην*. vid. infra IV, 94. Tubicen autem *παραφέρει ἐπιτάδην*, cum canit sono aequabili et producto, et si ita cecinerit, inquit Auctor, tubae sonus ad quinquaginta penetrabit stadia; quemadmodum *Hemolocrus* sub *Philopatore* fecit, dum duas simul tubas inflavit, *sed id forte iam vulgatum obsoletumque* inquit. legerem enim pro *Ἰσαῖος, ἴσως ἔωλον. αὐλεῖν σάλπιγξιν* dixit, ut *Lucianus* tubam et tibiam *συναυλεῖν* in *De Domo. Salmas. ἐπιστάδην* putat nomen esse Tubicinis, ut mox *Hemolocrus.* dein leg. *ἴσως ἔωλον.* Kuehn.

αὐλήσαντα] *ἀωλήσαντα* prior editio *Bas.* ex sphalmate typographico, quod correxit in suo Codice quoque *Kuehnius* Noster.

89.

Ἀγλαΐς δὲ ἡ Μεγαλοκλέους] Quod ad illa attinet, *Ἀγλαΐς δὲ ἡ Μεγαλοκλέους*. forte rectius legamus *Μεγακλέους*. *Aelianus* I. Var. Hist. 26. *γυναῖκα ἀκούω σαλπίσαι, καὶ τοῦτο ἔργον ἔχειν ἅμα, καὶ τέχνην, Ἀγλαΐδα ὄνομα, τὴν Μεγακλέους παῖδα* etc. ex *Posidippo.* Sed nihil tamen mutandum: nam apud *Athen.* lib. X. dipnos. pariter ac apud *Pollucem* hic est. Emenda vitium typographicum, et scribe *ὑπερῤῥωμένως*. *Herodori* historia et ex *Amaranto* apud *Athenaeum* refertur X. quamvis in ea multum discrepent iste et Noster, uti eruditiss. adnotat *Casaubonus* X. *Athen.* 3. Iung.

πληττομένου] Leg. *πληττομένους*, quia obverberabantur aures spiritus magnitudine, si qui propius accessissent ad toto inflantem pectore tubam. Kuehn.

πληττομένου] Coniecturam Nostri *Kuehnii* confirmat Codex *Falckenburgii*, in quo etiam *πληττομένους* pro *πληττομένου* inveni, quod vulgato sane praestare videtur.

ἑπτακαίδεκα] *Athenaeus* aliter: *ἐνίκησε τὴν περίοδον δεκάκις*. lib. X. fol. 415. Festus: *In gymnicis certaminibus perihodon vicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit: a circuitu eorum spectaculorum.* Est igitur (sunt haec iam *Casaub.* verba) *περίοδον νικᾶν*, orbem implere ludorum sacrorum: qui in Graecia erant quatuor. Notissimus versus est:

τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί.

vide caetera in anim. fol. 446. Seb.

περιόδους] Per *στεφανίτας ἀγῶνας certamina coronaria*, intelligitur periodus sacrorum, ut vocant, certaminum, in

quibus victor extitit vel tuba canens vel corporis viribus in lucta aliisque modis abusus. KUEHN.

στεφανητῶν] Emenda *στεφανιτῶν*, de quibus supra III, 155. *Athenaeus* tantum *δεκάκις νικῆσαι τὴν περίοδον* ait, vid. *Casaubon.* loco dicto: ex quo et ceteras *διαφορὰς* in huius historiae relatione adnotamus. IUNG.

στεφανητῶν] *στεφανιτῶν Kuehnius* Noster reposuit in suo Codice.

τεττάρων πηχέων.] MS. *τεττάρων πήχεων. Amaranthus πηχῶν τριῶν καὶ ἡμίσους.* IUNG.

ὑπέστρωτο] Aliter *Amaranthus, κοιμᾶσθαι δὲ ἔθος εἶχεν ἐπὶ λεοντῆς μόνος.* IUNG.

λεοντὴν] *Athen. κοιμᾶσθαι δὲ ἔθος εἶχεν ἐπὶ λεοντῆς μόνης.* et paulo ante: *πίνειν δὲ χοᾶς δύο.* unde et mox *δύο ἔπινε* factum pro *διέπινε*, quod in praec. edit. SEB.

ὀκτὼ etc.] *Amaranthus, κρεῶν λίτρας εἴκοσι.* IUNG.

bib. aliquot mens.] Scr. *bib. duas mens.* SEB.

δύο ἔπινε] Sic *Casaubonus* emendavit: antea male edebatur *διέπινε.* IUNG.

δύο ἔπινε] *διέπινε* prior editio Basil. sed *Kuehnius* Noster id in suo Codice recte legit *δύο ἔπινε*, uti et ultima *Seberi* habuit.

90.

πολιορκητὴς] *Poliorcetes ob animi pertinaciam dictus Demetrius. Vitruv.* lib. X. cap. 22. SEB.

πολιορκητὴς] Male antea vulgatum fuit *πολιοκρήτης.* de qua menda me monuit quoque Clariss. *Casaubonus.* IUNGERM.

πολιορκητὴς] *πολιοκρήτης* prior editio Basil. pro quo *Kuehnius* in suo Codice *πολιορκητὴς* restituit, quemadmodum et *Falckenburgius* e MSto suo legit.

τείχει πρόσ. etc.] Cum Argos oppugnaret. *Athenaeus* lib. X. *Deipnosoph.* KUEHN.

τείχει προσ. etc.] Audi nostrum *Casaubonum* interpretantem: Machinae contumaces erant et moveri recusabant: ibi tum *Herodotus duo caprina* cornua *arripit atque ea super illis machinis inflat.* et addit, *αἰγανὰ* appellat *τὰ αἰγαῖα κέρατα.* et fortasse *αἰγαῖα* scripserat. Sed nescio an *τοῖς ὀργάνοις* non de ipsis cornibus potius, quae inflabat, accipere debeamus: certe mihi aliter non videtur, vel propter verbum *ἐνέπνευσε*, et de hoc etiam aliud quaerendum, an quum repetatur statim, non tum in mendo cubet: vel certe parti-

cula καὶ ante τοσοῦτον immittenda, vel δὲ post τοσοῦτον addendum, quod praecedenti μὲν respondebit apte: alias σύνταξιν ego quidem non video. sequentem titulum, ut et capitum aliquot quae sequuntur, in MS. nullum esse, dixi iam: est tamen hic ad oram ab alterius manu adscriptum, *Κηρύκων γένος*. Iung.

ἀπειθῆς] *Intractabilis* et *molientibus adversa*. Kuehn.

αἰγανὰ] *Casaubon. αἰγανὰ*, inquit, appellat *τὰ αἰγαῖα κέρατα*. et fortasse *αἰγαῖα* scripserat. Seb.

Duobus arreptis telis] *Casaub. duo caprina cornua arripit, atque ea super illis machinis inflat.* in *Athen.* X, 3. Seberus.

αἰγανὰ λαβών] Pro *αἰγανὰ δ. Salmas. δύο ὄργανα λ.* malim *αἰγανὰ* vel *αἰγαῖα*, quae sunt proprie caprina cornua et per synecdochen cornua quaevis quae inflantur. *Athen.* lib. V. cap. 7. *αἰγείῳ κέρατι χρυσῷ σημαίνων. Vales. ὄργανα αἰγάνεα* et *δόρατα* esse vult, sed quomodo inflari poterint hastae? Kuehn.

ἐνέπνευσε] Malim *στερεὸν ἐμπνεύσας*, nam *ἐνέπνευσε* sequitur postea. Kuehn.

προσεγένοντο τῇ μηχ.] *Salmas.* legit *προσῆγον τὴν μ.* sine necessitate. Kuehn.

91.

περὶ κήρυκος etc.] De *Cerycis* significatione multifaria vid. *Had. Iun.* animadversor. V, 20. Seb.

τῶν ἀπ' αὐτοῦ] C. A. *τ. ὑπ' αὐτοῦ*. Kuehn.

ἱερὸν μὲν Ἑρμοῦ] *Pausan. Attic.* lib. I. *Τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου Κήρυξ νεώτερος λείπεται τῶν παίδων, ὃν αὐτοὶ κήρυκες θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγλαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ Εὐμόλπου.*

κατεκήρυττε etc.] Aliquot praeconum officia enarrat *Eustathius* ad *Homeri Iliad. ρ.* quem utique vide sis.

σπονδὰς προήγγελε] MS. *σπονδαῖς προήγγειλε καὶ* etc. certe *προήγγελλε* et mox *ἐπήγγελλε* per duo λλ omnino scribendum, quemadmodum et *Meursius* ad *Lycophronem* hunc locum adduxit. Alias in MS. alterum *ἐπήγγειλε* etiam est mendosum. Iung.

προήγγελε, καὶ ἐκ, ἐπήγγελε] *περιήγγελλε. P. περιήγγειλε.* et mox *ἐπήγγειλε.* Seb.

προήγγελε, καὶ ἐκ. ἐπήγγελε] C. A. *περιήγγελλε κ. ἐ. ἐπήγγελλε.* Kuehn.

ἀνεκήρυττε] Vide ad hunc locum doct. *Meursium* Comm. ad *Lycophron.* v. 169. ubi de more apud veteres per praeconem renunciandi certaminum victores. IUNG.

σάλπιγγος] *Salmas.* σάλπιγγός τε πρεσβύτερον, εἰς δὲ φ. τ. ἐπ' αὐτῷ πρ. malim, καὶ ἦν τὸ ἀγώνισμα σ. π. dicitur quod antiquitus praecones inter se certarunt tubis solis, postea vero crescente studio hominum, voce decantata sunt carmina bonis lateribus pronuntianda. C. A. non habet post πρεσβύτερον quae sequuntur usque ad ἔχων etc. quae sub finem segm. sequentis sunt. KUHN.

τὸ πρεσβύτερον] Deest in MS. τὸ, ut et cetera post πρεσβύτερον omnia usque ad illa κηρύκεια ἐπικ. etc. quae sunt sub finem segm. sequentis, ubi iterum incipit MS. non adparent. De praeconum vero ἀγωνίσματι et contentione vid. *Casaubon.* ad *Suetonium.* Sed enim eximius *Athenaei* Commentat. X. Animadv. 3. *Quod autem in illis ludis (sacris) etiam praeconio et contentione vocis certaretur, satis ad Suetonium probavimus. Vide Pollucem* lib. IV. cap. 12. IUNG.

τῶν ἐπ' αὐτῷ] τὴν pro τῶν legit *Falckenburgius.*

ἐνουθετήθησαν] ἐνετέθησαν vel συνετέθησαν legerem hoc sensu: *antiquitus quidem tibiae certamen hoc erat. posteris dein ad ambitionem progressis, pedes, quos vocant, inserti sunt, quibus longitudo spiritus arguebatur, et multa in templis constructa obscure admodum insinuabantur.* Erat autem ὁ ποῦς carmen quoddam praelongis laciniosisque constans periodis, quas praecones continuo spiritu voceque Stentorea decantabant, cum peracto certamine populum dimittere finemque imponere spectaculo vellent, et ob hoc ipsum, quod clauderet Agonem, pes praeconum dicebatur carmen illud, cuius argumentum erat commemoratio quaedam obscura τῶν περὶ τοὺς νεὼς ᾠκοδομημένων. *Galenus Hypomn.* IV. in 6. *Epidem. Hippocr.* praecones μεγαλοφώνους vocat, quando suum illum *Pedem* pronuntiabant. Principium huius *Pedis* extat apud *Lucianum* in *Demonacte*, dicitque eum morti proximum praesentibus recitasse τὸν ἐναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα, *praeconum pedem in certaminibus usitatum*:

> λήγει μὲν ἀγὼν καλλίστων ἄθλων ταμίας,
> καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν —
> *est actus agon pulchra qui dispensat praemia,*
> *tempusque monet ultra ne moremur.*

confer *Fabri Agonisticorum* lib. II. cap. 15. ubi alia de hoc pede commentatur. KUHN.

ἐνουθετήθησαν] Quid est hic ἐνουθετήθησαν? An ἐνομοθετήθησαν, praescripti fuerunt? Et certe uti conieci, ita vidi esse apud *Hier. Mercurial.* I. *Var.* 19. sic citantem: εἰς δὲ φιλ. τῶν ἐπ᾽ αὐτῷ πρ. οἱ καλ. π. ἐνομοθετήθησαν, sic et scribendum monuit me eximius *Casaubonus.* De his omnibus ita insigniter ad nos *Salmasius*: εἰς τε φιλοτιμίαν τῶν ἐπ᾽ αὐτῷ προελθόντων οἵτε καλούμενοι πόδες ἐνουτέθησαν etc. *Non hic intelligendum esse aliquos homines aut iudices arbitrosve, qui certamini σαλπίγγων praefuerint. sed πόδες mensurae genus omnibus notum. itaque legendum* οἵ τε καλούμενοι πόδες ἐνομοθετήθησαν *constituti sunt, decreti sunt. Pedibus igitur metiebantur, et deprehendebant* τὸ μῆκος *quousque pervenisset* πνεῦμα σαλπιγκτοῦ, *et ille, qui poterat* εἰς μακρότερον ἀποτείνειν τὸ πνεῦμα, *vincebat. Audisti illum Epistadem, de quo supra, qui poterat* εἰς πεντήκοντα στάδια διϊκνεῖσθαι τῇ σάλπιγγι. Verum hic aliud fuisse puto τὸ μῆκος τοῦ πνεύματος, nempe spiritus continuationem et protensionem, quo qui deficeret, nec tam longo tempore posset una spiritus ἀποτάσει tubam insonare quam adversarius potuisset, ille vincebatur. Quod sequitur, καὶ πολλῶν τῶν περὶ τοὺς νεὼς οἰκοδομημένων et cetera, ἐπεξηγεῖται qui sint illi καλούμενοι πόδες, nec solum περὶ τοὺς νεώς, sed etiam περὶ πᾶσαν οἰκοδομήν, ut videre licet in *Eparchicis Iuliani Ascalonitae* apud *Constantinum Harmenopulum.* Quod ad πόδας autem attinet, rei illustrandae adscribam illa *H. Iunii* V. animadv. 20. ubi de κήρυκος significatione multifaria: *Continuato*, inquit, *spiritu quam diutissime verba trahere; et quod πόδα quasi pedem nominabant, edicti genus longissimis periodis constans, absque spiritus resorptu, recitare, laudi fuit, et inter examinationis probationisque modos habitum, ut testatur Pollux, et meminit in Epidemiis Galenus ibi,* καθάπερ οἱ κήρυκες ὅταν τὸν πόδα λεγόμενον ἐκφράζουσιν. Sed de hoc pede vid. plura apud eruditiss. *Hier. Mercurial.* I. *Var.* 19. qui ait neminem hactenus recte explicuisse de hoc pede. mallem tamen ipsum sequentia in *Polluce* nobis interpretatum quoque. Nam certe Latinus hic plane delirat solennia. Et nos certe parum hic videmus, ritus et historiae ignari. Et ipse *Mercurialis* sane ait forte hunc *Pollucis* locum ita esse corruptum, ut intelligi recte nequeat. Iung.

ἐνουθετήθησαν] Lectionem τοῦ μακρίτου Nostri *Kuehnii* rursus confirmat *Falckenburgius*, qui etiam συνετέθησαν agnoscit, et quidem e MSto.

καὶ πολλῶν τῶν etc.] *Falckenburgius* Noster illa πολλῶν

τῶν obelo notat, dein sequentia ita legit: *ἡ περὶ τοὺς νεὼς οἰκοδομημάτων ἔκδοσις σαφηνείας τινὸς δεομένη.* Quorum, ni fallor, talis erit sensus, ut dicat *Pollux, pedes dein additos fuisse, qui de spiritus protensione testarentur, et locationem aedium quoque circa templa (peractam sc. a praecone fuisse) ad quam clara voce opus erat.* Sub praeconis enim voce aedes vaeniisse notum est, an vero circa templa id factum fuerit, mihi non pariter liquet. Apud Elaeos tubicines et praecones ad aram de palma certasse in *Pausania* Eliac. V. lego, quae tamen forsitan hunc locum nihil iuverint. Sed nos in his coecutire credo, properantes et destitutos antiquitatum et penitiori linguae Graecae cognitione, viderint itaque de his omnibus eruditi, quibus facilius erit de vera huius loci lectione et sensu iudicare. Interea tamen *ᾠκοδομημένων* correxit *Kuehnius* Noster pro vulg. *οἰκοδ.*

92.

Pythio vicit Apollini] Tolle, *Apollini.* Seb.

Πυθοῖ δὲ ἐνίκα] In *Pythico* etiam victor fuit certamine. Kuehn.

Τβλαίῳ κήρυκι etc.] Epigramma non usquequaque integrum videtur, et speramus doctos opem laturos facile. Nos tantum ne pudeat indicare ubicunque haeremus: quum forte et non solis hoc nobis contingat. Tertius enim versiculus,

ὃς τρὶς ἐκάρυξε τὸν Ὀλυμπίας αὐτὸς ἀγῶνα,

bis, ni fallor, laborat pede in *ἐκάρυξε*, semel dein in *Ὀλυμπίας*. quae tamen videntur vitia facile posse emendari, si scribamus:

ὃς τρὶς ἐκάρυξεν τὸν Ὀλυμπιάσ' αὐτὸς ἀγῶνα.

et cur non etiam *ἐκήρυξεν*, sicut antea *κήρυκι* versu primo: neque enim hic alias *τὴν δωρίδα* adverto. *Ὀλυμπιάσ'* vero, id est *Ὀλυμπιάσι*, notum est. Alter versiculus forte nobis obscurior,

οὔθ' ὑποσαλπίγγων, οὔτ' ἀναδείγματ' ἔχων.

Et primum divisis voculis *ὑπὸ σαλπίγγων.* Scilicet ut demum introductum suadente Hermone, de quo supra IV, 88. Alterum vero *ἀναδείγματα* nobis obscurius. *Hesychius* exponit *ἡνίας περὶ τραχήλους.* an itaque innuit eum non in curuli vel equestri certamine victorem, qui lora non tenuerit? Sed meum *Salmasium* audi, ne mihi soli hic iam lucem factam te celem: *In Epigrammate*, ait, *Archiae, illis verbis ἀναδείγματ' ἔχων, quae vulgo obscura sunt, observandum est quod verum esse puto. Quum αὐληταὶ, tum σαλπιγκταὶ et id*

genus hominum, quos ars sua et buccas et collum inflare cogebat, ne illae partes plus satis intumescentes aut disrumperentur aut distorquerentur, eas constringebant et coërcebant loris aut fasciolis, φορβειαὶ de tibicinibus. unde Sophocles φυσᾷν φορβειᾶς ἄτερ. Aristoph. οὔπω κόραχ' εἶδον ἐμπεφορβιωμένον. Schol. φόρβιον δὲ ἐστὶ τὸ περικείμενον τῷ στόματι τοῦ αὐλητοῦ δέρμα, ἵνα μὴ σχισθῇ τὸ χεῖλος αὐτοῦ. alibi φορβειὰν, χαλινὸν exponit. Idem faciebant tubicines. sed isti collum quod maxime illis, dum canunt, surgere solet, huiusmodi loris comprimebant et continebant, quae ἀναδείγματα vocabantur. Gloriatur igitur hic Archias te ter vicisse Olympia, nec tamen illis fasciolis sive loraciis strophiis usum fuisse, quibus alii vulgo solent. Haec ille. *Casaubonus* vero noster ita legendos hos versus mihi respondit:

> ὃς τρὶς ἐκάρυξεν τὸν Ὀλυμπίᾳ αὐτὸς ἀγῶνα,
> οὐθ' ὑποσαλπίζων, οὔτ' ἀναδείγματ' ἔχων. Iung.

ὃς τρὶς ἐκάρυξε] *Petrus Faber* in Agonistico lib. II. cap. 15. pro τρεῖς (ita enim habet) ἐκάρυξε, ἐκάρυξεν reponendum, ipsam versus et sensus rationem postulare dicit.

Ὀλυμπίας] Convenientius metro Ὀλυμπιάδ'. *Suid.* Ὀλυμπιὰς, τετραετηρικὸς ἀγών. Seb.

Ὀλυμπίας] In Graec. scr. Ὀλυμπιάσ'. *C. Rittershusius.* Seberus.

Ὀλυμπίας] *Salmas.* Ὀλυμπιάσ' α. ἀ. *nam* Ὀλυμπιάσι νικῆσαι *dicitur apud optimos auctores pro* Ὀλύμπια νικῆσαι. recte. Kuehn.

Ὀλυμπίας] *Falckenburgius* Ὀλυμπίᾳ habet.

ὑποσαλπίγγων] Dividenda haec sunt ὑπὸ σαλπίγγων, *nec cum tubis*, nam saepe ὑπὸ accipitur pro μετὰ, ut notat *Proclus* in *Chrestomathia* apud *Photium*. Nam κήρυκες postea gestabant tubas iisque canebant, non vero, ut Hyblaeus ille, assa voce praeconium faciebant. Epigramma ruditer verterem ita:

> *Archia ab Hyblaeo, qui Praeco et filius Eucli,*
> *icona sume lubens, Phoebe, viroque fave.*
> *qui tria praecones per Olympia vicerat hospes,*
> *nulla anademata habens, nullius aera Tubae.*

ἀναδήματα coronae sunt vel fasciae, quibus redimita erant praeconum capita, qui in sacris vicerant agonibus. vid. *Hesych.* in ἀνάδημα. dicuntur iidem et ἱεροκήρυκες. aut si placuerit ἀναδείγματα servare, videndum erit annon praecones capiti collo circumdata habuerint quaedam loramenta, ut ti-

bicines suam habuerint *φορβειάν*. vid. *Hesych.* in *ἀναδείγματα*. KUEHN.

ἀπὸ μὲν οὖν τοῦ κήρ. etc.] MS. *ἀπὸ μὲν δὴ τοῦ κ.* IUNGERM.

κηρύκεια, ἐπικηρύκεια] MSS. *κηρύκια*. et mox *ἐπικηρύκια*. SEB.

κηρύκεια, ἐπικηρύκεια] MS. *κηρύκια, ἐπικυρίκια, κηρύκιον, καὶ κηρυκιὰ τέλους τι ὄνομα. κ.* IUNG.

τέλους τινὸς ὀνόματα] *τέλος* illud forte vectigal est quod cedebat praeconibus, qui vocem venditioni rerum vel proclamationi commodabant. alias in C. A. non comparent ista: *κηρύκειον κ. κ. τ. τ. ὁ.* vid. *Harpocration* in *κηρυκεία*. KUEHN.

τέλους τινὸς ὀνόματα] *Falckenburgius τέλους τινὸς ὀνόματι.*

93.

ἐπικηρύττεσθαι] Post in C. A. *ἀκήρυκτος π.* caeterum male accipit *Interpr. τὸ ἐπικηρύττειν χρήματά τινι*, dum vertit, *alicui bona per praeconem addicere.* significat enim pecuniam in caput alicuius per praeconem pronuntiare hoc modo: qui hunc vel illum interfecerit, talentum accipiet e publico, qui vero vivum adduxerit, duplum feret. *ἀντεπικηρύττειν* erat, cum contrario praeconio licitabatur eius caput, qui alienum proscripserat venale: vid. *Demosth.* de *falsa leg.* ubi de *Aeschine* sermo est, quod scilicet tale praeconium in eum promulgarint Thebani, non vero in *Philippum*, ut vult *Vales.* notis in *Maussac.* p. 280. KUEHN.

ἐπικηρ. ἐπὶ π.] Desunt *ἐπικηρυκεύσασθαι ἐ. π.* in MS. IUNGERM.

προκηρύξαι πόλ.] MS. *προκηρύξαι τε π.* IUNG.

ἐκεχειρίαν] Sequitur in C. A. *ἡσυχίαν* sine verbi repetitione superflua. KUEHN.

ἐκεχειρίαν] Deest in MS. sequens *κατακηρύξαι* ante *ἡσυχίαν*. IUNG.

ὃ καὶ κατακελεῦσαι λ.] Haec sunt marginis in C. A. dein in textu *ἀνακηρύξαι ἀγωνιστήν*, id est, *victorem certaminis promulgare* aliquem. KUEHN.

κηρύξαι τινὰ τῶν ἀγ.] Desunt in MS. *κηρύξαι τινὰ τῶν ἀγ.* IUNGERM.

τὸν δέ τινα] MS. *τόνδε τινά.* IUNG.

καὶ νίωνόν] Haec absunt a C. A. usque ad *κρίσιν*. KUEHN.

καὶ νίωνόν.] Desunt in MS. *καὶ νίωνὸν* etc. *ἑρμηνείας ρίσιν.* cum mediis. Iung.

οὐδ' ἐν Θεοπ. σταθμητὸν] Leg. *οὐδὲν Θεοπόμπῳ σταθμητόν. nihil habet Theopompus ex quo certum de illa interpretatione feratur iudicium.* Kuehn.

σταθμητὸν etc.] Leg. *ἀλλ. οὐδ' ἐν Θεοπόμπῳ στάθμη τῶν εἰς ἑρμηνείας κρίσιν*, ut monet *Casaub.* ad *Theoph.* Charact. pag. 128. ubi docuerat quid *λευκὴ στάθμη.* Seb.

σταθμητὸν etc.] In vulgatis ubi *σταθμητὸν εἰς ἑρμηνείας κρίσιν*, video aliquid sensus, licet parum. valde vero placet emendatio quae sub manu nascebatur. lego nimirum *στάθμη τῶν εἰς ἑ. κ.* hoc scilicet noster censor ait *ἐπιτιμητικῶς*, in *Theopompo* non esse amussim ad quam dictionem examinemus, vel, regulam elocutionis *Theopompum* non esse. quasi illum carere iudicio in eloquendo. Et quidni placeat mihi haec coniectura, quum video et antea literatorum principem *Casaubonum* ita restituisse ad *Theophrasti* Charact. *περὶ ἀδολεσχίας?* quem vide. Iung.

94.

τὸ δὲ ἔργον αὐτὸ τ. κ.] *Falckenburgius: τὸ δὲ ἔργον ἀπὸ τῶν κηρύκων* etc. quod vulgato melius, quamvis et illud bonum sit.

καὶ Ἰσαῖός που λ. κ.] Non sunt in C. A. Kuehn.

καὶ Ἰσαῖός που λ. κ.] Desunt in MS. *καὶ Ἰσαῖός που λέγει, κήρυκας.* desunt, ubi minime debebant. haeret enim sine dubio menda. quid enim novi vel notabilius dixit *Isaeus*, si *κήρυκας* dixit? Vidit et *H. Stephanus*, qui crucem in ora hic fixit: sed nec ipse opem tulit: et nos ab aliis expectamus. sequens *προκηρύξαι* quoque in mendo cubat, ut et ipse *H. Stephanus* in Thesauro notavit etiam. Sed hic MS. noster se praestat dignum facinus, qui veram lectionem repraesentat hanc: *προσκηρύξαι δ' ἐστὶν τὸ* etc. Iung.

καὶ Ἰσαῖός που λ. κ.] *Kuehnius* Noster in Codice suo pro *κήρυκας* ad oram adscripsit: *f. κηρυκεύσας.* Sed egregie hic nobis subvenit Codex *Falckenburgii*, cuius bonitas iam saepius se probavit, qui ex MSto pro illo vulgato *κήρυκας* habet *κηρυκευσάτω*, quare de vera iam lectione nulli amplius dubitare possumus. Hoc etenim vult *Pollux*, *ἔργον τῶν κηρύκων κηρυκεῦσαι* dici, idque confirmari auctoritate *Isaei* apud quem *κηρυκευσάτω* inveniatur.

προκηρύξαι] Rursum se praestantia Codicis *Falckenburgii* exserit, qui clare ut *Palatinus* MS. Cl. *Iungermanni προσκηρύξαι* habet.

προσκαλέσασθαι] C. A. προκαλέσασθαι, ut statim sequitur ex *Isaeo*, quamvis nec ista habeat C. A. KUEHN.

δημόσιον] MS. pro δημόσιον, δημοσία habet. Alterum dein δημοσίᾳ cum sequentibus: προκ. ὡς Ἰσ. εἴρηκε, non habet MS. suspicatur autem *H. Steph.* in Thes. istud προκηρυκευσάμενοι hic esse mendosum, et scribendum προκηρυξάμενοι· quum hic de compositis a κηρύττω agat. IUNG.

ἑρμηνέας] Vide ad hunc locum *H. Iun.* V. animadvers. 20. ubi et quid σπονδοφόροι καὶ ἐκχειροφόροι. IUNG.

καὶ ἐκχειροφόρους] In margine C. A. KUEHN.

ὀνομάσειε] *Falckenburgius* addito τις, ὀνομάσειέ τις, quae vocula tamen paulo ante praecessit.

ὑψηλὸν] Sequitur in C. A. ἀποτάδην φθεγγόμενος, omnibus aliis tam quae praecedunt, quam quae sequuntur omissis. KUEHN.

ὑψηλὸν] Desunt sequentia in MS. προμ. ἐ. σ. ἀ. σ. διηνεκές. et ἀπνευσιὶ cum reliquis huius segmenti. IUNG.

95.

μουσικῆς] μουσικῶν in textu C. A. sed ex correctione μουσικῆς. KUEHN.

μουσικῆς] MS. post μουσικῆς non interpungit. IUNG.

ὀρχηστής, ὀρχηστικὸς] Vitiose MS. ὀρχιστὴς, ὀρχιστικός. deest ὀρχήσασθαι cum duabus sequentibus vocibus, ὑπ. ἐξ. IUNGERM.

ὀρχηστικὸς] Sequitur in C. A. ὀρχήματα, ὑπορχήματα. caetera absunt usque ad ἐπορχούμενος. videtur autem inculcata a nescio quo originatio urbis Orchomeni, occasione argumenti quod est de saltatione, mendosa autem sunt pleraque huius loci, ita, ni fallor, restituenda: τάχα δὲ καὶ Ὀρχομενὸς παρὰ τὴν τῶν Χαρίτων ὄρχησιν, ὡς Εὐφορίων,

Ὀρχομενὸν Χαρίτων φαρίεσσιν ὀρχηθέντα.

id est, *forte etiam Orchomenus a Gratiarum ὀρχήσει saltatione* (nomen habet) *ut Euphorion*

Orchomenus Gratiarum vestibus desaltatus.

Notum est quod in Boeotia apud Orchomenios Gratiarum cultus primo institutus tradatur. unde *Pindarus Ode* ultima *Olymp.*

ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι
Χάριτες Ὀρχομενοῦ.

confer et notata ad *Pausaniam* in *Boeotic.* pag. 595. KUEHN.

τάχα δὲ καὶ ὀρχούμενος etc.] τάχα δὲ καὶ ὀ. etc. ἐπορχούμενος cum interiectis desunt in MS. quae quidem in vulgatis mihi non videntur exsortes mendi, de illis autem παρὰ τὴν τῶν χ. etc. loquor, quidnam enim sibi volunt illa παρὰ τὴν τῶν Χαρίτων ὄρχησιν? et quaenam dein Χαρίτων φάρεα? quas nudas fingebat tamen. Iung.

ὀρχούμενον Χαρίτων etc.] *Falckenburgius* Noster e MSto ita: ὀρχούμενον Χαρίτεσσι ἀφαίρεσιν ὀρχηθέντα, quod considerabunt eruditi qui omnia melius discutient.

ὀρχήστρα] MS. iterum vitiose ὀρχίστρα. Iung.

ὀρχήστρια] Abest a C. A. ut et quae sequuntur post ὀρχηστοδιδάσκαλος usque ad πυῤῥιχίσαι, quod est iam segm. seq. Kuehn.

ὀρχήστρια] Deest ὀρχήστρια. deinde MS. iterum ὀρχιστρὶς, ὀρχιστοδιδάσκαλος. postea σχηματίσασθαι etc. in MS. λείπει usque ad πυῤῥιχ. segm. seq. Iung.

σχηματίσασθαι] *Corpus figurare, staticulos, schemata dare, demutare, caput rectum ferre, circumagere, circumvorti, manus in orbem iacere.* Kuehn.

παραγαγεῖν. τὴν κεφ.] In vulgatis ubi παραγαγεῖν. τὴν κεφ. an rectius forte et distinguamus et emendemus, περιαγαγεῖν τὴν κεφαλὴν, διεν.? περιαγαγεῖν scilicet, ut περιφέρειν. est tamen et infra segm. seq. παραγωγὴν ab isto, etiam in MS. itaque nil mutandi temere auctor ego. distinctionem tamen, ut dixi, mutarem; vide vero de his vocabulis χειρῶν περιαγωγῆ, ἐνδείξει, ἐπιδείξει, ὀξυχειρία, εὐχειρία, ταχυχειρία, μορφάσαι, σχηματοποιήσασθαι, in re saltatoria, *Rigalt.* ad I. Onir. 78. *Artem.* Iung.

96.

πυῤῥιχίσαι] MS. iterum in πυῤ. pergit, et habet πυῤῥιχήσαι quasi πυῤῥιχέω diceretur. Iung.

πυῤῥίχη] A. πυῤῥ. ἔνοπλος ὄρχησις. P. ἐνόπλιος ὄρχησις. Seberus.

πυῤῥίχη] C. A. πυῤῥίχη ἐνόπλιος ὄρχησις. Kuehn.

πυῤῥίχη] MS. πυῤῥίχη ἐνόπλιος ὄρχησις. Iung.

ὀρχηστὴν] Iterum male ὀρχιστὴν MS. et deest ἐλαφρόν. Iungerm.

κοῦφον] C. A. subiungit πηδητικὸν ἀ. ὑγρὸν, π. εὐτράπελον, δ. δ. ὑγρομελῆ, λυγιστικόν. ἐρεῖς δὲ etc. Kuehn.

ἁλτικὸν, εὐ. etc.] Desunt in MS. ἁλτ. ε. ε. εὐσχ. epitheta haec saltatoris fere omnia graece hinc proponit *Rhodigin.* V. Antiq. 3. *quoniam*, ait, *vix citra fastidium audiri tralata poterunt.* Iung.

ἐναργῆ, ἐνδ. etc.] Desunt in MS. *ἐναργῆ, ἐνδεικτικὸν, δηλ. ἐπιδ. παντοδ. εὔτρεπτον.* Iung.

ὀχλοτερπῆ, ῥᾳδ. etc.] Desunt *ὀχλοτερπῆ* cum ceteris omnibus in MS. usque ad *λυγιστικὸν* segm. seq. Iung.

97.

πράγματος, κουφ. etc.] C. A. *εὐρυθμίαν, εὐ. ὑγρότητα, τέρψιν, πανήγυριν,* (festivitatem) *λυγισμὸν* usque ad *εὐποδίαν,* quod sequitur *ῥηματικῶς δέ.* Kuehn.

πράγματος, κουφ. etc.] MS. *πράγματος μὲν εὐρ.* et deest *κουφότητα,* cum interiectis. Iung.

ὑγρότητα] MS. *ὑγρότης,* et deest *ἐναργότητα.* Iung.

ἔνδειξιν, δηλ. etc.] Omissa sunt in MS. *ἔνδειξ. δ. ἐ. ῥ. εὐκολ.* Iung.

εὐχειρίαν, ταχ. etc.] Omittuntur, *εὐχ. τ. ε. ἰ. ε.* et loco illorum MS. *καὶ τὰ ὅμοια* habet. Iung.

98.

ἐλαφρίσασθαι] C. A. *λυγίσαι τ. καὶ τὰ ἐπιῤῥήματα, εὐρύθμως, πολυσχημόνως, εὐαρμοστως, ὑγρῶς.* caetera absunt. Kuehn.

ἐλαφρίσασθαι] MS. *ἐλαφρύσασθαι.* an forte *ἐλαφρύσασθαι* scribere volebat? sed vulgatum bonum est. deest dein *πηδῆσαι* in MS. cum *παραδ.* usque ad *λυγίσαι.* Iung.

σῶμα] Post *σῶμα* MS. *καὶ τὰ ὅμοια.* omissis illis *κάμψαι, κλάσαι.* Iung.

ὀρχηστικῶς, εὐσχημόνως] Desunt *ὀρχησ. εὐσχ.* dein MS. habet inverso, *εὐρύθμως, πολυσχημόνως.* Iung.

ὑγρῶς] Post *ὑγρῶς* MS. *καὶ τὰ ὅμοια·* omissis ceteris in hoc capite, et statim adnexis illis quae in seq. *εἴδη δὲ* etc. sine titulo. Nunc itaque ad illud caput de saltationum speciebus, ubi non saltem unum monstrum nos adiget invocare *Hercules* literatos. et MS. tamen praeclare interdum se quoque geret. Iung.

99.

περὶ εἰδῶν ὀρχ.] *Is. Casaub.* Saltationis olim multi modi schematis et nominibus discreti. Exempla aliquot referuntur ab *Athenaeo* (lib. XIV. fol. 630.) *Iulio Polluce.* Sed multas appellationes ab utroque esse praetermissas non est dubium. vide quae seq. anim. in *Athen.* fol. 569. Item *Erasm.* prov. *Pyrrhichen oculis prae se ferens. Rhodigin.* libr. V. cap. 4. *Buleng.* de Theatro lib. I. cap. 43. *Petr. Fabr. Agon.* I, 12. *Hieron. Mercurial.* Art. Gymn. II, 3. alios. Sen.

εἴδη δὲ ὀρχημάτων etc.] *Casaubonus* XIV. *Athen.* 7. Saltationis quum multi modi schematis et nominibus discreti essent, exemplaque aliquot referantur ab *Athenaeo*, et *Polluce* hic, multas tamen, ait, appellationes ab utroque esse praetermissas, non est dubium. Tres priores, quae sunt *ἐμμέλεια*, *κόρδαξ*, et *σίκινις* (sic enim habet) exponit et avus hic in Comm. utr. ling. cap. 928. MS. habet *σικινις* absque accentu. Apud *Athen.* lib. I. et lib. XIV. est *σίκιννις*, ubi hae tres etiam iunguntur. ut et apud *Hesych.* in *σίκιννις*. de his et cordace hinc etiam *Furlanus* ad notam XVIII. *Theophr.* Charact. et *Cruq.* ad I. Epist. 10. *Horatii.* de emmelia etiam *Iul. Scaliger* insigni fragmento, edito cum ipsius epistolis, de verbo Inepti. vid. et *Erasmum* Adagio, *Pyrrichen oculis prae se ferens.* ubi late de *Pyrriche*, et simul etiam breviter hic *ξιφισμὸν* et *ποδισμὸν* etc. De *Pyrricha* videatur etiam *Buleng.* I. de Theatro 43. et *Brodaeus* V. Miscell. 26. quod alii alium auctorem eius faciunt. de ea et *Rigalt.* ad *Artemidor.* I. ep. 78. et *Cuiacius* XIII. observ. 10. alii. Iung.

ὀρχημάτων] *ὀρχήσεων*. Seb.

ἐμμέλεια] C. A. distinctionem hic nullam habet ut nec post *κόρδακες*. dein *σίκινις σατυρικοί*. Kuehn.

κωμικοὶ] P. *κωμικὴ*. *Aug.* ut ed. Seb.

τελεσίας] C. A. *τελεσία*. Kuehn.

Κριτῶν] C. A. *Κρητῶν*. C. V. *Pyrrichum Cretensem* etiam *Hesych.* habet in *πυῤῥιχίζειν* et *Meurs. Lacon.* lib. II. cap. 12. conferatur *Lucianus* de *Saltat.* ubi a *Pyrrho* accersit *πυῤῥίχην*. *Athenaeus*, *Pyrrichem* facit Lacedaemonium. Kuehn.

Κριτῶν] Sic vulgati: quod videtur quibusdam viris doctis suspectum fuisse, licet id non fatentur: ita patet quum priora de *Pyrrhicha* et *Telesia* hinc citant. Legendum ut MS. expresse habet *Κρητῶν*. Vidit hoc et avus noster, qui haec exponens Comm. cap. 928. ait, Armati saltabant *πυῤῥίχην* et *τελεσίαν*, ita appellatas saltationes a Cretensibus duobus, *Pyrrhicho* et *Telesia*. Non vidit *Erasmus*, qui Adagio *Pyrrhichen oculis prae se ferens*, vulgatam mendosam secutus ita scribit, *Iulius Pollux* ait *Pyrrhichen* eandem esse cum *Telesia*, et utrosque fuisse iudices hoc genus certaminum. Nec hoc credo convinci potest, *Pollucem* unam et eandem speciem facere utramque illam *ἐνόπλιον ὄρχησιν*, quod crederem, si scriberet, *πυῤῥίχη τε ἥ καὶ τελ.* sed non sic habet, et satis apertum duo genera eum referre,

quum dicat *ἐνόπλιοι ὀρχήσεις*. *Telesiam* etiam *Athenaeus* libr. XIV. peculiariter refert: *τελεσίας*, ait, *ἀπὸ Τελεσίου πρώτου μετὰ ὅπλων ταύτην ὀρχησαμένου*. quae verba eruditus interpres in sua versione reddere insuper habuit, si quidem *Commelianae* editioni fides. *Hesychius* habet: *Τελεσία*, (forte etiam *τελεσίας* legendum) *ἡ μετὰ ξίφους ὄρχησις ἀπὸ τοῦ εὑρόντος Τελεσίου*. Ex hoc loco vero ubi *Κρητῶν* legendum ex MS. docuimus, videndum an recte habeat locus *Aristophanei Scholiastae*: *τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητική, ἣ καὶ πυρρίχη*. quod tamen vir doctus negat in suo Comm. ad *Lycophronem*, et emendat, *ἡ δὲ πυρρίχη*. Iuvent et illa quae ex *Nicol.* apud *Stobaeum* adfert *Cuiacius*: *οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ, καὶ τὴν ἐνόπλιον πυρρίχην ἐκπονοῦντες ἦν τινα πρῶτος εὗρε Πύρριχος Κυδωνιάτης Κρῆς τὸ γένος*. Cui paria tradit *Marius Plotius*. Iung.

Κριτῶν] *Κρητῶν Kuehnium* Nostrum secuti restituimus pro vulgato priori *κριτῶν*.

τι καὶ ξιφισμὸς] Margo C. A. *φορτικῶς odiose* ut solebant, impudici. Kuehn.

τι καὶ ξιφισμὸς] De *ξιφισμῷ* aliquid ad I. Oniroc. 78. *Artemidori*. De *ποδισμῷ Horatium Cruquius* exponit I. Carm. 36. ibi: Neu morem in Salium sit requies pedum. ubi tamen miror cur flectat *τὸ ποδισμὸν*, genere neutro. Iungerm.

ῥικνοῦσθαι] Hinc explicandum epitheton *Bacchi ῥικνώδεα*, in carmine *εἰς Βάκχον*, quod extat I. Antholog. 37. ait ibi eruditus *Brodaeus*. De his et sequentibus vid. etiam expositionem avi nostri in Comm. cap. 929. etc. Iung.

τετράκωμος] Quod miratus antea fui in *ποδισμῷ*, quod illud saltationis genus in neutro genere flectat *Cruquius*, idem in *κώμῳ* et *τετρακώμῳ* miror, quum idem ibidem dicat, aliud autem erat *κῶμον* et *τετράκωμον Herculi sacrum*. vid. *Polluc.* de tetracomo meminit et *Buleng.* II. de Theat. 26. vide doctiss. *Casaub.* XIV. *Athen.* 2. ubi ait, unde dictus sit tetracomus quaerere *Pollucem* hic eodem loco. Scilicet sub finem capitis huius segm. 105. Iung.

καὶ πολεμική.] Ante haec verba post *ἱερὰ* an interpungendum sit, quaerendum videtur. *πολεμικὸν* enim *Tryphon* apud *Athen.* libr. XIV. peculiare *αὐλήσεως ὄνομα* facit, sicuti et comon et tetracomon, et hedycomon et cnismon et mothona etc. ibidem. sic et alia talia uno nomine tam saltationem, quam cantionem significantia. An itaque et *πολεμικὴ* singulare *ὀρχήσεως* nomen? Iung.

100.

ἦν δὲ κωμαστικὴ] MS. ἦν δὲ κωμαστικὴ μάχη, καὶ πλ. ἕ. dein MS. καὶ ἡδύκωμος, ἡδείων. κνισμὸς etc. De illa, quae ἡδίων et in MS. ἡδείων (quamvis ψιλούμενον ibi) nihil invenio: fuerit forte non absimilis τῷ ἡδυκώμῳ. Alias *H Steph.* hic adnotaverat; de his *Athen.* libr. XIV. ex *Tryphone.* vide κνισμὸς in *Thes.* ubi eadem illa ex *Athen.* et alia ex *Hesych.* qui αὔλησιν vel μέλος exponunt, adfert. qui idem κνισμὸν inter αὐλήσεων nomina *Athen.* libr. XIV. poni, etiam hic ad oram adnotaverat. nimirum, ut et alia quoque dixi. et addit *Athenaeus* ad ista diserte: ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. sic et noster *Pollux* etiam quum hic inter saltationes referat, infra IX, 11. ait ἡδύκωμος, τὸ ᾄσμα. Iung.

καὶ ἡδύκωμος] Margo C. A. ἡδίων. κνισμὸς etc. ὠνόμαζον. hactenus margo. Kuehn.

τὸ Περσικὸν] Locum hunc ex *Thesmoph.* adfert avus noster Comm. cap. 929. σὺ δ' ὦ Τερήδων, ἐπαναφύσα τὸ Περσικὸν, et de Persica saltatione adfert et interpretatur locum, ubi prolixe de aliis generibus quoque, *Xenophontis* VI. Ἀναβάσ. in quo inter alia: τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κροτῶν τὰς πέλτας, καὶ ὤκλαζε (nota hoc ad ὄκλασμα) καὶ ἀνίστατο. etc. quem locum totum etiam in suum libr. I. Deipnos. *Athenaeus* inserit. caeterum *Pollux* videtur innuere ipso vocabulo ὀκλάσματος *Aristophanem* usum. Iung.

σύντονον] *Salmas.* pro σύντονον vult ἀσύντονον. Kuehn.

φαλικὸν] Recte MS. φαλλικόν. quo pacto et avus haec exponens Comm. c. 930. habet. Et annon sic etiam scribendum apud *Hesychium* pro φαλλίκων? ubi φαλλίκων, ὄρχημά τι, οἱ δὲ μέλος, ἄλλοι ᾠδὴν αὐτοσχέδιον ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδομένην. sic puto. μέλος fere, quemadmodum quosdam exponere *Hesychius* scribit, ἐπίφαλλον a *Tryphone* credo nominari inter αὐλήσεις apud *Athen.* libr. XIV. Tale quid fuisse patet et in Aegyptiorum festo *Bacchico*, simili Graecorum apud *Herodotum*, quem vide Musa secunda cap. 48. Iung.

φαλικὸν] φαλλικὸν restituimus textui cum duobus λλ, quemadmodum habent MSSti et Codex Nostri *Kuehnii*, nec aliter *H. Steph.* in Thesauro suo ex *Polluce* citat.

καὶ καλλίνικος] *Victoriosus* in *Glossis.* Kuehn.

καὶ καλλίνικος] De Callinico vid. *Casaub.* XIV. *Athen.* 2. Iung.

ἐφ' Ἡρακλεῖ.] Margo C. A. legitque ὁ Ἡρακλεῖ. vid. *Aristoph.* in fine *Avium.* caeterum paene oblitus fueram

monere supra τὸ φαλικὸν ascribi in C. A. alterum λ. habet et C. V. τὸ φαλλικόν. Kuehn.

ἐφ' Ἡρακλεῖ.] MS. ὁ Ἡρακλεῖ pro ἐφ' Ἡρ. Iung.

κολαβρισμὸς] De eo vid. *Casaub.* XV. *Athen.* 16. cuius verba adscribere placet, quae ad *Pollucem* peculiariter spectant, ut quorundam errorem qui *Καρικὸν* peculiarem saltationem hic faciunt, adgnoscas. sic ait: *Iulius Pollux* Colabrismum affinem Pyrrhichae saltationi facit, Thracum et Carum inventum. Nec aliter accepit *Iul. Scaliger.* I. Poëtic. 18. et avus noster Comm. 930. Errat itaque *Erasmus* Adagio: *Carica Musa*, ubi ait fuisse et saltationis genus tumultuosum ac militare etc. quod *Pollux* hic *Καρικὸν* appellat: et iterum Adagio *Pyrrhichen oculis prae se ferens*, ubi de *Polluce* hic varia genera exponit, rursus, ait, aliam quam *Καρικὴν* dixere, quae et ipsa armis peragebatur. hic et *Καρικὴν* fingit: si modo editione fideli utor. Iung.

Καρικόν.] C. V. βαρικὸν· puto fuisse βαρβαρικὸν, nam βάρβαροι κατ' ἐξοχὴν *Cares Phrygesque* dici solent. vid. *Hesych.* in βαρβαρόφωνοι. Kuehn.

καὶ βαυκισμὸς, Βαύκου ὀρχηστοῦ. κῶμος] Margo C. A. usque ad ἐπώνυμος, legit autem βαυκισμὸς, Βαύσκον etc. C. V. ita: καὶ βαυσκισμὸς, βαύσκος, Βαύσκου ὀρχηστοῦ κώμου ἐ. *Salmas.* etiam monet post ὀρχηστοῦ tollendam distinctionem esse. Kuehn.

καὶ βαυκισμὸς, Βαύκου ὀρχηστοῦ. κῶμος] MS. καὶ βαυσκισμὸς, Βαύσκου ὀρχιστοῦ κῶμος ἐπ. et certe inter corrigendum visum mihi est illud punctum post ὀρχιστοῦ tollendum, ait enim hanc saltationem cognominem fuisse saltatori, vel nomen ab eo traxisse, ut et statim loquitur eodem modo de gingra init. segm. 102. Putem ita et *Scaligerum* I. Poët. 18. accepisse: quamvis addit: *hanc quoque κῶμον nominarunt*, quasi sic esset agnominata etiam. sed κῶμον tantum hic pro specie κώμου accipio. In quo magis confirmor, quum legam et apud avum Comm. cap. 930. haec exponentem: βαυκισμὸς, inquit *Pollux*, a saltatore Bauco, comessatoria saltatio nomen sortita. mollicula illa quidem, et delicatos membrorum flexus habens. Addit suam coniecturam: Nisi forte verum est καυκισμός. nam in *Athen.* libr. IV. καυκιζόμενον quidam Comicus senem reprehendit, id est lascive saltantem in convivio. Hinc igitur esset καυκισμὸς, ut ἀπὸ τοῦ κολαβρίζεσθαι, κολαβρισμός. Verum eruditissimus *Casaubonus* eo loci reponit βαυκιζόμενον. et in nostro *Polluce* adnotavimus iam errori alibi etiam locum dedisse κ et β in MS.

non absimilem scriptionem. Notandum vero et Bauscismum et Bauscum in MS. adpellari. apud *Suidam*, *Hesychium*, *Etymol.* tamen etiam est *βαυκισμὸς*, ut in vulgatis. Iung.

καὶ βαυκισμὸς, Βαύκου ὀρχηστοῦ. κῶμος] Sustulimus illam *τελείαν* distinctionem post *ὀρχηστοῦ*, quae hic locum nullum habet.

ἐξυγραίνουσα] MSSti subdunt *καὶ στρόβιλος*, quod in vulgatis mox sequitur: vid. *Hesych.* in *στρόβιλος*. Kuehn.

ἐξυγραίνουσα] Post *ἐξυγραίνουσα* in MS. sequitur *καὶ στρόβιλος*, quae infra dein desunt. Iung.

101.

βακτριασμὸς] *Athen.* *μακτρισμός*. vid. *Casaub.* loco paulo ante indicato. Seb.

βακτριασμὸς] MSSti *ματρισμὸς* videtur fluxisse a nescio quo, cui nomen *Matris*, ut et alia saltationum *σχήματα* nomen invenere a suis quaeque Auctoribus. *Athenaeus* *μακτρισμὸς* et *ἐπίκινιν* esse ait. *Hesych.* *μάκτρης* dicit esse *σχῆμα ὀρχήσεως*. Kuehn.

βακτριασμὸς] Pro *βακτριασμὸς* MS. *ματρισμὸς* habet. Sic egregie egregii *Casauboni* sententiam confirmans, *μακτρισμὸν* enim apud *Athenaeum* est lib. XIV. ad quem ille XIV. advers. 7. *Pollucis* vulgata adducit et ait: Mactrismus et bactrismus sive bactriasmus idem. *β* pro *μ* positum ex prava consuetudine scribentium. nam verior lectio nostra quam *Pollucis*. *Hesychio* *μάκτηρ* appellatur. de illa *β* et *μ* non absimili scriptione in MSS. etiam supra dixi ad IV, 21. Iam itaque *Pollucis* nostri lectio pariter vera, nisi quod *ματρισμὸν* habet MS. Sed *μακτρισμὸς* legendum a *μάκτρᾳ*, ut *ἴγδις* ab eodem, puto, coquinario instrumento dicta fuit, de quo infra X, 103. Iung.

ἀπόσεισις] MSSti addunt, *καὶ ἴγδις*. caeterum haec de Mactriasmo usque ad *περιφορᾷ* sunt tantum in margine C. A. Kuehn.

ἀπόσεισις] MS. auctior sic habet: *ἀποσ. καὶ ἴγδις, ἀσελγ.* egregie. Iungit eodem modo *Athenaeus* libr. IV. *καὶ γελοῖαι*, ait, *δ' εἰσὶν ὀρχήσεις ἴγδις καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σόβας*. et Noster infra X, 103. posuit: ut hic omisisse mihi non sit vero simile. Audi de hac saltatione, maioris lucis gratia, et *Etymologum* in *ἴγδη· ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρχήσεως ἰγδίσματα, ἐν ᾗ ἐλύγιζον τὴν ὀσφὺν ἐμφερῶς τῷ δοΐδυκι*. Et sic diligentissimus virorum *Sylburgius* apud *Suidam*, ubi est, *ἴδισμα, λύγισμα*, in suo Codice adscripsit, *ἴγδισμα, λύγισμα*.

quod verum esse etiam literarum ordo doceat. video tamen et *H. Stephanum* in Thesauro ita monere emendandum. Iung.

ἀσελγῆ etc.] *H. Steph.* in margine addit interpretationem, *genera obscoenarum saltationum.* Iung.

καὶ στρόβιλος] Haec iam possunt abesse. Kuehn.

καὶ στρόβιλος] Haec in MS. desunt hic, supra quidem posita: ubi si locus illius potius, legendum forte: *καὶ στρόβιλος, μακτρισμούς τε καὶ ἀπ.* De strobilo hinc saltem *Rhodig.* XX. antiq. 19. et *Nunnes.* ad II. *Eclog. Phrynich.* ubi et de aliis illius vocabuli significatis. vide et Avum nostrum Comm. c. 930. Iung.

μόθων] Ex hac saltatione hinc *Erasmus* Adagium, *Aufer mothonem a remo* conatur interpretari. Meminit eius et *Buleng.* lib. II. de Theatro cap. 26. vid. et avum Comment. cap. 930. ubi et de caeteris quae sequuntur. Iung.

τὴν δὲ γέρανον etc.] *Falkenburgius* e MSto habet *πτάνον*, quod cum vulgato non permutarem. Pertinent huc illa *Callimachi* Hymno in *Delum* v. 310.

οἱ χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγριον υἷα φυγόντες
Πασιφάης, καὶ γναμπτὸν ἔδος σκολιοῦ λαβυρίνθου,
πότνια, σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου κιθαρισμοῦ
κύκλιον ὠρχήσαντο· χοροῦ ἡγήσατο Θησεύς.
qui ubi horrendum mugitum et ferocem filium effugissent
Pasiphaae, et inflexam sedem tortuosi labyrinthi,
diva, tuam circa aram citharae ad cantum
in orbem tripudiarunt: chorumque duxit Theseus.

Ad quae merito videndus omnis eruditionis plenus ille Commentarius Illustriss. Viri *Ezech. Spanhemii*, qui et hunc *Pollucis* locum adducit, et *ὑφ' ἑκάτῳ* ex *Codice MSto Vossiano*, quo *ὁ μακαρίτης* Noster *Kuehnius* usus est, pro *ἐφ' ἑκάστῳ* legit, totumque locum ita latine exprimit: *Geranum vero secundum multitudinem saltabant, singulis singulos ordine consequentes, extremitates utrasque tenentibus circa Thesea ducibus, primum circa Deli aram, e labyrintho egressum imitantibus.* Ceterum *Kuehnii* Nostri Codicem, quem e MSStis restituit, secuti, *στοῖχον* tibi pro *στίχον* priori dedimus, et sequentia ita distinximus: *τὰ ἄκρα τ. ἡγ. ἐχόντων, τῶν περὶ Θησέα πρώτον* etc. uti et *Salm.* habet in suo Cod. cui adscr. *perperam Interpr.*

ἐφ' ἑκάστῳ κατὰ στίχον] C. A. *ὑφ' ἑκάστῳ* quod et C. V. habet, qui etiam *κατὰ στοιχεῖον* legit, unde facile fit, *κατὰ*

στοῖχον, *ex ordine, secundum seriem*, quod placet etiam *Salmasio* ex MS. P. Kuehn.

ἐφ' ἑκάστῳ κατὰ στίχον] MS. ὠρχ. ἕκαστος ὑφ' ἑκ. κ. στοιχεῖον τ. ἄ. ἑκατέρων τ. ἡ. ἐ. τὸν περὶ Θ. sic MS. Iung.

στίχον] MSS. στοῖχον. Seb.

ἑκατέρωθεν] Ex MSStis C. A. ἑκατέρων. C. V. ἑκατέρω unde factum ἑκατέρωθεν in vulgatis. significabatur quod γέρανος fuerit chorea multorum, in qua alter alterum excipiebat secundum seriem, praesultoribus utrinque a fronte constitutis, qui dicebantur *γερανουλκοί*. *Theseus* cum suis, postquam ex labyrinthi ambagibus salvus et incolumis Delum appulisset, tales choreas circa Delii Apollinis aram primum adornavit, ad imitandum exitum e labyrintho. vid. *Meursium Lacon.* lib. II. eiusque *Orchestram*. Kuehn.

τῶν ἡγεμόνων] C. V. post τῶν habet τὸν. puto illud τὸ pertinere ad sequens τῶν περὶ (τὸν) Θησέα. *Salmas.* ita: τ ἄκρα ἑκαδιέρων etc. τῶν π. Θησέα πρώτων etc. Kuehn.

ἐχόντων τ. π. etc.] Certe in vulgatis distinguendum est ita: ἐχόντων, τῶν περὶ Θησέα πρ. hoc enim ait *Theseum* cum socios primum circa aram Deliam sic repraesentasse exitum ipsius e labyrintho. Singularis est locus *Plutarchi*, qui in eius *Theseo* se mihi offerebat: ἐκ δὲ τῆς Κρήτης ἀποπλέων εἰς Δῆλον κατέσχε (Θησεὺς) καὶ τῷ θεῷ θύσας, καὶ ἀναθεὶς τὸ ἀφροδίσιον ὃ παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἔλαβεν, ἐχόρευσεν μετὰ τῶν ἡβῶν χορείαν ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσι, μίμημα τῶν ἐν τῷ λαβυρίνθῳ περιόδων καὶ διεξόδων, ἔν τινι ῥυθμῷ παραλλαξεις καὶ ἀνελίξεις ἔχοντι γιγνομένην. καλεῖται δὲ τὸ γένος τοῦτο τῆς χορείας ὑπὸ Δηλίων γέρανος, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος. ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν ἐκ κεράτων συνηρμοσμένον εὐωνύμων ἁπάντων. Iung.

καὶ διποδία δέ] Margo C. A. usque ad αὐλήματος Kuehn.

καὶ διποδία δέ] *Hesych.* διποδία ὀρχήσεως εἶδος. οἱ δὲ διποδισμός. Iung.

102.

πρὸς αὐλόν] C. V. una voce πρόσαυλον ὄ. ut ἀλλοπρόσαλλος Mars dicitur, et *Sophoclis* βοὴ πάραυλος. Kuehn.

πρὸς αὐλόν] MS. προσαυλόν. Sed videtur sub o prim accentus fuisse: certe ibi erasum est quicquid supra fui Iungerm.

ἑκατερίδες] Aliter *Hesych.* in ἑκατερεῖτο. Kuehn.

ἑκατερίδες] Etiam reponit hinc apud *Athenaeum*, ub male καθειρίδες *Casaub.* XIV. animad. 7. Iung.

θερμαστρίδες] MSS. *θερμαυστρ.* Seb.

θερμαστρίδες] C. A. *τερμαστρίδες* in textu: *θ* vero supra scriptum. C. V. *θερμαυστρίδες* et *θερμαυστρίς*. *Hesych. θερμαστρίδες* et docet quod sit saltatio *ἔντονος καὶ διάπυρος ταχοῦς ἕνεκα*. unde et nomen habet *ἀπὸ τοῦ θερμοῦ*, a calore motus celerrimi. vid. *Ionstonii adumbrat. Polymathiae* libr. II. cap. 54. n. 365. et seq. Kuehn.

θερμαστρίδες] Et hoc hinc restituit ibid. *Casaub.* ubi in *Athenaeo* male *θαυμαστρίς*. Sed MS. noster hic habet *θερμαστρίδες*. et mox iterum *θερμαυστρίς*. contra vero IV, 105. ubi vulgo *θερμαυστρὶς*, MS. *θερμαστρὶς* habet. Quibus vacat, haec excutiant: nobis non licet esse tam otiosis. Iungerm.

θερμαστρίδες] *θερμαυστρίδες* habet *Falckenburgius*, ut et mox *θερμαυστρίς*. vid. *Petr. Fabr.* Agonist. lib. I. cap. 12. De diversa huius vocis scriptione consulendus *H. Steph.* in Thesauro.

τὰ δὲ ἐκλακτίσματα] MS. *τὰ δ' ἐκλακτίσματα* etc. Ego *ὑπεκλάκτισμα* dixissem, ait censor *Scaliger* I. Poët. 18. quem vide. Iung.

εἴδει γὰρ ὑπὲρ τὸν ὦμ.] MS. *ἔδει δὲ ὑ. τῶν ὤμων ἐ.* volebat, credo, scribere *τῶν ὤμων*. Iung.

βίβασις] Ex hoc loco illustrat *Bapt. Egnatius* versum *Iuven.* 175. Sat. XI.

qui Lacedaemonium pedemate (al. *pytismate*, al. *pytilismate*) *lubricat orbem.*

vid. Thes. Crit. *Gruteriani* tom. I. pag. 541. Seb.

βίβασις] C. V. *κίβησις*. C. A. *βίβησις*, quod melius. Doricum vero *βίβασις* a *βίβω*, id est *βαίνω*, et mox *χίλια πόκα βιβάντες*. *Aristoph. Lysistr. ποτὶ τὰν πυγὰν ἄλλεσθαι*. Kuehn.

βίβασις] MS. *βίβησις*. de *βιβάσει* Laconica Lacedaemonium orbem explicat *Io. B. Egnatius* racemat. cap. 17. ubi et de aliis Laconicis saltationibus hic. improbat vero eam explicationem *Brodaeus* V. Miscell. 26. Bibasi fere similem esse ait saltationem in choreis Polonicis *Nicolaus Cragius* libr. III. de Rep. Laced. tabula 9. instituto 3. ubi locum *Pollucis* ita transfert. Bibasis erat species saltationis Laconicae, cuius erant et proposita praemia, neque solum pueris, sed et virginibus. Necesse autem erat in hac saltatione exilire, et nates pedibus contingere. Atque ita numerabantur saltus. Iung.

βίβασις] *Falckenburgius κίβησις*, ut et C. V. habet.

ψαύειν] MSS. *ψαύεσθαι*. Seb.

ψαύειν] MSSti *ψαύεσθαι*. vid. *Hesych.* in *ῥαθαπυγίζειν*. *ψαύεσθαι* in C. P. etiam legit *Salm.* Kuehn.

ψαύειν] MS. *ψαύεσθαι*. Iung.

βιβάντες] MSS. *βιβάντι*. Seb.

βιβάντες] Melius et plenius MSSti: *χίλια πόκα βιβάντι πλεῖστα δὴ τῶν πη πόκα, millies olim exsiliit in βιβάσει, nec usquam aliquis ullibi numerum saltuum excessit.* quod autem de unica virgine *βίβασιν* saltante sermo sit, patet ex verbis *ἐπὶ μιᾶς ἦν καὶ ἐπίγραμμα.* C. V. sine accentibus *πηποκα. βιβάντι* habet et *Salmas.* Kuehn.

βιβάντες] MS. plura habet sic: *βιβάντι πλεῖστα δὴ τῶν πηποκα. τὰς δὲ π.* etc. Rhodum videmus, sed non saltamus: malumus videre hoc peritiores. Alias avus noster Comm. cap. 950. *πινακίδας* statim vulgato *ἐπιγράμματι* adnectens, videtur aliud exemplum secutus. Iung.

βιβάντες] *Valckenburgius* ita plenius: *βιβάντες πλεῖστα δὴ τῶν πήποκα.* quae posteriora *Kuehnius* quoque Noster, textui *Pollucis* reddidit, et pro *βιβάντες βιβάντι* restituit.

103.

τὰς δὲ πινακίδας] *Leop.* Emend. IV. 2. Seb.

εἴτ' ἐπὶ πινάκων] MS. *εἴτε ἐπὶ π.* De hac saltatione capienda illa *Hesychii πινακιδοῦς ὄρχησις ποιά.* et an ibi emendandum ex Nostro, *πινακίδες.* Hanc *πινακίδα* et apud *Athenaeum* habes. ex Nostro autem, ut alia, et *Rhodigin.* V. antiq. 4. refert de iis. Iung.

τὸ γὰρ κερνοφόρον] Margo C. A. usque ad *ἐκαλεῖτο.* vid. *Hesych.* in *κερνοφόρος.* ubi indigitat inter sacra adhibitum hoc genus saltationis. Kuehn.

οἶδα ὅτι κέρνα] MS. *οἶδ'* (forte volebat *οἶδ'*) *ὅτι λίκνα, ἢ ἔσχ. φέροντες. κέρνα* etc. non male, ni fallor. ait enim de *πινακίσιν*, se nescire an saltaverint illud *ὄρχημα, ἐπὶ πινάκων*, an *πίνακας φέροντες.* quod vero, subiicit, ad *κερνοφόρον* attinet, non ignoro, sed novi, quod saltaverint illud *κέρνα φέροντες.* noster autem MS. ut vides *λίκνα* prius habet: ait et *Athenaeus* de *κερνοφόρῳ οἷον λικνοφορήσας.* Scilicet illa *λίκνα, κέρνα* vocata esse, et miror supra I, 55. de vasis sacris illa *κέρνα* omissa. sed de his *κέρνοις* et *κερνοφόροις* vid. eruditiss. *Leopard.* IV, Emend. 2. Iung.

κέρνα] Melius MSSti, *λίκνα*, nam sequitur demum *κέρνα δὲ ταῦτα ἐκαλεῖτο. Hesych. στεφανὶς, ἀγγεῖα κεραμᾶ.* pro *ἕτερον* C. A. *φέροντες.* Kuehn.

κέρνα] *Falckenburgius λίκνα* ex MSto. et id *Kuehnius* Noster textui quoque inseruit pro priori *κέρνα*.

τὸ δὲ Ἰωνικὸν] De Ionico vid. *Turneb.* IV. advers. 21. IUNGERM.

Σικηλιῶται] C. A. *σικελιῶται μ. Salmas. Σικελιῶται.* KUEHN.

Σικηλιῶται] Scribe *Σικηλιῶται.* in quo operae peccarunt. IUNGERM.

Σικηλιῶται] *Σικελιῶται* scripsimus in textu, uti habent editio *Aldina* et *Basileensis* pro *Σικηλιῶται* ultimae *Seberi* editionis.

ἀγγελικὸν] P. *ἀγγελτικόν.* SEB.

ἀγγελικὸν] *ἀγγελτικὸν* iam in textu *Pollucis* legitur ex correctione *Kuehnii* pro priori *ἀγγελικόν.*

ἀγγέλων] *Nuntiorum, Tabellionum. Interpr. Angelorum referebat formas. Hesych. ἀγγελίη, ὄρχησίς τις παροίνιος* genus saltationis inter pocula usitatum. *Salmas.* leg. *ἀγγελικόν.* KUEHN.

μίμησις ἦν.] MSS. *ἡ μιμ.* SEB.

μίμησις ἦν.] MS. *ζ. ἡ μιμ. ἦ.* IUNG.

καὶ σκώψ.] C. V. *κωψ.* et mox, *σκοπίας. Salmas.* ex C. *Palat. σκοπιάς.* KUEHN.

καὶ σκώψ.] MS. *καὶ κωψ. τ. δ. α. κ. σκοπιᾶς.* Nec vanum illud *κώψ.* sed ab ipsa antiquitate, ut pluribus videas apud *Athenaeum* libr. IX. ubi ad ipsam nostram avem et illa e *Metrodoro*, qui *ἀντορχουμένους φησὶν ἁλίσκεσθαι τοὺς κώπας.* Alterum *σκοπιᾶς*, nescio annon malim *σκοπιάς*, vel retineam vulgatum. Alias de hac saltatione vid. Comm. avi c. 931. mox dein MS. *ἔγων.* IUNG.

κατὰ τὴν τοῦ ὄρν.] P. *κατὰ τῆς ὄρν.* SEB.

ὑπ' ἐκπλήξεως τὴν ὄρχησιν ἁλ.] *Henr. Stephan. ὑπ' ἐκπ. τῆς ὀρχήσεως ἁλ. Athen.* libr. IX. fol. 391. (*τοὺς σκώπας*) *ὀρχήσει λόγος ἁλίσκεσθαι.* SEB.

ὑπ' ἐκπλήξεως τὴν ὄρχησιν ἁλ.] Bene C. A. et V. *ὑπ' ἐκπλήξεως πρὸς τὴν ὄρχησιν*, capitur enim avis illa stupore defixa in saltantem, adeoque saltatione capta capitur. *πρὸς τὴν* scribendum monet etiam *Salm.* KUEHN.

ὑπ' ἐκπλήξεως τὴν ὄρχησιν ἁλ.] Mendosum locum patet, et torsit optimum *H. Stephanum*, qui duplicem coniecturam adposuit, *ἴσως κατὰ τὴν ὄρχησιν*, vel *τῆς ὀρχήσεως*· quarum secundam ita exosculatus scilicet est, ut pro ipsis *Pollucis* verbis in Thesauro nobis adponat. At mehercle nimis hoc audacter. Et si MS. noster hic auctoritatem merito obtinet,

utraque eius coniectura falsa est. MS. enim ita: *ὑπ' ἐκπλ. πρὸς τ. ὅ.* optime, nec scio ipsum *Stephanum*, si viveret, negaturum. Tam saepe etiam fallunt speciosissimae coniectationes, si codex bonus absit. vide vero de captura Oti *Athenaeum* lib. IX. ubi ait idem facere scopas. *καὶ γὰρ τούτους ὀρχήσει λόγος ἁλίσκεσθαι.* Iung.

ὑπ' ἐκπλήξεως τὴν ὄρχησιν ἁλ.] *πρὸς* addidimus ex *Kuehnii* Nostri Codice et MSStis.

104.

ὁ δὲ λέων] Ex hac saltatione et Pithaleonta apud *Horat.* I. Serm. 10. conatur interpretari inter alia *Cruquius:* quod mihi videtur longe nimis petitum. Iung.

Λακωνικὰ ὀρχ. etc.] MS. *Λακωνικὰ ὀρχ. διαμαλέας Σίληνοι* etc. Invenitur scilicet *Σιληνοὶ* et *Σειληνοὶ* in libris. Iung.

Λακωνικὰ ὀρχ. etc.] Post *ὀρχήματα* posuit distinctionem minorem *Kuehnius* Noster.

δειμαλέα] MSS. *διὰ μελέας. Bapt. Egn.* nihil mutat loc. ind. Seb.

δειμαλέα] C. V. *διαμαλέας. Interpr.* accipit pro nomine proprio, *Demalea* vertens, tactus ob hoc ipsum a *Meursio* in *Laconicis*, qui vertit, *saltationes formidabiles.* MSSti clare, *διαμαλέας*, quod vel ipsum nomen est saltationis. a *μαλλοῖς, pilis* Satyrorum, vel minimum debet esse, ut *ἴθυμβοι* et *καρυάτιδες.* exsculpat inde aliud melius quicunque potuerit. *Salmas.* affert lectionem ex C. P. eandem cum *Seberi* lectione. Kuehn.

δειμαλέα] Ad *διαμαλέας* (solet enim MS. huiusmodi una dictione perscribere) quod attinet, considerabunt viri docti, an peculiare Lacedaemoniorum *ὀρχημάτων* genus hic lateat. Ego *μαλέαν* scio quidem, *ἀκρωτήριον τῆς Λακωνικῆς*, nec quid praeterea. Iung.

ἐπ' αὐτοῖς Σάτυροι] MSSti, *ὑπ' αὐτοῖς. Sileni*, et cum illis Satyri fuerunt, qui *διαμαλλέαν*, vel cum uno *λ διαμαλέαν* cursim saltarunt. Kuehn.

ἐπ' αὐτοῖς Σάτυροι] MS. *καὶ ὑπ' αὐτ.* Iung.

καὶ ἴθυμβοι] *καὶ* abest a C. A. Kuehn.

καὶ ἴθυμβοι] MS. *ἰθύμβοι.* Iung.

καριατίδες] Scr. *Καρυατίδες.* Quid sint in *Plutarcho* Caryatides saltantes docet *Iac. Nic. Loënsis* Epiphil. IV, 15. Seberus.

καριατίδες] MSSti *Καριάνδες.* vulgatior lectio est *Καρυαντίδες. Salm.* ex altero C. MSto *Καριάνδες.* Kuehn.

καριατίδες] MS. *καρυάνδες ἐπ' ἀρ.* Sane si hoc non rectum: tamen per *υ* est scribendum *Καρυατίδες*, ut etiam avus habet Comm. c. 931. non per *ι*, ut vulgo. vide prolixe doctiss. *Iac. Nicolaum* IV. Epiphill. 13. Iung.

καριατίδες] *καρυατίδες* per *υ Kuehnius* textui restituit pro priori *καριατίδες* per *ι*.

βαρύλλικα] Margo C. A. usque ad *Ἀρτέμιδι*. dein MSSti *Βαρυλλίκου*. Kuehn.

βαρύλλικα] *βαρβύλλικα Falckenburgius*, et mox quoque *βαρβυλλίκου*.

Videndum tamen an hic potius sit legendum *δυνάμεις, δίπους* etc. Iung.

ἀκριτὴς.] Pro *ἀκριτὴς* potius *τετράπους* expectassem: sed solet *Pollux* non raro talia *ἀκρίτως* cumulare. Suspicor tamen sub illo *ἀκριτὴς* latere aliquid mendi, quod tamen non exputo. Veniebat quidem in mentem *ἀκαρὲς*, quod supra II, 55. sed viderint *οἱ ἐπιστήμονες*. Sed quae non monstra obsederunt *Pollucem* nostrum? Hoc certe loco mira. nolo me iactare, sed profecto tibi veram loci, etsi MS. nos deserat, emendationem demonstrabo. lege meo periculo: *δυνάμεις δίπους τρίπους ἄχρι τῆς ἑπτακαιδεκάποδος φησὶν ὁ Πλάτων.* meo periculo? imo *Platonis*, unde haec desumpta, et eius verba ex *Theaeteto* tibi adscribam: *περὶ δυνάμεων τὶ ἡμῖν Θεόδωρος ὅδε ἔγραφε, τῆς τε τρίποδος πέρι καὶ πεντέποδος, ἀποφαίνων ὅτι μήκει οὐ ξύμμετροι τῇ ποδιαίᾳ· καὶ οὕτω κατὰ μίαν ἑκάστην προαιρούμενος, μέχρι τῆς ἑπτακαιδεκάποδος. ἐν δὲ ταύτῃ πως ἐνέσχετο. ἡμῖν οὖν εἰσῆλθέ τι τοιοῦτον, ἐπειδὴ ἄπειροι τὸ πλῆθος αἱ δυνάμεις ἐφαίνοντο, πειραθῆναι συλλαβεῖν εἰς ἓν ὅτῳ πάσας ταύτας προσαγορεύσωμεν τὰς δυνάμεις.* Mirum vero, ni *Pollux* et *πεντέπους* addiderit, et scripserit, *δ. τρ. πεντέπους, ἄχρι* etc. ut dixi. Iung.

ἀκριτὴς.] *Kuehnius* Codici suo, quem e MSStis restituit, adscripsit *f. ἀκαρὴς*.

δεκάποδος] *H. Steph.* pro *δεκάπους* fortasse afferri ait, Sebenus.

ἡδιποδία] An *ἡμιπόδια* scribendum? *Theoph.* Hist. Pl. lib. II. *οὐ κατωτέρω τριῶν ἡμιποδίων.* Seb.

ἡδιποδία] Quid *ἡδιποδία* sit, tu forte mecum nescis. Scies vero si mecum emendabis, *ἡμιποδία*, quod esset *semipes*. Iung.

τραπέζεια] Legendum videtur *τραπέζια*, uti est apud *Suidam*, licet absque explicatione. plurali scilicet. explicat vero id optimus glossarius *Hesychii*: *τραπέζιον περὶ* (*Sylburgius* recte emendat *παρὰ*) *τοῖς γεωμέτραις σχῆμα, τὸ τὰς μὲν δύο πλευρὰς ἀπεναντίας πρὸς ἀλλήλας ἔχον ἀνίσους, τὰς δὲ ταύτας ἐπιζευγνυούσας ἴσας.* Iung.

τραπέζεια] Illa *παράλληλαι εὐθεῖαι π. τ. μ. ἀναλογία τὰ π. ἀ.* ita distinxit *Kuehnius*: *παράλληλαι, εὐθεῖαι, περὶ τὰ μέρη, ἀναλογία, τὰ πρὸς ἀξίαν.*

παράλληλαι] Quamvis parum callere me in his fatear quae ad abacum et pulverem eruditum spectant, tamen *παράλληλοι* legere malim, pro vulgato *παράλληλαι*, vel *παράλληλα*. Iung.

ἀναλογία] Post *ἀναλογία* videtur comma ponendum. Nunc ad MS. in quo usque ad *μυρίανδρος*, quod est circa finem segm. 165. de arithmetice haec tantum habentur: *ἐκ δὲ ἀριθμ. ἀριθμὸς, διαριθμεῖν, παραριθμεῖν, καταριθμεῖν, ἀριθμητικός. ἑρεῖς δὲ ὥσπερ πλεοναχόθεν· οὕτως καὶ πλεισταχόθεν.* Ubi notabis *τὸ πλεοναχόθεν*, quod in vulgatis non est, in quibus tamen *πολλαχόθεν* legitur. IUNG.

162.

ἀριθμητικῆς] C. A. *ἀριθμητικῶν*. KUEHN.

ἀριθμὸς] Post *ἀριθμὸς* sequitur in C. A. *ἐκ δὲ ἀριθμοῦ διαριθμεῖν, παραριθμεῖν, καταριθμεῖν, ἀριθμητικός. ἑρεῖς δὲ ὥσπερ πλεοναχόθεν, οὕτω καὶ πλεισταχόθεν. ἄρτιος, περισσὸς, ἀρτιάκις ἄρτιος, περισσάρτιος, καὶ ἀρτιοπερισσός. τρίγωνος, τετράγωνος κύκλος. πολλαχόθεν, μυριάκις μυριάνδρος, μυριαμφόρος ὡς Θουκυδίδης.* post margo: *ὡς δὲ Δείναρχος, μυριαγωγοῦσα πανταχόθεν τετράγωνος, ἐπίτριτος. ἐπόγδοος* etc. *ἡμιόλιον* in *Glossis sesquiplum, sesquialterum*. KUEHN.

περισσὸς] P. *περισσόου*. SEB.

περισάρτιος] *περισσάρτιος. ἀ. ἄ.* Inde MSS. *τρίγωνος. τετράγωνος κύκλος ἐπίτριτος (καὶ τὰ τοιαῦτα.) ἐκ δὲ (δ') ἀριθμοῦ διαριθμεῖν, καταριθμεῖν, παραριθμεῖν, ἀριθμητικός. Ἐρεῖς δὲ* (P. *δ'*) *ὥσπερ πλεοναχόθεν οὕτω καὶ πλεισταχόθεν. μυριάκες. μυρίανδρος, μυριοφάγος (ὡς) Θουκυδίδης.* quae inclusa variant aut non extant in P. SEB.

περισάρτιος] In vulgatis emendo *περισσάρτιος*. IUNG.

περισάρτιος] *περισσάρτιος* reposui pro priori *περισάρτιος*.

163.

πολυπληθία. ὡς etc.] Vulgo *πολυπληθία. ὡς Δημοσθένης καὶ Ὑπερίδης*. Si *πολυπληθία* ex *Demosthene* et *Hyperide* adfert *Pollux*, uti haec accepit *H. Steph.* in Thes. pro puncto erit substituendum potius comma, post illud vocabulum. IUNGERM.

πάμπολλα] Antea male *πάμπολα* edebatur. vitium etiam *H. Steph.* in suo codice correxit. IUNG.

164.

ἴσω] Iterum illud *ἴσω* occurrit, in quo et supra IV, 161. haerebamus nec aliud dicere queam, quam ibidem dixi. Alias scimus numeros dici *ἰσάκις ἴσους*, et *ἰσάκις ἴσους ἰσάκις* ex Avi nostri libello de Logistica: et apud *Platonem Theaeteto*, unde Nostrum quaedam hic desumpsisse scio, habes, *ἴσον ἰσάκις γίγνεσθαι* etc. et *ἰσάκις ἴσος γενέσθαι* etc. an itaque forte legendum *ἴσον, ἴσος, ἰσάκις?* indidem Noster

et *ἑλαττονάκις* protulit, statim enim *Plato*, *ἢ πλείων ἑλαττονάκις, ἢ ἐλάττων πλεονάκις* etc. et alia mox. *ἴσῳ* aliquoties in eiusdem *Parmenide*, ut *ἴσῳ διαφέρειν* etc. Iung.

τετράγωνος] *Plato Theaeteto* postquam de *τετραγώνῳ ἀριθμῷ* meminit: *ὅσαι μὲν γραμμαὶ τὸν ἰσόπλευρον καὶ ἐπίπεδον ἀριθμὸν τετραγωνίζουσι, μῆκος ὡρισάμεθα· ὅσαι δὲ τὸν ἑτερομήκη, δυνάμεις* etc. Iung.

ἐπίτριτος] *ἐπίτριτος* in *Gloss. sesquitertium.* Kuehn.

165.

ἡμιόυτέταρτον] *Semis quartus* ex veteri consuetudine apud *Varronem* lib. V. id est *tertium* cum dimidio. Kuehn.

τεταρτημόριον] Et infra IX, 66. ex *Platone πεμπτημόριον*, ut libr. XII. Legum *Plato*. MS. *ὁ δὲ φεύγων, ἂν ἡττηθῇ τὸ δεύτερον, τὸ πεμπτημόριον, ἀποτινέτω τοῦ τιμήματος τῆς γραφείσης δίκης.* Iung.

ἑκτημόριον] *Interpr.* pro *παλαιστῆς* legit *παλαιοὶ* dum vertit, *sextans vero dixerunt veteres.* malim, si aliquid mutandum, *πενέσται* et *ἑκτημόριοι*, nam *πενέσται* apud *Atticos* dicebantur *ἑκτήμοροι* vel *ἑκτημόριοι*, quod non decimam sed sextam partem humo nascentium penderent dominis *ἕκτα τῶν γινομένων τελοῦντες γεωργοὶ ἢ θῆτες*, inquit *Plutarch.* in *Solone* et ii constituebant infimam classem civium Atticorum. *Hesych. ἑκτήμοροι οἱ ἕκτῳ μέρει τὴν γῆν γεωργοῦντες.* caeterum nil mutandum, quia ex idoneis Auctoribus docemur, Atticis in dimensionibus cubitum sex palmis constare, merito itaque palmus respectu cubiti *ἑκτημόριον* dicitur. *Herod.* in *Euterpe: τοῦ πήχεος ἑξαπαλαίστου. Gl. ἑκτημόριον, sextans.* Kuehn.

παλαισταὶ] Noster ridiculosissime *παλαισταὶ* vertit *Veteres*, quasi *παλαιοὶ* scriptum esset. Non attendebat bonus vir suum *Pollucem* ipsum explicare id mensurae genus supra II, 157. ubi diserte ait, *καὶ παλαιστὴς ἀρσενικῶς*, de palmo. Non tamen ita expedimus hunc locum. *ἑκτημόρους* enim *τοὺς ἕκτῳ μέρει τὴν γῆν γεωργοῦντας* exponit *Hesychius*. Et *Plutarchus* in *Solone: ἢ γὰρ ἐγεώργουν ἐκείνοις* (divitibus nimirum pauperes) *ἕκτα τῶν γινομένων τελοῦντες, ἑκτημόριοι προσαγορευόμενοι καὶ θῆτες.* Adeo ut mireris si isti homines *παλαισταὶ* dicti fuerint, (et sane supra *παλαιστὴν* definivit *Pollux τεττάρων δακτύλων*· quae cum *ἑκτημορίῳ* non convenire videntur) eorum mentionem non *Plutarchum* fecisse, quum alias bina nomina reddat. An itaque hic legendum *πελάται* vel *πενέσται*, qui supra III, 82 et 83. et *θῆτες* referuntur una? sed nihil ago. pergo. Iung.

μυριάκις, μυρ. μυριαφόρος] Iterum MS. μυριάκις, μυριοφόρος, ὡς Θουκυδ. Et sic itaque emendo vulgatum μυριαφόρος. Illud enim ita apud *Thucydidem* extat lib. VII. Ξυγγρ. προσαγαγόντες γὰρ ναῦν μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι, πύργους τε ξυλίνους ἔχουσαν etc. Et apud *Heliodorum* lib. IV. lego: ὁλκάδα μυριοφόρον. Et noster ipse supra I, 82. μυριοφόρος ναῦς. Iung.

μυριαφόρος] μυριοφόρος ut modo e MSS. allatum. *Thucyd.* lib. VII. fol. 505. προσαγαγόντες ναῦν μυριοφόρον, i. e. μεγάλην, δυναμένην δέξασθαι μυρίον φόρτον *Schol.* vid. insuper comment. *Fr. Porti*, ubi et μυριάμφορον ξῆμα ex *Aristoph.* fol. 452. Seb.

μυριαφόρος] μυριοφόρος reposuit *Kuehnius*, prius enim μυριαφόρος legebatur hic.

διδραχμοπολῖται] *Stewechius* ad lib. II. *Vegetii* p. 81. *armaturae*, inquit, *duplares*, vel *duplices Vegetio; duplicarii Livio* lib. XI. et *Varroni*, et in lapidibus *duplarii* dicuntur. his ob virtutem duplicia cibaria dabantur: δημοκρῖται Arriano et veteri Grammatico: διδραχμοπλῖται *Polluci*, qui duos denarios mererent, cum unus esset stipendium militi diurnum. Sed apud *Thucyd.* διαιρέτως legitur lib. III. fol. 182. τὴν Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν. unde haud dubie mox etiam τριακοντάδραχμοι πύργοι leg. Seb.

διδραχμοπολῖται] Non habet ista usque ad finem C. A. Codex *Vossianus* ita habet: τὸ δίδραχμοι ὁπλῖται καὶ τριάκοντα δίδραχμοι πυροὶ καὶ παρὰ Κριτίᾳ, διδραχμιαῖοι. ὁπλῖται δίδραχμοι apud *Thucyd.* extat lib. III. ubi de Potidaeae praesidio agit. dein τρία καὶ δεκάδραχμοι πυροὶ intelligo de medimno frumenti tredecim drachmis vendito. *Demosth.* contra *Phaenippum* habet, κριθὰς ὀκτὼ καὶ δεκαδράχμους, et οἶνον δωδεκάδραχμον. cum Athenae a Sylla obsiderentur, medimnus Atticus frumenti constitit mille drachmis, ut *Plutarchus* in *Sylla* refert. *Samuel Petitus* in L. L. Atticas servat lectionem vulgatam et explicat de menstruo militum Atticorum stipendio, quod fuisse ait *triginta drachmas argenti*, unde milites a quodam Graeco Comico Comica vernilitare dicti τριακοντάδραχμόπυργοι a triginta drachmis argenti menstrui stipendii, et *falis*, sub quas, ut *Plautus Mostellaria* indicat, subibant. ita ille. Kuehn.

διδραχμοπολῖται] Vulgatum est διδραχμιοπλῖται. *H. Iunius* Nomencl. *in Armaturae duplices* habet διδραχμοπλῖται, et ait sic *Polluci* dici, *quod duos mererent denarios, cum unus stipendium esset militi diurnum.* Verum aliter plane

MS. hic, qui habet, *δίδραχμοι ὁπλῖται*, egregie prorsus, et ob quam rem *Pollux* illi multum debet. Est enim et hoc *Thucydideum*, alterum vero nihili. lib. III. *Ξυγγρ. τὴν Ποτιδαίαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν· αὐτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτη δραχμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας.* Sequitur in MS. *καὶ τριάκοντα δίδραχμοι πυροί.* forte legendum *τριακοντάδραχμοι πυροί. Frumentum scilicet trigenis drachmis aestimatum.* certe vulgatum videtur nullius pretii. Iung.

διδραχμοπολῖται] Pro *διδραχμοπλῖται* habes iam in textu e MSSti *δίδραχμοι ὁπλῖται.*

τριακονταδραχμιπύργοι] Ad vocem *τριακονταδραχμιπύργοι*, quae in prioribus editionibus erat, *Falckenburgius* vocem *πυροί* e MSto adscripsit. forte et Idem ut Clarissimus *Jungermannus* legere voluit *τριακοντάδραχμοι πυροί.* at *Kuehnius* meus *ὁ μακαρίτης, δίδραχμοι πυροὶ*, reposuit.

δραχμαῖοι] *δραχμιαῖος* apud *Platonem* est in *Cratyl.* Seb.

δραχμαῖοι] Pro *δραχμαῖοι* inter corrigendum facere cogitabam *δραχμιαῖοι.* hoc enim rectum, non illud, sed nil temere mutare unquam volui. Et recte me fecisse, patet ex MS. qui aliam lectionem habet: *καὶ διδραχμιαῖοι*, omissis *παρὰ Κριτίᾳ*, quod non probo, illud *διδραχμιαῖοι* valde. sequentia prioribus statim absque titulo accedunt, et ipsa valde decurtata. Iung.

δραχμαῖοι] *διδραχμιαῖοι* Nostri textus iam habet. in prius editis male *δραχμαῖοι* legebatur.

166.

μετρικῆς] MS. *μετρητικῆς.* sic supra in titulo segm. 145. etiam erat. Et certe videtur hoc pensius, quod et legis in vulgatis infra IV, 170. et IV, 176. et a quo mox hic *μετρητικῶς.* nihil vero de *μετρικῇ* deductum, nisi *μετρικὸν* segm. seq. si non mendosum est, quae potius de poësi usurpetur. supra tamen IV, 6. ne quid celem, etiam in MS. erat *μετρικῆς.* Utrumque apud *Platonem* legi adnotavit etiam *Hostus* libr. III. de mensur. intervall. cap. 1. et a *Polluce* repeti. Iung.

μετρεῖν] C. A. *ἐπιμετρεῖν, ἐ. μέτρησις, ἄμετρος, σύμμετρος* est in margine. *δ. ἡμέραν δ. τ. σ. μετρητὰς οἴνου Δημοσθένης* margo habet. *καὶ τοὺς πολλοὺς ἀ. Ξ. εἴ.* usque ad *Πλάτων.* caetera desunt. Kuehn.

μετρεῖν] Deest in MS. *ἀπομετρεῖν* et *ἀπομετρεῖσθαι.* Iungerm.

προμετρεῖν etc.] Desunt *προμ. ἐκ παρ.* etc. *γεώμετρον* cum mediis in MS. Vulgati itaque *γεώμετρον* fundum habere

velim, antequam probarem. an scripserat *Pollux* forte *γεωμετρεῖν*? Iungerm.

ἔκμετρον] Deest in MS. *ἔκμετρον*. Iung.

ἀσύμμετρον] *ἀσύμμετρον* etc. *μετρητὸν* desunt cum mediis in MS. Iung.

τῇ μετρήσει] Illa *τῇ μετρήσει*, cui vulgatus codex *Demosthenem* auctorem dat, invenio apud *Xenoph.* IV. *Ἀπομνημον. οὕτω δὲ τοῦτο ῥᾴδιον εἶναι μαθεῖν, ὥστε τὸν προσέχοντα τὸν νοῦν τῇ μετρήσει, ἅμα τήν τε γῆν ὁπόση ἐστὶν εἰδέναι, καὶ ὡς μετρεῖται ἐπισταμένον ἀπιέναι.* loquitur de geometria. Iung.

μέτρον] P. *μέτριον*. Seb.

διαμεμετρημένην ἡμ.] MS. *διαμετρημένην ἡμ.* Iung.

μετριάζειν] *μετριάζειν* etc. desunt usque ad *Ἀντιφῶν*, ubi iterum MS. *μετρητὰς* etc. sine praecedente *καί*. Iung.

περιμετρεῖν] Priores editiones non *περιμετρεῖν*, sed *προμετρεῖν*. quod quamvis supra segm. praeced. fuerit, ego tamen hic non mutem lubens, sed potius supra segm. praeced. *περιμετρεῖν* reponerem. vide quae notavi et infra VII, 18. Iungerm.

167.

καὶ Δείν. μετρ. τὸ ἐπὶ τ.] In istis vulgatis ibi *καὶ Δείναρχος μετρονόμῳ τὸ ἐπὶ τῶν μέτρων*, non sine mendo legi arbitror. forte scribendum, *τῷ ἐπὶ τ.* Magistratum enim id genus *μετρονόμος* dicebantur, uti ex eodem *Dinarcho ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους* (unde et Noster fortassis hoc vocabulum excerpsit) docet *Harpocratio* in *μετρονόμοι*. Iung.

μετρονόμῳ] Paene oblitus fueram *τοῦ μετρονόμου*, quem non bene excepit interpres. leg. *μετρονόμῳ τῷ ἐ. τ. μ.* erant Athenis *μετρονόμοι* quindecim, qui observarent mensuras vendentium essentne iustae et congruae, necne. vid. *Harpocr.* in *μετρονόμοι*, e quo corrigendus *Suidas* in h. l. legendum enim ibi *ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ιε', ἑ μὲν εἰς Πειραιᾶ, ἑ δὲ εἰς ἄστυ, decem quidem in Piraeeo, quinque vero in urbe*, nisi *Suidas* ita invenerit in suo MSSto *Harpocratione*. *Phavorinus* legit quindecim, in *Lexico*, secutus vulgatum exemplar *Harpocrationis*. in foro Romano haec munia implebant *Aediles ἀγορανόμοι*. Kuehn.

μετρητὰς οἴνου] *Demosth.* adv. *Phaenippum: οἴνου δὲ μετρητὰς ὑπὲρ ὀκτακοσίους*. Iung.

Plurimos Xen. immensurabiles nominavit] *οἱ πολλοί*, passim, *vulgus*. Illud puto *Xenophonti ἄμετρον* dictum h. e. *immoderatum, vel moderationem nullam adhibens*. Seb.

Ξενοφῶν] A. *Ξεν. κέκληκε.* Seb.

Ξενοφῶν] MS. *Ξενοφ. κέκληκεν. τὸ δ' ἄνευ μ. Platonis* locus an et hic est in *Timaeo: πᾶν δὴ τὸ ἀγαθὸν καλόν. τὸ δὲ καλὸν οὐκ ἄμετρον. καὶ ζῷον οὖν τοιοῦτον ἐσόμενον, ξύμμετρον.* ubi mox et *ἀμετρία ξυμμετρίᾳ* opponitur. *πρὸς γὰρ ὑγιείας τε καὶ νόσους, ἀρετάς τε καὶ κακίας, οὐδεμία ξυμμετρία καὶ ἀμετρία μείζων ἢ ψυχῆς αὐτῆς πρὸς σῶμα αὐτό·* Sophista etiam symmetriae ametriam opposuit: *ψυχὴν ἄρα ἀνόητον, αἰσχρὰν καὶ ἄμετρον θετέον.* in *Philebo ἀμετρίαν* et *ἐμμετρίαν.* et ibid. extremo fere dialogo *ἀμετρότερον* et *ἐμμετρότερον.* et VI. de Rep. vel potius hic lib. VII. *Νόμων, τὰ τῶν μετρητῶν τε καὶ ἀμέτρων πρὸς ἄλληλα, ἤ τινι φύσει γίγνε.* Sed ut *Xenophontis* locum tibi indicemus, forte cupis magis. Putamus igitur hunc esse lib. V. *Παιδείας*, ubi *Gobryas* offert *Cyro, κόσμον παντοῖον, καὶ δαρεικοὺς ἀμέτρους τινάς, καὶ πάντα καλὰ* etc. Idem et lib. III. *Ἀναβ.* ait *πλῆθος ἄμετρον.* Iung.

ποδὶ καὶ πρὸς τῇ λύρᾳ] MS. *ποδὶ πρὸς τὴν λύραν ἀμ.* quae excutiant alii. Iung.

πρὸς τῇ λύρᾳ] C. V. *πρὸς τὴν λύραν.* Kuehn.

168.

μέτρων ὀνόματα] Titulus nullus, ut supra monui, in MS. Iung.

μέδιμνος] C. A. *χοῖνιξ. ἡ δὲ σάδιξ* etc. de *καπίθῃ* vid. *Hesych.* hac voce. Kuehn.

μέδιμνος] Deest in MS. sequens *ἡμιμέδιμνος.* Iung.

χοῖνιξ] Post *χοῖνιξ* MS. habet *καὶ τὰ ὅμοια γνώριμα,* omissis his *τριχ. πενταχ. καπ. ὡ. Ξ. ἀρ. ὡ. Ἡ.* ad quae tamen aliquid notabimus. Nempe de *καπίθῃ* agere *M. Hostum* lib. I. de Mensur. cap. 12. tm. 3. ubi *Xenophontis* locum ex lib. I. *Ἀναβασ.* proponit. miror tamen *Pollucis* testimonium non addidisse. quod et de *Artaba* dictum velim, de qua idem agit eodem lib. et cap. 13. tm. 1. Locus *Herodoti* est lib. I. Iungerm.

δάδιξ] *Leop.* legit *ἄδδιξ* ex *Eust. Hesych.* et *Varino*, qui consulantur. Hoc tamen obstare inquit, quod *Pollux* sex Choenicum dicit esse, cum hi tantum quatuor capacem faciant. Seb.

δάδιξ] MS. quoque retinet illud *δάδιξ.* et *M. Hostus* lib. I. de Mensur. cap. 16. in *δάδιξ*, ubi haec explicat. et *Jun.* Nomencl. de Mens. arid. *H. Stephanus* vero adscripserat codici suo, vide *ἄδδιξ.* Et nescio an possim adsentiri, qui *ἄδδιξ* hic reponunt: in quibus tamen eruditiss.

Leopardus XVIII. Em. 23. Quid enim? extat scilicet istud ἄδδιξ apud *Hesych. Eustath. Etymolog.* et *Phavorinum.* Extat: sed ita extat, ut *μέτρον τετραχοίνικον* dicant omnes, non *ἑξαχοίνικον*, sicut noster *δάδιξ.* quod profecto, quia rarius occurrat alibi, non ideo reiiciendum fuerit. sed sentire et dissentire in his licet: temere immutare quidquam non licet. Meae opinionis *σύμψηφον* inveni vero perspicaciss. *Capellum*, quod gaudeo. Eius verba ex lib. II. de Mensur. c. 37. adscribere placet, ubi enim *Pollucis* verba de Dadice, mare et cotyla hic recitavit, ista subiicit: *Vocabula haec Dadix et Mares, cum in Graecorum scriptis non occurrant, Aegyptiaca esse censeo, ut Dadix sit Congius Aegyptiacus, habens undique senos pollices Aegyptiacos, in universum* 216. ubi et quid de mare habuisti. De qua mensura et *Leopardus* XV. Em. 23. ostendit consentire *Aristotelem* cum *Polluce*: quae scilicet hausit ex Nostro infra X, 184. Plura vero *M. Hostus* libr. I. de Mensur. cap. 16. in *μάρις.* Scias autem hic antea vulgatum fuisse *μάρης* per *η* in *Pollucis* prioribus editionibus, quod et *Leopardus*, *Hostus* et *Capellus* agnoscunt; sicque etiam ex *Epiphanio Hostus* adfert: qui tamen pariter adnotare non fuit oblitus infra apud *Pollucem* X, 184. extare per *ι*, *μάρις*, uti et apud *Polyaenum.* Et sane infra etiam in MS. Hic tamen, quod fere oblitus fui, MS. alio modo variat, et habet *μάρυς δὲ, ἑξακότυλον*, per *υ*. adeo ut iam triplicem scripturam invenerimus. Apud *Hesychium* ubi legitur *μαριστὸν, ἐξ κοτύλας*, mendum credam esse: quod tamen nescio an emendo. libet coniectari. *μάρις τὸ ἓξ κ.* scilicet *περιέχον μέτρον.* An *μάριας, ἓξ κ.* Certe quicquid lateat, patet idem cum nostro *Pollucis* esse. *Pollucis* alias verba de Dadice laudat et *Hostus* Dissert. de Choenice tm. 1. n. 49. De cotyla vide *Hostum* libr. I. de Mensur. cap. 5. tmem. 4. ubi n. 5. haec laudat: sicut et Dissert. de Choenice tm. 1. n. 27. vid. et *Capellum* utiliter de omnibus, quem tantum adducimus, ubi *Pollucis* nostri apud eum nominatim fit mentio. De medimno hinc *Iunius* Nomencl. in *Medimnus*, et *M. Hostus* libr. I. de Mens. cap. 8. tm. 1. n. 2. in quo tmemate alias plura de hac mensura. Vide et subtiliss. *Capellum* lib. II. de Mensur. cap. 58. ubi haec de cotyla, medimno, hemimedimno, tritεῖ, hectεῖ, hemiecto, omnia vere quidem dici ait, sed non satis recte connecti a *Polluce* ostendit: quem vide, si recte in his sapere vis. Iung.

μάρις] Pr. edit. hoc loco *μάρης.* Sed infra X, 184. itidem *μάρις*, similiterque ibi MS. A. perinde ut hic *Pal.*

(nam hic in A. μάρυς scriptum) quomodo est et apud *Aristot.* Hist. An. 8. cap. 9. Ibidem autem praec. edit. μαρίς oxyt. ad quod *Sylb.* aliquo modo accedere putat quod apud *Hesych.* est: μαριστὸν, ἓξ κοτύλας. Verum barytonως etiam apud *Polyaenum* libr. IV. cap. 3. et quidem in tribus MSS. exemplaribus extare testatur. vid. notas ad dictum *Aristot.* locum. Caeterum μάρις valet decem choas Atticas *Polyaeno*, aut, ut tradit *Aristot.* sex cotylas. *Io. Brod.* Miscel. VI. cap. 30. Sebebus.

μάρις] Prius editi μάρης, quod et *Kuehnius* observavit, qui in suo Codice μάρις reposuit.

ὁ δὲ ἡμιμέδιμνος] Absunt ista a C. A. σάδιξ et μάρις Aegyptia nomina esse vult *Iacobus Capellus* de *Mensuris* pag. 85. Kuehn.

ὁ δὲ ἡμιμέδιμνος] De hemimedimno vid. et *Hostum* lib. I. de Mens. c. 8. tm. 2. Ceterum in MS. nostro desunt haec: ὁ δὲ ἡμ. τέσσ. κ. εἴκ. de eo qui τριτεύς, *Hostus* ibidem tmem. 3. et ex *Polluce* etiam *Iunius* Nomencl. de Mensur. aridorum, ubi et de ἑκτεῖ mentionem hinc facit: de quo et *Hostus* ibidem tmem. 4. Iung.

ὁ δὲ τριτεὺς] Margo C. A. usque ad ὀκτὼ post τριτεὺς leg. iterum ὀκτὼ omisso ἑκκαίδεκα. dein textus: τὸ ἡμίεκτον, τέσσαρες. Kuehn.

ὁ δὲ ἕκτεύς] Pro ὁ δὲ ἕκτ. MS. habet ἑκτεὺς δέ. Iung.

τὸ δὲ ἡμίεκτον] De Hemiecto *Hostus* ibidem tmem. 5. Iungerm.

τέσσαρες] MS. τέτταρες. quae dein de cotyle, hinc adfert *Iunius* Nomencl. in *Hemina*. Iung.

μέτρων] Leg. μέτρον. Seb.

ὡς πολλαχόθεν] Abest a C. A. Kuehn.

ὡς πολλαχόθεν] Desunt in MS. ὡς πολλ. ἡ κωμ. ὑποδηλοῖ. Iung.

κόφινος] De cophino vid. *Hostum* libr. I. de Mensur. cap. 16. in κόφινος. ubi quae hic leguntur omnia sic interpretatur: *Cophinus mensura Boeotia: quae utraque metitur, nimirum res tam aridas quam liquidas. Strattis: Farinam vero vobis quomodo vendebant? Quatuor Drachmis maximo cophinum.* Additur, ait, *Vini cophinus valens tres congios.* Sic ille. Iung.

169.

Στράττις γοῦν etc.] Ista: Στράττις γοῦν φησιν etc. usque ad Κύπρον omnia desunt in MS. Ceterum optimus *Hostus*

quae corrupta sunt ne memorat quidem, nedum attingat. Non liquebat hercle et *H. Stephano*, qui tamen indicavit ad suum codicem hic quid deesse, et post ἢ asteriscum posuerat. Utinam eruditorum princeps *Casaubonus* VII. *Athen.* 23. voluisset huc evagari: qui quidem δράματος titulum emendat, et legendum ostendit hic ἐν Κιννησίᾳ. Apud *Aristoph. Schol.* ad Aves non longe a fine Comici nomen depravatum est, dramatis incorruptum remansit. Sic enim ibi, Στρατῶν ἐν Κιννησίᾳ, quum legendum sine dubio sit, Στράττις ἐν Κ. Sed ad locum praesentem. Acutissimus *Capellus*, qui in hisce post omnes elaboravit, lib. II. de Mensur. cap. 43. sic ait: *Locus corruptus, nescio an sic restitui possit*, (illa scilicet quae habes mox in textu) *μέτρῳ ἐχρῶντο τῷ κοφίνῳ καὶ ἐν τοῖς ξηροῖς, ἢ διὰ τοῦτο ἐνταῦθα πυρῶν κόφινον λέγει, ὅτι οἴνου κόφινος δυνάμενος τρεῖς χόας τοσαύτας δραχμὰς ἐδύνατο. Falsum, inquit, videtur quod respondet servus cophinum farinae venisse 4. drachmis. Nam haec est summa annonae caritas: sed ita servili dolo respondisse videtur, quia cophinus vini totidem drachmis constare poterat, quod est sane commodum vini pretium* etc. Haec ille. Sed profecto, pace viri doctiss. dicere liceat, audaci emendatione. sat: nimirum in loco desperato. Ego nihil possum, nisi accusare tenue ingenium, quod me posse quid vetat. Libet tamen, quod quivis potest, primos versus ordinare:

τὰ δ' ἄλφιθ' ὑμιν (an sic licet metri causa) πῶς ἐπώλουν; τεττάρων
δραχμῶν μάλιστα τὸν κόφινον. Τί λέγεις;
μέτρῳ ἐχρῶντο κοφίνῳ etc.

in quibus nescio annon Strattis loqui pergat. Haec saltem adnotare placuit, ut videas *Hostum* non recte versus istos disponere: qui et hoc mihi insuper videtur male adfirmare κόφινος media brevi, licet, ait, *Nonnus in Carmine producat.* Et vides tamen in Strattidis senariis esse quoque media producta. Ut ille quidem collocat hos iambos, in altero media brevis est: sed profecto mendose collocat, quales nullos vidi senarios. sed viro bono ego non insultem libens. Locus sane ille Criticos adhuc ingeniosos invitare ad opem ferendam potest. Iung.

Κυνησίᾳ] *Κιννησίᾳ*, ut est infra X, 189. vid. *Casaub.* in *Athen.* fol. 557. Seb.

Κυνησίᾳ] *Κιννησίᾳ* legitur iam in Nostri textu. prius editi *Κυννησίᾳ* habebant.

τὰ δ' ἄλφιθ' etc.] *Strattidis senarios* ita constituerem:

τὰ δ' ἄλφιθ' ὑμῖν πῶς ἐπώλουν; τεττάρων
δραχμῶν μάλιστα τὸν κόφινον· τί λέγεις;
μέτρῳ ἐχρῶντο κοφίνῳ; ἦν ταῦθ'· ὅτι
οἴνου κόφινος δυνάμενος τρεῖς χοᾶς
πυρῶν ταὐτὰ τοῖς κοφίνοις.
quo pretio nobis farina veniit?
Drachmis quatuor omnino stat cophinus.
metro utebantur cophino? fuit ita.
quia vini cophinus qui valet tres choas
frumenti idem facit cophinis.

C. A. nihil habet de testimonio huius Strattidis. Kuehn.

μέτρῳ ἐχρ. κοφ.] Cum propr. *κόφ.* sit *ἀγγεῖον πλεκτὸν* e vimine, ut ait *H. Steph.* qui seq. v. ita l. *οἴνου κόφινος δυνάμενος τρεῖς χόας πυρῶν.* alias nihil de hoc loco suppetit, Seberus.

Κύπρον] Margo C. A. et post *καλούμενον* addit *μέτρον.* Kuehn.

Κύπρον] De Cypro vid. *Hostum* lib. I. de Mensur. cap. 16. in *Κύπρος.* ubi ait apud *Hesych.* et *Epiph. Κύπρος* extare. apud *Pollucem* hic et infra, ait, dicitur *Κύπρον.* falso, quod infra sic extare ait. ibi enim *Κύπρος* est. locus extat X, 113. eamque diversitatem et *H. Steph.* hic adnotavit ad oram. MS. Noster hic habet ut vulgati *κύπρον.* infra vero deficit. Iung.

καλ. εὔροις] MS. auctius: *καλ. μέτρον εὔρ.* distingue autem ita: *Κύπρον δὲ τὸ οὕτω καλούμενον μέτρον, εὕροις* etc. Iungerm.

δευτέρῳ] *μελῶν* subiicit C. A. postea legit *ὡς ἡμίκυπρον παρ' Ἱπποκράτει.* dein textus: *ἀμφορεὺς, χ. κρουσιμετρεῖν.* Kuehn.

δευτέρῳ] MS. *δευτέρῳ μελῶν. ὡς ἡμίκυπρον παρὰ Ἱπποκράτει.* Ceterum *βιβλίῳ* et illa *Ἱππων. ἐ. τ. π. ἰ. καὶ κοινὴ* desunt. Placet vero illud *μελῶν.* Et certe infra X, 113. ubi eadem ita leguntur, *καὶ παρὰ Κλείωνι τῷ μελοποιῷ ἐν δευτέρῳ μελῶν, κύπρος,* putemus emendandum *Ἀλκαίῳ τ. μ.* Alcaei mentio non rara apud *Pollucem: Cleonis* quod sciam nulla: nec alibi de *μελοποιῷ* talis nominis quid lego. Illum enim *Θηβαῖον ἀοιδὸν* hoc nomine, in cuius simulacrum epigramma legimus apud *Athen.* lib. I. non reor nostram coniecturam infirmare. Ceterum quod ex solo *Polluce Κύπρον* neutro genere notant, nescio an ex ipsius mente sic faciant, qui cum aliis *Κύπρος* infra habet. Hic autem *Κύπρον* possit

esse accusativus ab eodem *Κύπρος*. Sed ad cetera MS. qui in hoc insigniter variat, quod *Hippocratem*, medicum puto, nominat, apud quem tale quid facilius quis coniiciat prolatum, quum illis saepe usu veniat de ponderibus mentionem facere variis. Tamen ex *Hipponacte ἐν τῷ πρώτῳ ἰάμβων* et infra diserte X, 115. extat: ubi quidem MS. defectus est isto capite. Alias de hemicypro vid. *Hostum* eod. lib. I. de Mens. cap. 16. in *Κύπρος* et ibid. paulo ante in *ἡμικύπριον*, sicut apud *Hesych.* et *Epiph.* extare ait. Iung.

δευτέρῳ] Vocem *μελῶν* demum e MSStis addidit *Kuehnius*, quae a prius editis aberat.

μετρεῖν] Deest *μετρεῖν* in MS. Sane istud IV, 166. statim ante positum fuit. Iung.

παρακρουσιχολινικος] De *παροκρουσιχοινίκῳ* vid. *Hosti* Dissertat. de Choenice tm. 1. n. 56. Iung,

κρουσίμετρον] C. A. non habet, at C. V. leg. *κρουσιμετρῶν*. Kuehn.

κρουσίμετρον] MS. *κρουσιμετρῶν*. et quidem nulla distinctione post *κωμῳδίᾳ*· unde, ni fallor, veram reperimus lectionem. scilicet ita ista scribenda: *καὶ παρ. ἐ. τ. Κωμῳδίᾳ, κρουσιμετρῶν. τὸν παρακρουσιχολινικον*, exponit nimirum *κρουσιμετροῦντα*. vid. *Hesych.* in *κρουσιμετρεῖν*. et in altero illo. Quod ad sequentia, extant ea et alibi apud Nostrum, et ex iis ostendit *H. Steph.* in suis animadvers. ad Adag. *Erasmum* male confundere *ἰσοχειλὲς* et *ἐπιχειλές*. ut supra II, 89. adnotavi. Iung.

κρουσίμετρον] *κωμωδίᾳ, κρουσιμετρῶν*. *Kuehnius* pro priori *κωμωδίᾳ, κρουσίμετρον*, reposuit.

170.

ἰσοχειλῆ] Supra II, 89. Seb.

ἰσοχειλῆ] C. A. *τὰ πλήρη. ἐπιχειλῆ δὲ κατωτέρω τοῦ χείλους, quae autem plena sunt, dicuntur ἰσοχειλῆ: quae infra labrum, ἐπιχειλῆ*: exuberantia, *ὑπέρπλεα*. C. V. *ἐπίμετρα* pro *ἐπίμεστα*. Kuehn.

δὲ, τὰ κατ.] MS. *δὲ κατ.* sine *τά*. et ibidem *ἐπίμετρα* pro *ἐπίμεστα*· quod tamen ante segm. praeced. habebat. et infra V, 134. etiam est *ἐπίμεστον* tam vulgo quam in MS. supra vero II, 89. ubi vulgati, *ἰσοχειλῆ δὲ τὰ ἐπίμετρα*· MS. aliter variabat, *τὰ ἐπίμεστα μέτρα, ἰσοχειλῆ λέγεται*· ut ibi indicavi. Adnotandus et locus *Hesychii*: *Ἐπίμεστα, πλήρη· τουτέστιν ἐπὶ κεφαλῆς καὶ μὴ ἀπηγμένα Φερεκράτης βριθομένων ἀγαθῶν ἐπὶ τραπέζης*. quae ideo attuli, an ex parte restituerem, ut statim dicam. Iung.

ἐπὶ δὲ τῶν ξ.] δὲ omittit C. A. Kuehn.

ἐπὶ δὲ τῶν ξ.] MS. *ἐπὶ τῶν ξ.* sine *δέ*. Iung.

Quae in aridorum mensuris non absterguntur] *τὰ οὐ κατεψημένα μέτρα, quibus non est dirutus radio cumulus.* Sicut contra *σφύδρα ἀποψᾶν, hostorio cumulum diruere, et demere studiose quod mensurae superest.* vid. *Casaubon.* in *Theophrast. Charact.* pag. 247. Seb.

οὐ κατεψημένα] C. A. *τὰ οὐκ ἠψημένα, de aridis mensuris dicitur τὰ οὐκ ἠ. quae non sunt radio deruta, abstersa. sequitur τὸ δὲ ἀποψὸν ἐργαλεῖον.* C. V. *τὰ οὐ ἀπηψημένα*, et quae modo laudata sunt, ex quibus in *excerptis Cod. Vossiani* legitur, *f. ἀπόψηστον ex Hesychio.* mihi videtur *τὸ ἀποψηστὸν* adhuc pertinere ad mensuram aridorum, aeque ut prius, *ἀπεψημένα*, ut *rasa* et *non rasa mensura* sibi opponantur, dein sequitur *τῶν ἐργαλείων ἀπομάκτρα. Gl. ἀποψήκτιον ruptis.* Kuehn.

οὐ κατεψημένα] MS. *οὐκ ἀπηψημένα.* egregie. sic nimirum apud *Hesychium* legendum, *καὶ μὴ ἀπηψημένα.* non *ἀπηγμένα.* cetera ibi, non emendo, quae videtur *Pherecrates* dixisse de bonorum cumulo in mensa. Pessimum facinus fecit, quisquis ille fuit, qui sustulit auctoritates rariss. quibus *Hesychium* subinde usum fuisse satis patet. *ἀπηψημένα* autem eodem modo exponemus, quo *Casaubonus* ad *Theophrast. περὶ βδελυρίας.* vulgatum *τὰ οὐ κατεψημένα μέτρα* exponit, scilicet, *quibus non est dirutus radio cumulus.* ubi vide de hisce selectissima. ubi et alium locum *Hesychii* adfert, *κορυσιόν, τὸ ἐπίμετον*· sic nimirum emendans, quum male edatur *κορυτόν.* Sed ad *Pollucem* nostrum, in quo quidem si unquam bonam operam navavit, id iam facit MS. sequitur enim locus corruptissimus: *τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐργαλείων, ἀπομάκτρα, ἢ σκ.* etc. nil inemendatius. MS. vero noster eximie: *τὸ δὲ ἀποψὸν ἐργαλεῖον, ἀπὸ μάκτρα, ἢ σκυτάλη.* unde restitutio patet, scribendum nempe *ἀποψῶν.* quid enim aliud est *ἀπὸ μάκτρα*, quae *παρὰ τοῦ ἀποψήσασθαι* nimirum et *ἀπόψηστον* dicebatur. *Hesychius: ἀπόψηστον, τὸ ἀπόμακτρον τοῦ μετρουμένου σίτου. Streichholtz* a re eadem ipsa Germani nostri. Dicitur vero et *ἀπομάκτρα*, ut hic apud *Pollucem* et infra X, 113. et apud *Hesychium* etiam: *ἀπομάκτρας, ξύλα, τὰς σκυτάλας ἐν αἷς ἀποψῶσι τὰ μέτρα.* nec in re aperta verba accumulabimus. Tantum de sequenti *ἢ σκυτάλη.* male antea in vulgatis legebatur *ἢ.* et *H. Stephanus* quoque reposuerat *ἢ*, sicut in MS. legitur. *Hesychius: ἀπομάκτρας, ξύλα. τὰς σκυτάλας ἐν αἷς ἀποψῶσι τὰ μέτρα.* Apud quem et ubi legitur, *ἀπέψας*

ἀπέμασε, corrige ἀπέμασσε. Sequitur in *Polluce* περιστροφὶς, MS. habet περιστροφῆς. notabis vero illud περιστροφὶς, quod non temere alibi in hac significatione occurrat vocabulum. nomen, credo, inde, quod hostorium illud in orbem circumagebant, cumulum diruentes, et studiose dementes quod mensurae supererat, ut ille βδελυρὸς apud *Theophr.* in cognomine Charactere σφόδρα ἀποψῶν. infra X, 113. eadem, ἀπομάκτρα, σκυτάλη, περιστροφὶς iuncta. IUNG.

οὐ κατεψημένα] Pro priorum editionum, οὐ κατεψημένα, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐργαλείων, ἀπ. ἢ σκ. ita restitui: οὐκ ἀπεψημένα. Τὸ δὲ ἀποψῶν ἐργαλεῖον, ἀπ. ἢ σκ.

ἡμιδεὲς] C. A. ὑπερδεῖ τὰ λίαν ἐνδεᾶ, ἔστι δὲ μετρικῆς καὶ πῆχυς etc. ὀργυιὰ καὶ τὰ ὅμοια. ὅμοιον δὲ κανὼν καὶ στάθμα. KUEHN.

ἡμιδεὲς] MS. ἡμιδεές. et sic certe scribendum, uti et infra est V, 134. et VI, 160. non aliter atque ἐνδεές. desunt vero in MS. ἡμιπληρ. ἡμ. ἐνδ. IUNG.

ὑπερδεῖ δὲ etc.] MS. ὑπερδεᾶ τὰ λ. ἐ. Notandum illud ὑπερδεᾶ, si forte Atticum. Certe in κλέα adnotant, et in *Luciani* tyranno, si memini recte, legi χρέα, a χρέος. De accusativo singulari in adiectivis nota res est: et quid prohibet idem fuisse in quibusdam neutris pluralibus? Certe clare sic occurrit apud *Herodotum* mihi *Euterpe* cap. 121. §. 2. ἰδόντα τῶν χρημάτων καταδεᾶ τὰ ἀγγήϊα. *Hesychius* sane eodem modo, ὑπερδεᾶ, ὑπεραγόντως ἐνδεᾶ· ἢ ἐλάσσονα κατὰ δύναμιν. sed nolim fallere, cum hic accusativus sit. Nam *Suidas* habet, ὑπερδία δῆμον· ὑπερβαλλόντως ἐνδεᾶ· οὐ πάνυ ἐλάσσονα κατὰ δύναμιν. τὸν ἄγαν ἐνδεᾶ. ubi legendum ὑπερδεᾶ δ. patet ex *Etymologo*, apud quem eadem verba, dein οὐ πάνυ emenda, et scribe ἢ πάνυ. *Etymologus* ait, οἷον πάνυ. Et hinc scilicet emendanda illa quae superioribus apud *Hesychium* singulariter subiiciuntur ita distincta: ὑπερδεᾶ, δῆμον ἔχοντα. quae quum primum legebam, emendare videbar, δεῖμον ἔχοντα, ut duplici modo illud ὑπερδεὴς exponeret. At quantum fallebar. Agnovi enim statim *Homericum* hemistichium esse, quod extat Ἰλ. ρ. ubi *Apollo* ad *Aeneam*:

ὡς δὴ ἴδον ἀνέρας ἄλλους
κάρτεΐ τε, σθένεΐ τε πεποιθότας, ἠνορέῃ τε,
πλήθεΐ τε σφετέρῳ, καὶ ὑπερδέα δῆμον ἔχοντας.

Ubi longe aliter *Eustathius*: δῆμον δὲ ὑπερδέα, ait, λέγει τὸν ἀπτόητον καὶ ὑπερκείμενον δέους, ἐκ τοῦ ὑπερδεέα κατὰ συγκοπήν. ἄλλως γὰρ περισπᾶσθαι ὤφειλε κατὰ συναίρεσιν, ὡς τὸ εὐ-

φυὲν εὐφυᾶ· ὑγιὲς ὑγιᾶ. Iam itaque apud *Suidam* pro ὑπερδία non ὑπερδεᾶ, sed ὑπερδία repono, iubente *Eustathio*. Nisi tamen cum ceteris forte aliam lectionem secutus sit. Certe explicationes *Eustathii* et aliorum inter se non conveniunt: et nescio an illorum non sequenda potius. sed haec prudentiores disceptabunt: nos a *Polluce* evagamur nimis, ad quem illa nihil. Iung.

ἔστι δὲ μετρητικῆς] MS. hoc segmento saltem haec habet: ἔστιν δὲ μετρητικῆς καὶ πῆχυς, παλαιστὴς, δυχμὴ, πυγὼν, ὀργυιὰ, καὶ τὰ ὅμοια· ὁμοίως δὲ κανὼν καὶ στάθμη. ἀπὸ δὲ στατικ. quae iam segm. seq. Notabis παλαιστὴς, pro quo vulgo παλαιστή. utrumque supra habes in MS. II, 157. Refert se vero *Pollux* ad ea quae dixit supra II, 157. κανὼν vero et στάθμη, quae MS. hic addit, sunt in sequenti capite in vulgatis, ubi ea MS. omittit. Iung.

πεντάπουν.] Post πεντάπουν auctius *Falckenburgius* habet καὶ ἐπιεικαιδεκάπουν.

171.

περὶ στατικῆς] In MS. nullus titulus hic et segm. 175. ut iam admonui supra. *Hostus* libr. II. de Mensur. cap. 3. n. 22. *Ars ipsa, ait,* ponderandi *dicitur* στατικὴ, *apud Platonem in Philebo et Charmide: quod Iulius Pollux repetit a verbo* ἱστάναι, *quod est ponderare.* infra IX, 57. sic habes, ἐν τοῖς ἱσταμένοις. Iung.

ἱστάναι] C. A. σταθμένος, ἀποστῆσασθαι (*ad libram dare et accipere*) στατικὸς, στατὴρ, ζυγὰ, τρυτάνη, πλάστιγγες, σταθμὸς, (α superscripto) τάλαντα, ζυγὸς etc. interiecta omnia omissa sunt. Kuehn.

ἱστόναι] Deest sequens ἵσταται et ἀποστῆσαι in MS. Iungerm.

συστῆσαι] Desunt in MS. συστῆσαι, ἀντ. ε. etc. Ὁμηρικὸν cum mediis et *Homeri* carmine. Iung.

ἀνελκῦσαι] *Libram attollere,* ut appareat alterius lancis vel gravitas, vel levitas, vel aequamentum: quod et τεῖναι dicitur. Kuehn.

Ὁμηρικὸν] *Iliad.* Θ, 69. et χ, 209. Seb.

στατικῶς] Deest στατικῶς et ἰσοστάσιον in MS. Iung.

στατὴρ, ἰσοστ.] De statera *Hostus* agit eodem cap. 3. ubi et de ἰσοστασίῳ n. 18. de quo et *Iunius* Nomencl. in Aequilibrium. Iung.

ζυγὰ] *Iugum, scapus trutinae.* πλάστιγγες *lances,* quae utrinque pendent a iugi capite. σταθμὸς, κανὼν *examen,* mo-

meutum, lingua trutinae. est tamen ubi hae partes confunduntur *συνεκδοχικῶς.* Kuehn.

σταθμοὶ] P. *σταθμός.* Seb.

σταθμοὶ] Pro *σταθμοὶ* vero MS. habet hic *στάθμη.* Bene etiam scilicet *σταθμὰ*, cum ex *Demosthene* ipso adferant *ζυγὰ καὶ σταθμὰ ἔχων. Hesych. σταθμὰ, θύρετρα, τάλαντα.* vid. et *Suid.* idque in vulgatis sequitur infra IV, 175. ubi in MS. omittitur. et infra X, 126. MS. etiam: *καὶ στάθμα καὶ τάλαντα, καὶ ζυγόν.* nempe ut *δεσμὸς δεσμὰ*, sic *ζυγὸς ζυγὰ, σταθμὸς σταθμά.* Iung.

στάθμη] *στάθμη καὶ κανὼν* desunt, quae segm. praeced. habuit MS. Iung.

καθέλκειν] *Degravare*, margo C. A. post hoc verbum *ὡς ἄγειν Δ. ὃς. ἦ. τ. δ.* est locus ille in *Orat. contra Timocratem* et sermo est de acinace *Mardonis*, qui pendebat 300 *Daricos.* Kuehn.

Δημοσθένης γὰρ etc.] Locus *Demosthenis*, quem Noster profert, est in *Timocratea*, de acinace *Mardonis: τόν τε δίφρον τὸν ἀργυρόποδα, καὶ τὸν ἀκινάκην τὸν Μαρδονίου, ὃς ἦγε τριακοσίους Δαρεικούς.* Ubi et inferius paulo a fine longius *τὸ ἄγειν* pari modo usurpat: *χρυσίδες τέτταρες ἢ τρεῖς, ἄγουσα ἑκάστη μνᾶν.* Iung.

172.

ῥέπειν] *Plut. π. π. ἀγωγῆς* de se dubio animi, *τῇδε κἀκεῖσε κλίνων, ὡς ἐπὶ πλάστιγγος, πρὸς οὐδέτερον ῥέψαι δύναμαι.* caeterum in C. A. post *ῥέπειν* sequitur *ἰσόῤῥοπον, ἐπιθεῖναι τ. π.* etc. Kuehn.

ῥοπὴ, β. etc.] Desunt *ῥοπὴ, βάρος* etc. *ὄγκος* cum mediis in MS. Iung.

ἰσόῤῥοπον] MS. *ἰσόῤῥοπον καὶ τὰ ὅμοια*, omissis ceteris omnibus ad *τὰς πλάστιγγας*, ubi MS. iterum ita: *ἐπιθῆναι τ. π. καὶ ἀντιθῆναι τά.* Sic apud *Etymolog.* in *Πηλεύς, προσθῆναι.* Iung.

ἀτιθεῖναι] Leg. *ἀντιτεῖναι τ. ἰ. quae ponderantur, paria facere, contra appendere*, ita *Plautus, auro contra charus, ἀντιτεινόμενος χρυσίῳ. σήκωμα* in *Gloss. Scama, libramentum, tergimentum, temperamentum, aequipondium. Vitruvius* retinet vocem libr. IX. c. 3. ubi ait, *ad sacoma appendit aurum redemptori.* ubi *Philandri* Notae et *Lexicon Baldi* vide sis. Kuehn.

σηκώματα] *σηκώματα.* vid. *Iun.* Nomencl. in *sacoma.* et de *ἀντισηκωθῆναι* ibidem in *aurum ad sacoma appendere.* Iungerm.

ὡς Ἀριστοφάνης.] *Aristophanis* locus forte hic est *ἐν Βατράχοις*, ubi versus *Aeschyli* et *Euripidis ταλάντῳ σταθμήσονται*. ait ibi *Bacchus* ad *Euripidem*:

ἀλλ' ἕτερον αὖ ζήτει τι τῶν βαρυστάθμων,
ὅτι σοι καθέλξει κἀτερόν τε καὶ μέγα. Iung.

ἀναση κωθῆναι δὲ] *δὲ* omittit C. A. *τὸ ἀναφερόμενον* est *lanx levior trutinae quae ascendit*. ψ. 62. לעלות במאזנים *in statera ad ascendendum* (sunt) *homines*, Graece: *ἐν ζυγῷ ἀναφέρονται*, si scil. revocentur ad trutinam humana, et pius *ζυγοστάτης*, *librator*, divina contra imponat alteri lanci, tum semper deprehendet divinorum gravitatem, levitatemque humanorum. vid. *Hesych.* in *οἰλάωμα*. Kuehn.

ἀναση κωθῆναι δὲ] Deest *δὲ* in MS. Iung.

173.

σταθμῶν ὀνόματα.] C. A. *περὶ σταθμῶν*. Kuehn.

στάθμια, σταθμὰ etc.] C. A. *στάθμια, ἐπίσταθμα. ὡ.* Kuehn.

σταθμὰ] Deest *σταθμά·* quod MS. supra habebat segm. 171. Iung.

στάσιμα, καὶ ἐπιστ. ὠνόμ.] Ita MS. *ἐπίσταθμα, στάσιμα ὠνόμασεν* etc. omisso *καὶ*. Iung.

ἐπίσταθμα] *ἐπίσταθμα* in *Gloss.* sunt, *stationes*. Kuehn.

στατῆρα δὲ etc.] Hunc locum adnotat etiam *M. Hostus* lib. III. de re numm. cap. 7. initio, ubi *περὶ στατῆρος* agit. Iungerm.

οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ] *Salm.* ex MSS. *οἱ τῆς κωμικῆς ποιηταί*. Kuehn.

τὴν μὲν γὰρ λίτραν] Margo C. A. dein *Σικελικοὶ* quod et C. V. habet. Kuehn.

Σικελοὶ] MS. *Σικελικοί*. Iung.

πέντε στατήρων] MSSti coniungunt haec duo in *πενταστάτηρον*, dein pro *Κράτης* legunt *Σοσικράτης*. *Athenaeus* laudat etiam *Φιλαδέλφους* huius *Sosicratis* lib. XI. In *πενταλύτρου* desinit margo C. A. *πενταστάτηρον* habet et *Salmas*. Kuehn.

πέντε στατήρων] Sequitur egregius iterum locus in MS. *δίκελλαν δὲ πενταστάτηρον, Σωσικράτης ἐν Παρακαταθήκῃ τὴν π*. Sic habet MS. non duabus *πέντε στατήρων*. MS. lectio et infra IX, 57. confirmatur. et clare *Sosicratem* nominat in ista fabula. Potest itaque hic iam accedere Comicis: quamvis alias in *Polluce* non occurrat. Et alii quidam ibi praeter semel non occurrunt. Hinc vero *Pollux* infra IX, 57.

ubi *Sosicratis* verba adfert, restituendus est, quo loco adhuc perversius legitur Ἱπποκράτους. Idem forte quem *Athenaeus* laudat lib. I. ubi, Ἄμφις δ' οἶνος ὁ φαῦλος καλεῖται παρὰ Σωσικράτει. Iung.

πέντε στατῆρων] Egregie *Kuehnius* πενταστάτηρον e MSStis reposuit una voce, prius enim editi divisis vocibus πέντε στατῆρων habebant.

χρυσοῦς] C. A. χρυσούς. Kuehn.

χρυσοῦς στατῆρ, δύο etc.] Vid. *M. Hostum* lib. V. de re numm. cap. 5. n. 5. et c. 8. n. 2. Iung.

δραχμὰς] MS. δραγμάς. sequitur, τὸ δὲ ταλ. etc. de quo vid. *Hostum* eod. lib. V. cap. 11. n. 14. Iung.

λίτραν] λίτρα *Hesych.* est *obolus* vel *numisma Siculum.* Kuehn.

λίτραν] λίτραν etc. vid. *M. Hostum* lib. III. de re numm. cap. 8. tm. 17. n. 2. Iung.

λεπτὸν] C. A. omittit λεπτόν. Kuehn.

174.

ὅταν Σώφρων etc.] MS. ὅτ' ἄν. De *Sophronis Virilibus* et *Muliebribus Mimis* vid. *Casaub.* II. *Athen.* 8. Iung.

οὐδὲ τὰς δ. λ.] C. A. habet οὐ τὰς δ. Kuehn.

δύναμαι] C. A. omittit δύναμαι, quod abest et a C. V. Kuehn.

δύναμαι] Deest δύναμαι in MS. dein pro δὲ habet μέν. Iungerm.

Δημολόγος] *Scalig.* de *re nummaria* Δεινολόχος, quod firmat C. V. infra X, 177. iterum laudatur *Dinolochus* in *Amazonibus.* Kuehn.

Δημολόγος] MS. iterum egregie: Δειναλόχος ἐν Μηδείᾳ, τετταράκοντα λίτρους, quod ultimum tamen uno vocabulo perscribendum est, et Δεινόλοχος. de *Dinolocho* egregie, et est idem ille, qui infra X, 177. ἐν Ἀμαζόσιν laudatur. de eo vide *Suidam* in Δεινόλοχος, Συρακούσιος, ἢ Ἀκραγαντῖνος κωμικὸς etc. ubi et haec verba notanda, ἐδίδαξε δράματα ιδ' Δωρίδι διαλέκτῳ. Ait enim *Pollux* οἱ Δωριεῖς ποιηταὶ λίτραν usurpant modo de numulo, uti *Sophron* (de cuius quoque Syracusani mimis utrisque *Suidas*, εἰσὶ δὲ καταλογάδην διαλέκτῳ Δωρίδι.) modo de pondere, uti *Dinolochus.* Abire itaque iam vulgatum *Demologum* iubemus εἰς δήμους ἀλόγους. Iungerm.

Δημολόγος] Δεινολόχος e MSStis legitur iam in textu pro priori Δημολόγος.

τετρακονταλίτρους] C. A. *τετταρακονταλίτρους*. in *παῖδας* desinit margo C. A. *Salmas.* legendum, inquit, *πέδας, compedes, pro παῖδας, quo nihil est verius.* haec ille. KUEHN.

τετρακονταλίτρους] Pro *τετρακονταλίτρους Kuchnius* recepit in textum *τετταράκοντα λίτρους*, et dein *πέδας* pro priori *παῖδας*.

ἐπὶ μὲν Ἀκρ.] Leg. *ἐν μὲν Ἀκρ.* ut est infra IX, 80. P. *ἐπὶ τῶν. Sylb. ἐν μὲν Ἀκ.* SEB.

ἐπὶ μὲν Ἀκρ.] Pro *ἐπὶ H. Steph.* in margine hic emendat *ἐν*, quoniam, credo, sic paulo post sequitur. et certe sic infra IX, 80. Sed MS. *ἐπὶ* retinet. alias MS. *Ἀκραγαντινῶν*, quamvis accentus sit erasus. IUNG.

ἑξημ. πεντήκ. λίτραις] C. V. *λίτρας*. KUEHN.

ἑξημιοῦντο πεντήκ.] Infra ex eadem *πολιτείᾳ* IX, 80. est *ζημιοῦσθαί τινας* (sic MS. *τριάκοντα λίτρας.*) alterutro loco mendum esse credo in numero: utro, nescio. IUNG.

ἡ δὲ λίτρα δ.] De his hinc *Matth. Hostus* libr. III. de re nummar. cap. 7. n. 27. 28. et haec *Pollucis* ex *Aristotele* verba omnia repetit lib. eod. c. 8. tmem. 18. n. 2. Sed et hic et infra valde depravata esse, ait: quod et fatetur: ibid. n. 5. locus infra est IX, 80. etc. IUNG.

Ἱμεραίων] MSS. *Ἡμεραίων*. Sed *Ἱμέρα πόλις Σικελ. Stephan.* SEB.

Ἱμεραίων] MS. *Ἡμεραίων*. IUNG.

δύο χαλκοῦς] *χαλκοῦς* C. A. Pro *ἑξάλιτρα* in textu est *ἑξάντα*. in margine vero *δίξαντα*. lectionem marginis sequitur C. V. *Scal.* de R. N. leg. *ἑξάντα*. *Salmas.* MSS. *ἑξάντα καλοῦσι*. KUEHN.

δύο χαλκοῦς] Locus videtur corruptus. quomodo enim ait *δύο χαλκοῦς* Siculos vocare *ἑξάλιτρα?* et statim tamen *ἓξ χαλκοῦς, ἡμίλιτρον*. patet mendum ex iis quae iufra IX, 81. ubi eundem locum citat Noster, et *ἓξ τάλαντα* habet, non *ἑξάλιτρα*. sed utrobique corruptus locus: et infra MS. ibi nil iuvat. hic MS. habet: *δύο χαλκοῖς δίξαντα καλοῦσιν*. quod ad viri doctiss. *Had. Iunii* emendationem proxime accedit, qui pro *ἑξάλιτρα* in suo Nomencl. in *Sextans* hic reponit *ἑξτάντα*, quod *M. Hostus* in textum ipsum recepit, haec *Pollucis* citans libr. III. de re nummar. cap. 5. n. 5. et c. 8. tmem. 18. n. 2. quid tamen, si iam illud MS. *δίξαντα* reciperemus? certe videtur ibi *τῶν δύο χαλκῶν* aestimatio quasi expressa. notum enim *διξοῦς* pro *διασσούς*. Quicquid sit, nostrum fuit MS. expressam scripturam indicare. IUNG.

δύο χαλκοῦς ἑξάλιτρα] MSStorum lectionem etiam suo MSto confirmat *Falckenburgius*, qui pariter *δίξαντα* habet, verum *ἑξάντα* iam habetur in textu, quod *Kuehnius* meus e C. A. in suo Codice reposuit.

175.

οὐγγίαν] C. V. *τὸν μὲν ἕνα οὐγκίαν.* KUEHN.

ουγγιαν] MS. *τὸν μὲν ἕνα, ουγκιάν.* sic et infra in MS. per *γκ.* IUNG.

τριάκοντα] Pro *τριάκοντα* C. A. *τριᾶντα. Hesych. τριάντος πόρνη λαμβάνουσα τριάκοντα* (leg. *τριάντα*) *ὅ ἐστι, λεπτὰ εἴκοσι. Salmas. τοῖς δὲ τρεῖς τέτραντα.* KUEHN.

τριάκοντα] Pro *τριάκοντα H. Iunius* eodem loco in *Sextans*, reponit *τρίεντα. Hostus* vero haec d. c. 8. tm. 18. n. 2. laudans habet *τέτραντα*. Sed vitiose: quum antea c. 5. n. 5. *τρίεντα Iunianum* haberet. Verum MS. retinet vulgatum *τριάκοντα*. si licet et mihi quid coniectari, divinarem forte *τρίαντα* vel *τρίξαντα* scriptum fuisse, uti eodem sono pronunciassent hoc *δωρίζοντες* Siculi, atque prius *δίξαντα· δίξα γὰρ φασὶ καὶ τριξὰ καὶ πενταξά*, ait *Eustath.* ad lib. I. *Ἰλιάδ.* sed de his forte peritioribus risum moveo. IUNG.

τριάκοντα] *Falckenburgius* iterum e MSto habet *τριαντλαν*, sed *Kuehnius τριάντα* e C. A. in textum Nostri *Pollucis* recepit.

τοὺς δὲ ἓξ] Margo C. A. usque ad *λίτραν.* Marginis etiam sunt, quae sequuntur: *ἔνιοι δὲ τ. λ. κ. τῶν νέων* etc. mox *Ποσείδιππος* usque ad *μνημονεύουσι.* C. V. confirmat *τῶν νέων.* KUEHN.

ὀβολὸν] C. V. pro *ὀβολὸν* leg. *ὀλόν.* KUEHN.

κωμῳδούντων νέων] Voculam *τῶν* ante *νέων*, quae ab ante vulgatis aberat, *Kuehnius* Noster e MSStis textui Nostri addidit. Prius editi dein etiam *Φιλίμων* legebant, quod tamen in postrema *Seberi* editione in *Φιλήμων* mutatum erat, uti et in suo Codice *Kuehnius* correxerat.

Ποσίδιππος] MS. *Ποσειδιππος.* Eadem fabula et infra X, 22. nominatur: sed in MS. ne frustra sis. IUNG.

ἐν Γαλάτῃ] *Salmas.* leg. *ἐν Γαλατείᾳ.* KUEHN.

καὶ ἕβδομον δὲ] *δὲ* omittit C. A. caeterum *ἕβδομον ἡμιτάλαντον Herodoti* est, uti alterum *Dinarchi:* prius notat, *sex talenta cum dimidio,* posterius, *duas drachmas cum dimidio.* vid. *Harpocrat.* in *τρίτον ἡμίδραχμον.* KUEHN.

καὶ ἕβδομον δὲ] *Herodotus Κλειοῖ* c. 50. *ἔλκων σταθμὸν ἡμιτάλαντον.* IUNG.

καὶ τὰ τοιαῦτα] Iterum margo C. A. καὶ τὰ τοιαῦτα etc. usque ad καὶ κρεωστάθμη, reliqua capitis absunt. KUEHN.

ὥσπερ καὶ ἡ κρεωστάθμη] MS. ὥσπερ ἡ κρεοστάθμη, cetera huius capitis ibi λείπει. sane apud *Hesych.* est, τριάντος, πόρνη λαμβάνουσα τριάκοντα· ὅ ἐστι λεπτὰ εἴκοσι. Quod huc non convenire dicas. Quid tamen inde eliciam audi. Aiunt χαλκοῦν valere λεπτὰ ξ. ergo λεπτὰ κά erunt χαλκοῖ τρεῖς· et εἴκοσι λεπτὰ *Hesychius* reddit τῷ τριάκοντα. quod itaque forte non temere reiiciendum. discrepat saltem unum λεπτόν. IUNG.

176.

ἀντιμοιρεῖ] *Interpr. partiar, partitores, compensat,* malim *partitus es, partiarius, contra dividere,* quando scilicet alter iam praecepit partem, alter contra tantundem capit in divisione: ita usurpat vocem ἀντιμοιρεῖν *Demosth.* Orat. pro *Phormione,* non longe ab initio, ubi legerem ἀντιμοιρεῖν. *Vales.* ex MSS. legit τὰς ἀντιμοιρίας, sed quinam sensus inde eliciatur, nullus assequor. KUEHN.

μοιρολοχῆσαι] In omnibus fere Lexicis corruptum extat hoc verbum. *Harpocr.* μοιροδικῆσαι ἀντὶ τοῦ, μέρους μεταλαβεῖν. *Suidas* eum secutus, μοιροδοκῆσαι etc. Ἀντιφῶν ἐν τῇ πρὸς τὴν Καλλίου ἔνδειξιν ἀπολογίᾳ. *Hesych.* μοιρολαλεῖν, τὸ μερίδι λαγχάνειν. leg. μοιρολαχεῖν, τὸ ἐπὶ μερίδι λαγχάνειν, *de parte aliqua sortiri.* Notum est quod in conviviis (δαιτὶ) Veterum publicis sua cuique convivae portio carnis assignabatur, ἑκάστῳ μερίδος ἀποκληρουμένης: ideoque ex μοίρᾳ et λαχεῖν compositum verbum μοιρολαχεῖν. μοιρολαχῆσαι notat *portionem suam sorte accipere* in conviviis primum et dein in aliis etiam negotiis. vid. *Plutarchi Quaest. Conviv.* 10. lib. II. et *Phavorinum* in μοιρολαγεῖν. Et *Hesychio* κρεωδάλτης dicebatur apud Lacones, qui portiones carnis aequaliter distribuebat. KUEHN.

μοιρολοχῆσαι] μοιρολαχῆσαι Nostri pro priorum editionum μοιρολοχῆσαι rursus *Kuehnio* debes. Ceterum *Falckenburgius* in voce μοιρολοχῆσαι τῷ αι superimposuit τ, quod quid sibi velit, non intelligo.

δατῆτας] *Etymol.* δατητὴς fieri ait a δεδάτηται, sicut a πεποίηται ποιητής. SEB.

δατῆτας] Communi dialecto δατητὰς apud *Harpocr.* et *Suidam.* ubi δατηταὶ describuntur, quod *eligantur ad commune dividendum inter litigantes, quae electio dicitur* αἵρεσις δατητῶν. δασμὸς *dicitur tributum, quod subditi principi-*

bus solvunt pro rata, id quod sine divisione fieri nequit. *Gloss.* δασμός, *simultas*, respicitur ad factiones et ἀντιπολιτείας civium, cum studia in contraria scinduntur, et *agrorum divisione* velut esca plebecula in partes trahitur, aut aliis irritamentis malorum solicitatur, ita δασμὸς et in genere notaverit divisionem in contraria studia. KUEHN.

διατῆτας] *Falckenburgius* habet διατῆρας.

177.

Κεφ. κέ.] Sequitur caput XXV. corruptum perquam in vulgatis, in quo utinam MS. noster non ita decurtatus esset, plurima ex illo sine dubio restituere liceret. Titulus istius ut et cap. ultimi, quae ambo uno continentur, in MS. est iste: *Περὶ ἰατρικῆς, καὶ νοσημάτων· καὶ περὶ μαίας.* Vulgato titulo in suo codice *H. Steph.* inseruit τῶν, ita: περὶ τῶν ἰ. ὀν. Ceterum antequam pergam, rara quaedam tecum communicare libet. Revocat enim illud praecedentis segm. δάσασθαι, δασμὸς, mihi in mentem Φωκέας ἀποδασμίους *Clione* cap. 146. *Herodoti* nostri, hactenus a nemine ita explicatos, ut nos intellexisse dicere possimus. De illa itaque re nostris centonibus *Heinsianam* purpuram lubet intertexere. Ita enim suam sententiam ad me perscribere voluit miraculum huius aevi, *Heinsius* meus: *Herodotus in Ioniae Catalogo Φωκέας recenset, sed eos quos ἀποδασμίους vocat. Quam vocem Valla non interpretatus est, sicut in calce editionis suae Henricus Stephanus monet, qui et ipse tamen nihil decidit, sed vocem intactam relinquit. Portus in Herodoteo suo Lexico postquam ea de voce aliquamdiu egit, candide fatetur, ignorare se quo pacto Phocensibus conveniat. Nam ἀποδάσμιον esse putat vel τὸν δασμὸν ἀποφέροντά τινι, qui tributum alicui persolvit, vel τὸν ἀποδεδασμένον, qui ab aliquo est separatus, τὸν ἀπό τινος κεχωρισμένον. Sed quomodo ἀποδάσμιοι nunc Phocenses dicantur, hoc opus, hic labor est. quod omnino negat invenire se posse. Id iam videamus. saepe ergo colonias duxerunt Phocenses: tum etiam cum ab Harpago pellerentur. Historia, quae postea ab Herodoto, ut omnia, suavissime narratur, ita habet: Primos fuisse omnium qui mare perscrutati sunt Phocenses. hi cum ex Ionia Tartessum venissent, a rege ibi Arganthonio, qui Medorum vires metuebat, humanissime excepti sunt, et cum ut ibi urbem conderent, invitarentur, neque persuaderi possent, in Ioniam reversi, eius munificentia ibi id fecerunt. Quam postea occupavit Medorum Dux Harpagus, cum eam reliquissent Phocenses: qui cum liberis suis, uxoribus, et impedimentis,*

Chium petebant, inde vero Cyrnum, ubi antea etiam urbem fundarant. Hac occasione urbem suam Phocaeam, quam Harpagus prius occuparat, interfectis excubiis invaserunt: iuramento tamen prius omnibus adactis gravissimo, ne quis ibi remaneret. Quod ut sanctius observaretur, ferrum in aquam demiserunt, iuraruntque non prius sese redituros esse quam illud emergeret. Postea tamen, ut dulcissima cuique est patria, alteram Phocensium partem illius poenituit, Phocaeamque incoluerunt. Reliqui Cyrnum petierunt. Ita divisi fuerunt, et a se mutuo divulsi, cum alias, tum eo tempore. De erroribus eorum et coloniis variis cum alii, tum Strabo ex Antiocho eadem fere, qui Herodotum secutus erat. Et Pausanias: οἱ δὲ Μασσαλιῶται Φωκαιέων εἰσὶν ἄποικοι, τῶν ἐν Ἰωνίᾳ, μοῖρα καὶ αὐτὴ τῶν ποτὲ Ἅρπαγον τὸν Μήδων φευγόντων ἐκ Φωκαίας. Vocat ergo Herodotus ἀποδασμίους eos, qui a reliquis divulsi et divisi erant. Hesychius, ἀποδαζεται, ἀπομερίζει. Ἀποδάσμιοι, ἀποδεδασμένοι. Quomodo ab Herodoto Φωκαιεῖς ἀποδάσμιοι dicuntur. Hinc ἀπόδασμοι dicuntur Ionibus αἱ ἀποικίαι. Megasthenes rerum Indicarum scriptor in Eusebii Chronicis: Μεγασθένης δέ φησι ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν, Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέους ἀλκιμώτερον γεγονέναι, ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβερίην στρατεῦσαι· ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. Iung.

ἀπὸ δὲ ἰατρικῆς etc.] Deest *δέ*. et *ἴασις, ἰᾶσθαι, ἐξιᾶσθαι* et *ἐξιάσασθαι*. deest deinde etiam *ἰώμενος* et *ἰάματα*. Iungerm.

ἰατρὸς] Haec omnia descripsit *Phavor.* in *Lexico* sup voce *ἰατρός*. Kuehn.

ἰατρεία] C. A. *ἰάσασθαι, ἰάσιμος, ἀνίατος, καὶ μισθὸς, ἰατρεῖα, ἀκέσασθαι*. dein margo *ἀκεσιής, ἀκήματα, ὡς Ὅμηρος*. hactenus margo. *καὶ πανάκη φάρμακα*. suprascriptum vero est *καὶ ἐξακούμενος*. post textus: *κομιδή, νοσηλεία, νοσοτροφία, ἐκνοσηλεῦσαι, ν. ἀρρωστήματα, φαρμακεία, φ.* etc. Kuehn.

ἰατρεῖα] Sic infra quoque VI, 186. tam editi quam MSS. et *Exod.* XXI, 19. *πλὴν τῆς ἀργείας ἀποτίσει καὶ τὰ ἰατρεῖα*. pr. ed. hic *ἰατρεία*. Seb.

ἰατρεῖα] MS. *ἰατρεία*. et sic erat etiam in antea vulgatis. Verum *ἰατρεῖα* scribendum docet locus infra VI, 186. unde in Thesauro hic *H. Steph.* ita scribit. Iung.

καὶ τὸ ἐργασι.] Desunt in MS. *καὶ τὸ ἐργ. ἰ. θ. θ.*

postea MS. hoc ordine: *ἀκέσασθαι, ἀκεστὴς, ἀκήματα ὡς Ὅμ. καὶ π.* etc. omisso *ἐξακέσασθαι.* IUNG.

ἐπιμέλεια] Deest *ἐπιμέλεια* in MS. *παναχῆ* etiam ibidem cum *H. Stephano* in Thes. malo scribere. in MS. nullus accentus est superpositus. *H. Iun.* tamen vulgatum videtur quoque probasse, quum in Nomencl. suo medicamentum praesens etc. hinc interpretatur *πάναχες.* IUNG.

ἐκνοσηλεῦσαι] Deest *ἐκνοσηλεῦσαι* in MS. IUNG.

νοσοκομῆσαι] MSS. *νοσοκ. νοσοτροφία. ἀῤῥώστημα.* SEB.

ἀῤῥωστεῖν] Deest *ἀῤῥωστεῖν*, sed eius loco tamen est in MS. *νοσοτροφία*· quod in vulgatis contra desideratur. Bene vero quod MS. hanc voculam, in *Platone* extantem, nobis largitur: nec *Pollucem* eam omisisse credo. dein in MS. sequitur *ἀῤῥώστημα, καὶ τὰ ὅμοια*, omissis reliquis usque ad *φαρμακεία.* IUNG.

διαίτησις] Subiicit *ὑγιάσαι Phavorinus.* KUEHN.

178.

κρίσιμος ἡμέρα] *κρίσιμος ἡμέρα*, communiter *dies criticus.* KUEHN.

γίνεται] *γίγνεται* ad versum forte rectius scribatur. IUNGERM.

τομὴ] *Sylburgius.* in prior. edit. *τὸ μὴ* et *Gualtherus non scindere.* SEB.

τομὴ] Antea inepte legebatur *τὸ μή.* pro quo *τομὴ* etiam *H. Stephanus* in suo codice emendaverat: adnotaveratque interpretis inscitam illius vulgati interpretationem hisce: *Interpres Gualtherus fallitur hic vertens: non scindere, exscindere.* ceterum *Seberus* noster ea in hac editione emendavit. IUNG.

τομὴ] Editiones, quae *Seberi* ultimam praecesserant, legebant divisim *τὸ μὴ*, quod et *Kuehnius* in suo Codice in unam vocem *τομὴ* mutavit.

τὸ δὲ φαρμάξαι] *μέσον* vocabulum: saepius tamen de *veneficio* accipitur. in latina versione, nisi ipsum vocabulum retineatur, erit *τὸ λεγόμενον, arena sine calce.* KUEHN.

πλήρωσις, κέν. etc.] Post *ἀκούεται* C. A. *ἴσχειν. στῆσαι ῥ. προβάλλεσθαι* in textu, cui superscriptum *προκαλέσασθαι*, sequitur dein *τὸ δὲ κενῶσαι* etc. KUEHN.

πλήρωσις, κέν. etc.] Desunt in MS. *πλήρ. κ. π. κ.* et *ἰσχαίνειν.* IUNG.

ἐπισχεῖν etc. *ἐκκαλ.*] Deest in MS. *ἐπισχ.* et *ἐκκαλ.* cum sequentibus duobus *ἐπ. ἐφ.* IUNG.

ἐξινῶσαι] *ἐξινῶσαι* est *a fibris revellere bilem. Hesych.* in *ἐξινώμενος.* KUEHN.

ἐξινῶσαι] De *ἐξινῶσαι Foes.* hinc in Oecon. *Hippocr.* voce *ἐξινοῖ.* IUNG.

179.

ὑπέρινον] *ὑπέρινον* antea male sequenti verbo iungebatur sine interpunctione: quod et *Stephanus* in suo codice vidit, *Post ὑπέρινον, ait, distingue, quod decepit interpretem.* quem errorem ex omissa interpunctione pluribus convincit in Append. de Dial. Att. c. 16. tm. 4. IUNG.

ὑπέρινον] Distinctionem maiorem, quae post *ὑπέρινον* a prius editis aberat, in suo Codice Basil. addidit *Kuehnius*, quemadmodum et ultima *Seberi* editio habebat.

κατευθύναι] Absunt ista a C. A. usque ad *πρᾴως, dirigere membrum luxatum, articulum detortum, στρέμμα* alias dicunt *luxationem.* vid. *Aeginetam* lib. IV. cap. 29. KUEHN.

κατευθύναι] Desunt in MS. *κατευθύναι τὸ* etc. *πρᾴως* cum interiectis omnia, ubi ad *ἐχωρῆσαν* mihi occurrebant *Herodoti* verba in Thalia, ubi de *Dario* ex equo desiliente et luxante pedem fortiter: *ὁ γάρ*, ait, *οἱ ἀστράγαλος ἐξεχώρησε ἐκ τῶν ἄρθρων.* IUNG.

παιώνια.] MSS. *παιόνια.* SEB.

παιώνια φάρμακα] *Iunius* Nomencl. etiam hinc *medicamentum praesens* interpretatur *παιώνιον φάρμακον.* IUNG.

ἀλεξιφάρμακα] Deest in MS. *ἀλεξιφάρμακα.* IUNG.

ἀλεξητήρια] *Medicamentum catharticum* ex *Eustath.* et hinc interpretatur *Iunius* ibidem. IUNG.

τὰ κενοῦντα] C. A. *σχίσαι φλέβα, σάρκα ἀμύξαι, σ. ἐ.* scarificare. KUEHN.

ἴσχαιμα] Deest in MS. *ἴσχαιμα*, quod *Iunius, medicamentum sanguinem sistens*, exponit. IUNG.

σχάσαι etc.] MSS. *σχίσαι φλέβ.* SEB.

σχάσαι etc.] *Henr. Stephanus* videre nos iubet IV, 182. IUNGERM.

λῦσαι, σχίσαι φλ.] MS. *λῦσαι φλέβα*, omisso *σχίσαι.* IUNGERM.

διελεῖν] Desunt in MS. *διελ. σ. διατ. σ.* deinde MS. *σάρκα μύξαι*, non *ἀμ.* sed et IV, 182. *ἀμύσσειν* Noster, et *σχάσαι* inter alia apud *Hippocr. Galenus* explicat *ἀμύξαι.* IUNGERM.

σάρκα ἐπιγρ.] Alio sensu *Iliad. δ*, 159. *Ἀκρότατον δ' ἄρ ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα ϖωτός.* vid. et *Odyss. χ*, 280. Seb.

ἐπιγράψαι] C. A. *ξύσαι ὀ.* omisso *ἀποξέσαι.* cum quo consentit C. V. at *Vetus Onomasticum scarifico ἐπιξέω.* ita enim legendum, non *ἐπιζέω.* aliae *Gl. conscarificat, καταξύει.* Kuehn.

ἀνοῖξαι σάρκα] Desunt in MS. *ἀνοῖ. σ. ἐξ.* etc. *παρατεθρ.* cum mediis. Iung.

ξέσαι, ὀ. ἀπ.] MS. *ξύσαι ὀστοῦν. ἀποξέσαι* vero omissum est. Iung.

κολλῆσαι] C. A. *καὶ δίαιτα δὲ κ. διαιτῆσαι. ἰατρικὸν ἔργον* etc. Kuehn.

κολλῆσαι] Quod ad *κολλῆσαι*, in eo *Pollucem* ad coalitionem partium vulneratarum aut alio casu divulsarum, quae etiam *κόλλησις* dicitur, respexisse, non ad cucurbitae coniunctionem cum cute, ut aliquis putet, docet *Casaubonus* X. *Athen.* 19. Iung.

κολάσαι] *κολάσαι* etc. *καθῆρε. καὶ* cum interiectis desunt in MS. Iung.

180.

τὸ ἀνοιδαῖνον συστ.] Ad ista verba, *τὸ ἀνοιδ. συστ. H. Stephanus* adscripsit, *videtur esse expositio τοῦ κολάσαι.* Iungerm.

δίαιτα δὲ, καὶ διαιτῆσαι. Ἰατρ. etc.] MS. *δί. δὲ καὶ διαιτῆσαι, ἰατρικὸν ἔργον, καὶ κ.* et certe ita distinguendum erat. Iung.

καταιονᾶν etc.] Ita factum pro *κατεωνᾶν, καὶ ἐώνησις* et *κατεώνησις*, ex emend. *Sylburgii.* Apud *Aretaeum* tamen (D. H.) reperitur *καταιονεῖν*, (vid. fol. 205, 210, 216 et 261. alicubi et *καταιωνεῖν.* ut fol. 144, 145, 147, 154 et 169.) sed apud *Plutarch. κατηόνησε* et apud *Dion. Chrysost. καταιωνῶν* referri potest ad utramque coniugat. velut duplex apud *Theodor.* lectio serm. scil. 4. princ. fere: *τῇ σπογγιᾷ τοῦ λύγου καταιονῶμεν* (al. *καταιονοῦμεν*) *τῆς ἀπιστίας τὸ πάθος.* Verum serm. 6. fol. 101. in sola secunda: *καταιονῶσι τῇ σπογγιᾷ, καὶ τὰ φάρμακα ἐπιπάττουσι.* Item sermone 1. a princ. *καταιονῶσι βίᾳ τὰς κεφαλὰς, καὶ πᾶσαν μηχανὴν ἐπινοοῦσιν.* etc. Seb.

καταιονᾶν] *καὶ διαιόνησις καὶ τὰ ὅμοια*, margo habet C. A. caetera absunt omnia. Kuehn.

καταιονᾶν] MS. *καὶ καταιονᾶν, καὶ διαιονήσεις καὶ τὰ ὅμοια*, ceteris huius segm. et titulo sequentis quoque omis-

sis. malae vero istae tres voces *καται. αἴον. καὶ κατ.* loco *τοῦ αι* habebant *ε* in priori editione. *αἰόνησις* reposuerat et *H. Stephanus.* Iung.

καταιονᾶν] Prius editi *κατεωνᾶν, καὶ ἐώνησις, καὶ κατεώνησις*, sed *Kuehnius*, ut et *Scberus* in sua editione exhibuit, in suo Codice correxit, *καταιονᾶν, καὶ αἰόνησις, καὶ καταιόνησις.*

ἐγγράψαι] Verbum *ἐγγράψαι* hic mihi quidem suspectum est: non fuisset si supra segm. praeced. additum legissem. an forte *ἐγχρίσαι*, quod ad medicas has unctiones certe pertinet, scribendum? Iung.

ἐν τῷ Γήρᾳ] Vid. *Casaubonus* in *Athen.* lib. IV. c. 25. Seberus.

ἐν τῷ Γήρᾳ] De *Aristophanis* fabula quae *Γῆρας, Senium*, vid. *Casaub.* III. *Athen.* 25. ubi diversam ab altera, *Γηρυτάδη*, ait, in illa de senectutis incommodis egisse Comicum ex versibus, quos hic *Pollux* adfert, constare ait. Et primum quidem senarium

ὀφθαλμιάσας πέρυσιν, εἶτ' ἔσχον κακῶς,

recte se habere existimo: non et reliqua, ubi illud *ἔπειθ'* non placet, quum praecesserit *εἶτα.* et putem hoc dicere Comicum, dein se peius habuisse, postquam inunctus fuerit a medico. Iung.

ὀφθαλμιάσας] *Aristoph.* versus ita constitue:

ὀφθαλμιάσας πέρυσιν, εἶτ' ἔσχον κακῶς
ἔπειθ' ὑπαλειφόμενος παρ' ἰατρῷ etc.

ὑπαλείφεσθαι simpliciter positum notat, *inungi oculos* in *Acharn. ὑπάλειψον τὼ φθαλμὼ sublime ambos oculos.* Kuehn.

ὀφθαλμιάσας] In testimonio Comici *Falckenburgius* meus e MSto affert *ἐπέσχων* pro vulgato *εἶτ' ἔσχον.*

παρ' ἰατρῷ] *Interpr. παρ' ἰατροῦ* expressit. Seb.

μυξῶδες, ὑγρόν] Post *μυξῶδες* commaticam distinctionem, quae in ante vulgatis erat, *Kuehnius* delevit.

μελιτῶδες] *Interpres tabidum.* rationem cuperem istius interpretationis. MS. hic nos destituit. an divinandum? scilicet forte legendum *ἐλαιῶδες. Celsus* lib. V. c. 26. *Est pus, quod ἐλαιῶδες appellatur*: et deinde illud describit. Imo nil mutandum. Infra ipse *Pollux* de meliceride IV, 197. *μελιτῶδες ὑγρόν.* et de *κηρίῳ* segm. 201. Iung.

181.

περὶ ἰατρ. ἐργ.] C. A. *περὶ ἐργαλείων ἰατρικῶν.* Kuehn.
περὶ ἰατρ. ἐργ.] Titulus in MS. non adparet. *H. Steph.*

iterum inseruit in suo codice τῶν, ita: *πρὸ τῶν ἰατρ. ἐργ.* uti et supra segm. 177. fecerat. Iung.

ψαλλὶς] Vid. supra II, 52. Seb.

ψαλλὶς] MS. *ψαλὶς* una λ recte. Iung.

ψαλλὶς] *ψαλὶς* uno λ pro priori *ψαλλὶς Kuehnius* reposuit.

ὠτογλυφὶς] C. A. omittit *μήλη*, quia idem est cum *σμίλη*. *εὔδιον* in margine pro *εὐείδιον*, quod et C. V. habet. idem *ψαλὶς* per unum λ. Kuehn.

ὠτογλυφὶς] MS. *ὠτογλ. ὑπογρ.* inversim. *μήλη* vero deest. Ad illud *ὑπογραφὶς* ita *H. Steph.* hic: *rasorium, ego scarificatorium.* Iung.

μήλη] *μήλη Interpres mele. melius ex Glossis specillum.* Kuehn.

ξυστὴρ] *Gloss. ξυστὴρ rasorium*, radendo vomeri, vel *ralla.* Kuehn.

ὀδοντάγρα] *Gloss. ὀδοντάγρα forfex dentaria, dentalis.* Kuehn.

εὐείδιον] *εὐείδιον* quid est? MS. clare *εὔδιον*. quod rectum puto, et idem cum Eudiaeo, vel si mutandum, in illud mutandum. *Eudiaeum*, ait *Festus*, *lineum filium, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod clysmos emittitur.* Iung.

εὐείδιον] *εὔδιον* clare et *Falckenburgius* in suo Codice legit, quemadmodum et Cl. *Iungermannus* e *Palatino* Codice affert, et *Kuehnius* meus in suis MSStis legit.

μηλῶσαι] MSS. *μυλῶσαι μύλην*, quomodo X, 149. ed. quoque *μύλη*. Sed praecedit tamen *μηλωτρὶς*. et *Hesych. μηλῶσαι τὸ τὴν μήλην καθεῖναί που*, etc. Seb.

ὅθεν καὶ Φρύν.] Hoc testimonium pro more omittit C. A. Kuehn.

ὅθεν καὶ Φρύν.] Desunt in MS. *ὅθεν κ. Φ. ὁ κ.* una cum Comici versu. In illo pro *κατὰ μηλῶν*, *H. Stephanus* ad oram: *ἴσως, καταμηλῶν*, quae correctio et mihi in mentem venit, quum primum haec legerem. Et certe tamquam ita legeretur apud *Pollucem*, eo modo haec verba in Thesauro sub *μηλέω* adfert, interpretando, *specillo in guttur immisso vome, seu manu aut penna specilli loco.* Omittit autem ibi *καὶ*, sed ad versum videtur sustinendum necesse: *πλέως* autem alterius initium esse, quum absque eo sit plenus senarius unus. Sane si illud *κατὰ* eiiceremus, hoc pacto constitui posset facile unus versiculus, *Μηλῶν ἔμει· καὶ*

φλέγματος γὰρ εἶ πλέως. Sed quid audeam ego? Alias verbo καταμηλοῦν ita usus et *Aristoph.* Ἱππεῦσι·

ἔπειτ' ἀναγκάζω πάλιν ἐξεμεῖν,
ὅσσ' ἂν κεκλόφωσί μου, κημὸν καταμηλῶν. IUNG.

ἔμει κατὰ μηλ. etc.] *Sylb.* leg. ἔμει καταμηλῶν· καὶ γὰρ φλέγματος εἶ πλέως. *Hesych.* καταμηλοῦν dicuntur οἱ ἐν τῷ ἐμεῖν καθιέντες τι εἰς τὸ στόμα, in μηλῶσαι. SEB.

ἔμει κατὰ μηλ. etc.] *Salmas.* ἔμει καταμηλῶν· φλέγματος γὰρ εἶ πλέως. KUEHN.

ἔμει κατὰ μηλ. etc.] *Ioh. Rhodius* in Emendat. et Notis ad *Scrib. Largum* probat etiam emendationem *Frid. Sylburgii*, qui καταμηλῶν legit, non κατὰ μηλῶν, (uti quoque iam reposuimus ex correctione *Kuehnii*) additque ad illa praecedentia *Interpretis*: *et μηλῶσαι dicitur instrumentum in collum* etc. *Clarius forsan, specillum.* Et ita reddit quoque vocem μήλην *Foesius* in Oeconomia *Hippocratis*, qui in illa prolixus est.

δεσμὰ etc.] C. A. interiectis omissis subdit καὶ μότους etc. KUEHN.

δεσμὰ etc.] Ita MS. habet decurtata: εἴποις δ' ἂν καὶ δεσμὰ, καὶ τελαμῶνες, καὶ μῶτα, καὶ μωτῶσαι, καὶ μωτωθεὶς, καὶ τελαμῶνα δ' ἂν εἴποις σινδονίτην. καὶ ποδοστράβη τε etc. IUNGERM.

ἐν Γυριτάδῃ] ἐν Γηρυτάδῃ. et mox ὀθόνιον. SEB.

ἐν Γυριτάδῃ] Ubi ἐν Γυριτάδῃ, *H. Steph.* adnotat, *nomen* esse *Comoediae*, recte: et emendandum insuper est Γηρυτάδῃ, sicut illa *Aristophanea* fabula saepius a *Polluce* laudatur. IUNGERM.

ἐν Γυριτάδῃ] Γυριτάδῃ prius editi, sed reposui iam in textu Γηρυτάδῃ.

ὀθώνιον] ὀθόνιον, non ὀθώνιον, scribere malim cum *H. Stephano* hic. IUNG.

ὀθώνιον] ὀθόνιον pro priorum editionum ὀθώνιον hic et infra segm. 183. praeeunte meo *Kuehnio* reposui.

τελαμῶνα σινδωνίτην] *Interpres, baltheum Sidonium*; malim, *fasciolam lintei purissimi, quod* σινδὼν dicitur. Est quidem, ubi τελαμὼν designat τὸν ἀναφορέα τοῦ ξίφους, verum hoc loco est *tenuius linteum ad vulnus deligandum aptissimum, Celso* iudice. Mirum, ni auctor alluserit ad hunc locum *Herod.* in *Euterpe*: κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι. *totum eius corpus dissectis byssini lintei fasciis involvunt. Pausan.* in *Arcad.*

τελαμῶνι πορφυρῷ τὸν μηρὸν κατειλημμένος, *fascia purpurea crus obvolutus. Schol. Eurip.* τελαμῶνες τὰ ῥάκη, οὓς φαμεν ἐπιδεσμούς, *detrita lintea* sunt τελαμῶνες quos dicimus ἐπιδεσμούς. *Caecilius taeniam*, inquit, *quae vulnus vinciret* apud *Festum* in *Taenia*, paene oblitus fueram monere paulo ante legendum *Γηρυτάδη*, ut notum satis. KUEHN.

σινδωνίτην] σινδονίτην, ut est infra VII, 72. SEB.

σινδωνίτην] *H. Steph.* σινδονίτην emendavit hic, non per ω. uti etiam ex MS. retuli, et infra VII, 72. habetur, ubi observo locum *Herodoti*. IUNG.

καταπλαστὸν κατὰ Ἀριστοφάνην.] Comici locus est in *Pluto*:

πρῶτον δὲ πάντων τῷ. Νεοκλείδη (qui coecus erat) φάρμακον
καταπλαστὸν ἐνεχείρησε τρίβειν, ἐμβαλὼν
σκορόδων κεφαλὰς τρεῖς Τηνίων· ἔπειτ' ἔφλα
ἐν τῇ θυείᾳ, συμπαραμιγνύων ὀπὸν,
καὶ σχῖνον· εἶτ' ὄξει διέμενος Σφηττίῳ,
κατέπλασσεν αὐτοῦ τὰ βλέφαρ' ἐκστρέψας· ἵνα
ὀδυνῷτο μᾶλλον. Statim ait *Aesculapius:*
ἐνταῦθα νῦν κάθησο καταπεπλασμένος.

quem locum totum attuli, ut *Pollux* Noster emendari queat. legendum enim inde tibi manifestum, ἀφ' οὗ καὶ τὸ κατέπλασσεν εἴρηκε. quod quidam nasutus in καταπλασθὲν male commutavit. IUNG.

182.

περιαπτὸν] περίαπτον. SEB.

περιαπτὸν] περίαπτον scribo, accentu in penultimam retracto. *Xiphilin.* Excerpt. e *Dione* de Avito: περιάπτοις τέ τισι μυρίοις ἀεί ποτε χρώμενος, ubi interpres male, *monilibus:* bene eius emendator *Leunclavius, amuletis.* admonuerat et *Henr. Stephan.* in fine sui *Spicileg.* ad *Xiphilinum*. IUNGERM.

περιαπτὸν] περίαπτον reposuit *Kuehnius.* Verbum περιάπτομαι in simili re usurpatum *Plutarcho* in de Aud. Poët. cap. 2. κἂν δοκῇ σοι μηδὲν εἶναι φαυλότερα τῶν ἀμεθύστων καλουμένων, ἃ τινες ἐν τοῖς πόνοις (l. πότοις) περιάπτονται καὶ προλαμβάνουσι etc.

μότους] μοτούς. barytonωs tamen etiam MSS. et *Pal.* quidem μότας. SEB.

μότους] MS. per ω, quod alibi non invenio. μότα quidem habet et *Hesychius. H. Stephanus* adscripsit Gallicum *charpie*. IUNG.

μοτῶσαι] Margo C. A. subiicit, *καὶ μωτωθεὶς: καὶ τελαμῶνα ὃν ἂν ἕποις σινδονίτην.* C. V. post *ἀλεξιφάρμακον καὶ μῶτα καὶ μωτῶσαι καὶ μωτωθείς. κ. π.* etc. Vulgatam scriptionem tuentur LXX. *Interpretes Hoseae* VI. ubi legitur, *μοιώσει ἡμᾶς*, ubi *Hieron. proprie móta appellantur linteola, quae inseruntur vulneribus, ut putridas carnes comedant et extrahant purulentias: idem verbum Aquila* posuit *Esaiae* I. ubi iterum *Hieron.* ubi legendum, *μότωσιν, linteolorum iectionem videlicet.* Ex quibus locis *Hesych.* et *Suidas μοτώσει, ἰάσεται δὲ ὀθονίων:* ita enim legendum esse primus vidit *Drusius* in *Fragm. Veter. Interpr.* Apud *Aeginetam* extat *μοτοῖς* et *μώτοις. Salmasius* etiam *σινδονίτην* et *μοτούς.* Kuehn.

τὸ τὰ στρ. κατ.] MSS. *ἢ τὰ στρέμματα* (P. *στρατεύματα*) *κατευθύνουσα.* Seb.

τὸ τὰ στρ. κατ.] C. A. *ἢ τ. στ. κατευθύνουσα.* quod ultimum firmat C. V. MSS. *Salmas. ἢ τὰ στ. κατευθύνοντα ἐν τῇ κωμῳδίᾳ.* Kuehn.

τὸ τὰ στρ. κατ.] MS. *ἢ τὰ στρ. κατευθύνουσα.* Iung.

καὶ λ. ἧς] MS. *καὶ λ. δὲ, ἧ.* Iung.

καλεῖ] C. A. *καὶ μὴν καὶ σικύα ἔν τι τῶν ἐργαλείων,* caetera non absunt. Kuehn.

καλεῖ] Desunt in MS. sequentia: *καὶ μαχ. δὲ* cum reliquis huius segmenti. Iung.

οὕτω] In vulgatis pro *οὕτω* ad oram *H. Stephanus* adnotavit, *ἴσως, οὗτοι.* sed nil opus. Iung.

κατασχάζειν] Supra IV, 179. *σχάσαι τὴν φλέβα.* Seb.

κατασχάζειν] De *κατασχάζειν* hinc et *Nunnes.* ad *Phrynich.* Eclog. I. Iung.

183.

σικύα] Infra X, 149. MS. *σικυῖα.* hic pr. ed. *συκία,* male. *H. Steph.* Seb.

σικύα] *σικύα* etiam in MS. est: sicque et *H. Steph.* in libro suo adscripserat, quum antea male legeretur *συκία.* Iung.

ὡς Κράτης] Desunt *ὡς Κράτης* etc. huius segmenti. Cratetis versus vero in mendo cubant. Iung.

**καναταλὰς*] Legerim *κἀνατολὰς*, si *ἀνατολὴ* caro per cucurbitulam impositam educta, quam *ἀποσχάζουσι* secantes, aut scalpello pertundentes ad emittendum sanguinem. Sebrus.

**καναταλῇς*] Leg. *κἂν τὸ λῇς, et si id volueris, scarifi-*

cabo; vel *ἐπὶ πολῆς. Salmas.* *κανάτολας. ποτιβάλλω σοι κἂν τὸ λῆς ἀ. senarius est.* haec ille. KUEHN

* *καναταλῆς*] Pro *καναταλῆς Kuehnius* in Codice suo, quem MSStorum ope integritati suae pristinae restituit, ad oram adscripsit: *f. κᾆτα ἂν λῆς*, quae coniectura valde mihi arridet.

κηρωτὴν] Scr. *ceratum.* SEB.

κηρωτὴν] *κηρωτὴ* emplastri quaedam species ex incerato aliaque compositione ad fracturas et alia. KUEHN.

ὀθώνια] In *Aristophanea Henr. Stephanus* *ὀθόνια* scribit: sed nondum omnia sana. Emenda: *ὀθόνιον, κηρωτὴν παρασκευάζετε.* Ita enim in extremis Comici *Acharnensibus* est. IUNG.

ὀθώνια] *ὀθόνια* reposui. vid. supra segm. 181.

Τραυμάτια] *Τραυματίᾳ*, ut est infra X, 46. ubi idem hic locus paulo aliter: sed neutrubi satis perspicuus. *Telegonus* scripsit *τραυματίαν Ὀδυσσῆα, vulneratum Ulyssem,* cit. *Arist.* de Poët. c. 14. SEB.

Τραυμάτια] Recte *Seber.* ex ipso Auctore *Τραυματίᾳ.* Sensus est in *Antiphanis Comoedia, quae inscribitur Τραυματίας*, et ista sunt medicorum instrumenta. *Κατεσκευασμένος λαμπρότατον* (infra lib. X. c. 10. C. A. *λαμπρότερον ἰατρεῖον ἐν χαλκοῖς παντολ.*) *ἐν λαμπροῖς πάνυ λουτηρίοις* etc. *Salmas.* ita *ἐν Τραυματίᾳ κατεσκευασμένον λαμπρότατον ἰατρεῖον εὐχάλκοις πάνυ.* citatque infra X, 46. et versus ita constituit:

κατεσκευασμένος εὐλάμπροις πάνυ λουτηρίοις —

et ita ille. KUEHN.

Τραυμάτια] Scribe *Τραυματίᾳ*: in qua fabula iste Comicus et infra citatur X, 46. quod adnotavit et *Casaub.* X. *Athen.* 15. Et quid est tamen illud quod extare ait in *Antiphanis* Traumatia? *Antiphanis* verba pessime certe corrupta sunt et mutila prorsus: MS. infra nobis ea conservavit longe integriora X, 46. ubi ex MS. ita legendum videtur, et hic emendem: *Τραυματίᾳ καὶ ταῦτα τῶν ἰατρικῶν σκευῶν. κατασκευασμένος λαμπρότατον ἰατρεῖον, ἐγχάλκοις παντολουτηριδίοις, ἐξαλείπτροις, κυλικίσιν, σικύαισιν, ὑποθέτοισιν.* nescio tamen an non potius sit, *πάνυ λουτηριδίοις.* infra dicam. In sequentibus nullus titulus in MS. IUNG.

Τραυμάτια] *Τραυματίᾳ* reposui pro *Τραυμάτια.*

σκευῶν κατεσκευασμένων] Illa *σκευῶν κατεσκευασμένων*, ita iam distinxit et emendavit *Kuehnius*: *σκευῶν, κατεσκευασμένος.*

λουτηρίοις etc.] Pro λουτηρίοις *Falckenburgius* λουτῆρσι, et dein post ἐξαλείπτροις auctius ita legit: κυλιχνίσι· συκύαισι· ὑποθέτησι. sed vid. infra X, 46.

184.

εἰς πλάτος] *Copiose*, *late*, *prolixe*, *Interpres* omisit. KUEHN.

κεφαλαία] C. A. cum diaeresi κεφαλαΐα. KUEHN.

ἡμίκραινα] Pro ἡμίκραινα MSSti ἡμικαίρα. vid. *Aeginetam* lib. III. περὶ κεφαλαλγίας καὶ ἡμικρανίας. post ἡμίκρ. in C. A. ὀφθαλμιᾶν, οὐκ ἴδιον δὲ etc. τῷ δὲ superscriptum est μέν. *Salmas.* leg. οὐκ ἴδιον μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς. KUEHN.

ἡμίκραινα] MS. ἡμίκραιρα, et quis dubitat quin sic legendum pro vulgato ἡμίκραινα. sic supra II, 41. MS. etiam ἡμικραίρα habuit vel potius ἡμίκραιρα antepenacute, ut infra VI, 160. in MS. κάρος autem, καρηβ. etc. κοιλοφθαλμιᾶν cum mediis desunt, excepto unico ὀφθαλμιᾶν. post quod ita in MS. sequitur: οὐκ ἴδιον μὲν γιγνόμενον ἐν ὀφθαλμοῖς νόσημα, συμβαῖνον δὲ κοιλ. τ. ὀφθ. ἐξάλλου σώματος καὶ νοσήματος. ubi συμβαῖνον videtur melius quam vulgatum. IUNG.

ἡμίκραινα] ἡμίκραινα prius editi, sed ἡμικραίρα Noster *Falckenburgius* optime, et ita in textu iam habes.

κάρος] κάρος ἐξ οἴνου, *sopor e vino. Gloss.* KUEHN.

Tum autem] Fortassis etiam. SEB.

σημαῖνον] Pro σημαῖνον *Falckenburgius* egregie cum *Palatino* Cl. *Iungermanni* Codice consentit et habet συμβαῖνον quoque.

οὐδ' ὑδατοποτῶν] Haec absunt a C. A. usque ad εἴρηκεν. C. V. pro praeced. ἐξ ἀ. νοσ. habet: ἐξ ἄλλου σώματος καὶ νοσήματος. KUEHN.

οὐδ' ὑδατοποτῶν] Senarius est integer, ille *Cratini*

οὐδ' ὑδατοποτῶν, οὐδὲ κοιλοφθαλμιῶν. IUNG.

185.

Φρύνιχος] Desunt in MS. Φρύνιχος etc. εἴρηκεν cum mediis. IUNG.

ἄργεμος] C. A. ἄργεμός φησι. λήμη, λ. KUEHN.

ἄργεμος] De ἀργέμῳ Noster supra II, 65. IUNG.

λήμη, λημᾶν, γλημᾶν] Ita passim. Sed an uspiam λήμμη, λημμᾶν, γλημμᾶν, ut in pr. editionibus? vid. *Hesych. Suid. Etymol. Phavor. Camer.* alios. SEB.

λήμη, λημᾶν, γλημᾶν] Prius editi λήμμη, λημμᾶν, γλημμᾶν, sed *Kuehnius* emendavit λήμη, λημᾶν, prout fuit et in ultima *Seberi* editione, et dein γλαμᾶν, ut supra fuit II, 65.

γλημᾶν] Margo C. A. *γλαμᾶν*, quod habet et C. V. KUEHN.

γλημᾶν] MS. *γλαμᾶν* pro *γλημᾶν*. sic et supra variabat II, 65. IUNG.

ἀμβλυώττειν] C. A. *ἡ στομαλγία*. dein margo *στομαλγεῖν, ἑλκῶσθαι* (*ἡλκῶσθαι* C. V.) *τ. στ. γλωσσαλγία*. hactenus margo. KUEHN.

ἀμβλυώττειν] MS. *ἀμβλυώττειν καὶ τὰ ὅμοια*. reliquis omnibus omissis, usque ad *πταρμός*. IUNG.

κατεάχθαι τὰ ὦτα] De *κατεάχθαι τὰ ὦτα* vid. supra II, 83. IUNG.

Marmoratis plena esse] Plenas esse (scil. aures) sordibus. *κυψηλὶς* enim *ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος, Schol. Aristoph.* fol. 457. SEB.

πτάρνυσθαι] Deest in MS. *πτάρνυσθαι*. pro *ἑλκοῦσθαι* MS. habet praeteritum *ἡλκῶσθαι*. IUNG.

γλωσσαλγεῖν] Deest *γλωσσαλγεῖν* in MS. IUNG.

λέγοιτο δ' ἄν] C. A. *λέγοιτο γὰρ ἂν καὶ ἐ. τ.* etc. KUEHN.

λέγοιτο δ' ἄν] MS. *γὰρ ἄν καὶ* pro *δ' ἄν* vulgatis. IUNGERM.

ἕλκῶν] Post *ἑλκῶν* MS. habet punctum, et statim sequitur *ῥῖγος*, omissis mediis omnibus. in quibus notabis *τὸ λύττειν*. pro quo potius usurpatum invenias *λύζειν*. potest tamen a *λὺξ* eadem ratione esse, qua *βήττειν* a *βῆξ*; quamvis, ne ludamus, illud *λὺξ* forte minus invenias, sed *λὺγξ* in hac re. Si analogiam consulo, sane illud *λὺξ* probum sit. a futuro *λύξω* enim eadem ratione formari potuit, qua *πτὺξ* a *πτύχω*, *δὰξ* a *δάκνω*, unde et *ὀδὰξ*, *μίξ* a *μίξω*, quali plura adnotavit *Helladius* in *Chrestomathiis*, quas excerpsit *Photius*. adnotabis et *ἐξαιμῶν*, quum Lexica illa voce careant. sed ad MS. IUNG.

παροιδαίνειν] Absunt usque ad *κατεψύχθαι* in C. A. KUEHN.

λὺξ] Forte *λὺγξ singultus*, qui et *λυγμὸς*, et mox *λυττεῖν*, vel potius *λύζειν singultire*. SEB.

λὺξ] *λὺξ* in *Gloss.* est *singultus*. KUEHN.

186.

ἀνακογχυλιάσαι] *ἀνακογχυλιάσασθαι Falckenburgius.*

ἐξαιμῶν] *ἐξεμεῖν*. SEB.

ἡπίαλος] Vid. *Galen.* de *Differ. Febrium* fol. 71. *Edit. Venet.* KUEHN.

τοὺς δ' ἀεὶ] C. A. *τοὺς δ' αὖ ῥ.* KUEHN.

ῥιγοσιβρίους] C. V. ῥιγωσιβίους. *Salmas.* ῥιγοσιβία ἔ. Kuehn.

ῥιγοσιβρίους] MS. ῥιγωσιβίους habet per ω. Alias *H. Steph.* hic adscripserat Gallicum *frilleux*. Iung.

Ἀριστοφ. δὲ ἐν Βαβ. etc.] Abest et hoc testimonium a C. A. dein textus: πυρετὸς, πυρετοῦ καταβολή. Kuehn.

Ἀριστοφ. δὲ ἐν Βαβ. etc.] Desunt in MS. Ἀριστοφ. δὲ ἐν Βαβ. ὁ. εἴρ. et ista πυρετοῦ φλεγμονή. De Babyloniis autem, *Aristophanis* fabula, meminit et *P. Victor.* Comm. ad lib. III. Rhetoric. *Aristot.* ad ista verba: ὥσπερ καὶ ὁ Ἀριστοφάνης σκώπτει ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις. fuit vero celeberr. fabula, deque eius argumento eruditiss. *Casaub.* vide III. *Athen.* 10. et adde *Scholiastem Aristoph.* ad ista ἐν Ἀχαρνεῦσι. αὐτός τ' ἐμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἃ πάθον. qui meminit et paulo inferius ad verba ξένων παρόντων. Nec solum tamen voce δύσριγος usus fuit *Aristophanes*, sed et *Menander*: et tamen in illo Poëta hoc improbat, tanquam κίβδηλον, *Phrynichus* II. Eclog. ad quem in Notis suis *Nunnesius* haec, quae apud Nostrum, laudat. Iung.

περίοδος] C. A. καρδιώττειν, λ. σπληνιᾷν, ἐκτεριᾷν, φ. φ. ἐκτετηκέναι. (ν vero superscriptum τῷ κ, ut sit ἐντετηκέναι intabuisse) ἐ. dein in margine κατεῤῥινῆσθαι: *quasi lima attenuatum esse.* Kuehn.

περίοδος] Desunt sequentia θέρμα, καὶ etc. διάῤῥοια cum mediis in MS. in quibus videtur pro ἔχον legendum ἔχων. θέρμα autem neutro genere capio, τοῦ θέρματος. post καῦσος potius interpungendum puncto. nec φῦσαν enim ad febrium εἴδη adnumerat. Iung.

πῦρ] Post πῦρ addit *Falckenburgius* ἦκε.

187.

ἄκρατος δυσεντερία] Dysenteria ἄκρατος est *acerrima et vehementior d.* ut ἐλευθερία ἄκρατος modum supergressam libertatem designat. Kuehn.

ἄκρατος δυσεντερία] Desunt in MS. ἄκρατος δυσεντερία, sed cur adponit ei epitheton ἀκράτου, nec enim, credo, διάῤῥοιαν per δυσεντερίαν sic explicat. differunt enim ista valde. adeo ut me subeat suspicio latere sub illo ἄκρατος genus tale quid morbi. Iung.

καρδιώττειν] C. V. καρδιάττειν. *Interp.* καρδιώττειν *esurire* reddit ex II, 217. sed hic est, *cordis vitio laborare.* Kuehn.

καρδιώττειν] MS. hoc ordine, καρδ. σπλην. λιθ. Iung.

λιθιᾶν] λιθιᾶν in *Gloss: calculosum esse.* Kuehn.

περιπν. etc.] Desunt περιπν. ν. πλ. ἐπ. etc. ὠχρίασις cum interiectis. Iung.

ἐπιλυσία] Leg. ἐπιληψία, *morbus comitialis*, neque enim credibile est Auctorem omisisse morbum tam gravem tamque notum. ἐπιληψίαν τὸ πάθος ἐκάλεσαν διὰ τὸ ἐπιλανθάνεσθαι, l. ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ κρατεῖσθαι αὐτῶν τὰς αἰσθήσεις. *dicitur affectus ille* ἐπιληψία, *quia occupantur tenenturque sensus epilepticorum*, inquit *Alexand. Trallianus* libr. I. cap. 15. haec ex coniectura: potest enim ἐπιλυσία accipi de accessione morbi alterius, qua solvitur morbus qui ante aderat. viderint doctiores. Kuehn.

ἐπιλυσία] Quaeso te quid morbi est ἐπιλυσία in vulgatis? notarat illud asterisco et *H. Stephanus* in suo codice, ut malesanum. et certe multa talia in hoc morboso capite. Ad hoc quidem vocabulum quod attinet, si mei iudicii res sit, emendarem ἐπιληψία, quem acerrimum morborum Nostrum omisisse non putem. Sed στραγγουρία, ὡς Ἀριστοφάνης ait. nimirum ἐν Σφηξὶ, φάρμακον στραγγουρίας. Idem Comicus et verbo στραγγουριᾶν inde usus est, ut in *Thesmophoriazusis* στραγγουριῶ γὰρ ἔχθες ἔφαγον κάρδαμα. Iung.

Ἀριστοφάνης] ἐν Κωκάλῳ additum in Codice *Falckenburgii.* Cuius Comoediae et alibi mentio apud Nostrum, scilicet infra VII, 162.

ἀπόστασις] *Interpr. defectus*, malim usitatioribus vocabulis, *abscessio, abscessus.* Kuehn.

ὑδεριᾶν] ὑδεριᾶν. unde ὑδερίασις ipsum πάθος. Dicitur et ὑδεραίνειν. vid. Gecon. *Hippocr. A. Foesii.* Seb.

ὑδεριᾶν] In vulgatis pro ὑδεριᾶν scriberem ὑδεριᾶν, quod apud Dioscoridem extare aiunt. Scilicet sic et ab ὕστερος dicamus ὑστεριᾶν, uti mox ab ἴκτερος, ἰκτεριᾶν. Iung.

ἴκτερος] MS. non habet ἴκτερος. deest et φθίνειν et τῆξις. Iung.

φθίνης νόσος] φθίνης νόσος est *morbus tabificus.* Kuehn.

φθίνης νόσος] Desunt in MS. φθίνης ν. τηκεδών. notandum vero illud φθίνης νόσος. Alias enim potius φθινὰς legimus. *Suidas*: φθινὰς, ἡ νόσος. *Plutarchus* vita *Galbae*: Τιγελλῖνον μὲν οὐ πολὺν ἔτι βιώσεσθαι φάσκοντος χρόνον, ὑπὸ φθινάδος νόσου δαπανώμενον. Et ita forte apud *Pollucem* emendandum. non enim credo genitivum esse a φθίνα, et non lego etiam hoc pro morbo isto usurpari. Iung.

τηκεδών] τηκεδὼν idem quod φθίσις *tabes*, non vero ut *Interpres*, *sanies*. KUEHN.

ἐξερρίνῆσθαι, κατερρίνῆσθαι] ἐξερρίνῆσθαι, κατερρίνῆσθαι non significat, *stillare*, *destillare*, quasi a ῥέω venerint, ῥινάω vel ῥινέω notat, *limo*, *lima attero*, unde Graeci, quos tabes lima surda attenuavit, dixere ἐξερρίνημένους, κατερρίνημένους. vid. *Suidas* in κατερρίνημένος ex *Ranis Aristoph.* et eius *Scholiaste*. KUEHN.

ἐξερρίνῆσθαι, κατερρίνῆσθαι] ἐξερρίνῆσθαι etc. κατερρίνῆσθαι et MS. habet. κατερρίνημένους explicat *Suidas*, εὐτελέσιν ἢ κατεξεσμένους, ἀπὸ τῆς ῥινῆς τοῦ ἐργαλείου. et sic etiam apud *Hesychium* legendum, ubi male κατερρίνωμένοις, εὐτελέσιν. Sane Lexicographi de usu hic apud Nostrum tacent. Videntur tamen mihi a praecedenti suo ἐκτετηκέναι non valde discrepare: et significare idem quod macessere, vel emaciari, usurpanda de homine *qui ossa atque pellis totus est*, ut *Plautus* de aguo curione iocatur. vel si hoc non placet, certe putem eodem modo descobinatos dixisse Latinos, ac illi illud Graecum. *Nonius: descobinatis sauciis, et abrasis ac desectis. Varro Meleagris: sin autem delectationis caussa venamini, quanto satius est salvis cruribus in circo expectare, quam his descobinatis in sylva currere?* crura descobinata enim si κατερρίνημένα σκέλη dicamus, non male dicere autumo. Rectiora dicentem audiam libens. IUNG.

θραῦσις κλ.] Absunt a C. A. margine usque ad συντετρίφθαι. KUEHN.

θραῦσις, κλ.] In MS. desunt θραῦσις, κλάσις. IUNG.

ὁστοῦν etc.] Desunt in MS. ὁσ. κ. συντ. dein pro ἄρθρον ἐκχωρῆσαι MS. habet, ἄρθρον ἐκπεσεῖν. vulgatum etiam supra dixit *Pollux* IV, 179. IUNG.

ἄρθρον] Margo C. A. ἐκπεσεῖν pro ἐκχωρῆσαι, et ita C. V. et mox C. A. et V. iterum ἄρθρον παραιωρεῖσθαι. C. V. pro αι habet ε. idque male. *articulum habere luxatum*, *pendulum*: hactenus margo C. A. dein omissis aliis χωλός. Εὔπολις δὲ usque ad εἴρηκε. dein, τὸν ὀφθαλμὸν ἐ. KUEHN.

παραιωρῆσαι] MS. παρεωρεῖσθαι. est autem hoc de luxatis membris. Sic supra II, 21. de senibus dixit, παρῳωρεῖσθαι τὰ μέλη, λελῦσθαι τὰ ἄρθρα. tremulis scilicet et titubantibus membris, quasi luxatis, ab extremo senio. IUNG.

188.

πηρός] Deest in MS. πηρός. IUNG.

πήρωσις etc.] Desunt in MS. πηρ. πεπ. et χωλεία, ἀπο-

κεχωλῶσθαι. quod ultimum sic et *H. Steph.* in suo codice correxerat, quum antea male legeretur ἀποκεχωλᾶσθαι. IUNGERM.

χωλὸν εἶρ.] De hac significatione χωλοῦ etiam *Foesius* Oecon. *Hipp.* in γαλιάγκωνες. IUNG.

ὅτε] Et hic *Interpr.* leg. ὅτι *quoniam.* χεῖρα forte omittendum propter metrum uti *Eupolis* de *manco* χωλὸν, ita de claudo pede κυλλὸν usurpavit *Aristophanes.* KUEHN.

ὅτε] Illa ὅτε χωλός ἐστι etc. cum *Aristophanis* testimonio desunt in MS. *Eupolidis* iambum ita in senarium numerum concinnare conor:

ὅτι χωλός ἐστι τὴν ἑτέραν χεῖρ' εὖ σφόδρα.

Pertinent autem huc quod supra scribit II, 152. Ἱππόναξ δὲ χειρόχωλον, τὸν τὴν χεῖρα πεπηρωμένον. Nisi potius scribendum ὅτι χωλὸς εἶ σὺ τὴν etc. Ita enim apud *Aristoph. Schol.* in Ἱππεῖς: ubi ait et χωλοὺς Atticos dicere τοὺς χεῖρα πεπηρωμένους. addit: Εὔπολις· ὅτι χωλὸς εἶ σὺ τὴν χεῖρα σφόδρα. sed apud eundem ad Aves in illum versum, quem mox *Pollux* profert, iterum vetus *Schol.* Τὸ δὲ χωλὸν ἐπὶ τῆς χειρὸς, ὡς Εὔπολις·

ὅτι χωλός ἐστι τὴν ἑτέραν χεῖρα οὐ λέγεις,

quae lectionem nostram confirmant. Et quamvis versiculus constaret, si in fine legeres: χεῖρ' οὐ λέγεις, tamen potius e *Polluce* ille *Scholiastes* emendandus videtur. *Aristophaneis*, quae antea corruptissime legebantur, video bene factum ab amiciss. *Sebero* Nostro. IUNG.

ἐπὶ ποδὸς κυλλοῦ] Pr. ed. ἐπὶ ποδὸς κυλῶν τι, Δεῦρο ποδὸς κύλον, ἀνακύκυλον κύκλυστον. *Interpr. de pede claudicante; adsis pede claudicans: inflexum intortum.* Et qui interpretaretur melius? Spero recte emendatum ex *Aristoph.* quem vide cum *Schol.* fol. 420. Ut autem ibi est κυκλεῖν πόδας, sic *Soph.* in *Aiace* v. 19. dicit βάσιν κυκλεῖν, quod *Camer. gressum torquere.* Eum ergo hic secutus sum, cum qui *Aristoph.* olim Latinum fecit, reddiderit: *quid huc pedem t. cl. in c. circundas:* quasi κυκλεῖς in Gr. esset. SEB.

ἐπὶ ποδὸς κυλλοῦ] Locum hunc prout in ultima *Seberi* editione legebatur, reposuerat et *Kuehnius.*

ἐξορωρύχθαι] MS. ἐξωρωρύχθαι. IUNG.

ἀπεσβέσθαι] Sequitur in C. A. τραυματίας etc. KUEHN.

ἀπεσβέσθαι] Desunt in MS. sequentia: τὴν γλ. τ. et κλ. κατ. τρ. male vero antea edebatur κλῆν, quod et *H. Steph.*

in suo codice emendaverat. pro τραυματίας dein MS. habet τραυματείας. Iung.

κλεῖν κατ.] Prior edit. κλῆν. Sed κλεὶς iugulum est. τὴν κλεῖν κατεαγότα *Philippum* dicit ex *Demosth. Gell.* II, 27. de eodem *Plutarch.* τῆς κλειδὸς αὐτῷ κατεαγείσης ἐν πολέμῳ, καὶ τοῦ θεραπεύοντος ἰατροῦ πάντως τι καθ' ἡμέραν αἰτοῦντος, λάμβανε, ἔφη, ὅσα βούλει, τὴν γὰρ κλεῖν ἔχεις. Apopht. fol. 107. iocus ex ambiguitate: nam κλεὶς clavem quoque designat. Seb.

κλεῖν] Prius editi κλῆν, quod *Kuehnius* mutavit in κλεῖν, ut et ultima *Seberi* habuit.

189.

τραυματισθεισῶν] *Thucyd.* iam supra laudatus lib. I. c. 9. ita loquitur, et *Herodotus* in *Urania*, αἱ ἡμίσειαι τῶν νεῶν, inquit, τετρωμέναι ἔσαν. Kuehn.

νεῶν] MS. νέων male. supra I, 125. recte habebat cum vulgatis. Iung.

προσήκοι] In C. A. sequitur ἀκάθαρτον ἕλκος, ἐ. ἐ. Kuehn.

προσήκοι] MS. προσήκει. quae sequuntur omnia λείπει, usque ad σκλήρωμα, ubi ἀκάθαρτον etc. verbo προσήκει MS. statim subiungit. sequentia leviter percurremus: nam profecto requirunt doctum medicum et peritum. Iung.

ἐπιπολῆς τετρῶσθαι] *Interpr. frequenter v.* malim *leviter v.* summam cutim perstringit levi vulnere, cui opponitur διὰ βαθους τ. *alte adacto vulnere sauciari.* Kuehn.

καιρία πληγὴ] καίρια τραύματα, *Lucian.* Sic κροταφιαία (quod epitheton in Lexicis non habetur) πληγή, *Synes.* in Epist. D. H. Seb.

πληγὴ] Post πληγὴ auctius *Falckenburgius* ponit: σὺριγξ. ὀδυνήφατα φ.] *Iliad. ε*, 900. Seb.

καὶ σφακελίζειν, καὶ σφακελισμός.] *Falckenburgius* meus plane aliter pro vulgatis καὶ σφακελίζειν καὶ σφακελισμὸς habet: σφαδάζειν καὶ σφαδασμός, quae certe vulgatis praeferre non dubito. ponuntur siquidem hic synonyma ἀλγεῖν, ὀδυνᾶσθαι et σφαδαζειν, a quo nomen dein σφαδασμός. et pro ἀλγεῖν illo σφαδάζειν sane usus est *Xenophon*, uti annotat *Etymologus* in σφαδάζω. Sed haec omnia Eruditi rectius considerabunt, nos enim operae urgentes festinare cogunt.

190.

ἀκάθαρτον ἕλκος] Addit *Falckenburgius* etiam eius oppositum, καθαρὸν ἕλκος.

ἐφελκὶς] Margo C. A. *καλεῖται δὲ καὶ κρότων.* C. V. *καὶ τῶν* pro *κροτων. ἐσχάρα crusta cutis vel ulceris.* in *Glossis ἐφελκὶς* etiam dicitur *crusta.* KUEHN.

ἐφελκὶς] MS. *ἀφελκεῖς* pro *ἐφελκίς.* desunt dein *διεφθ. ἕλκος.* Quae sequuntur video quidem uti *Henr. Stephanus* distinguat, *κρότων, μελιτηρὰ ὑγρασία, ἐλαιώδης* etc. MS. nihil iuvat, sed cum vulgatis consentit. mihi videntur haec cum altera specie eius ulceris, quod *μελικηρὶς* vocatur, apud *Celsum* libr. V. v. 28. valde convenire. Sed *quod medicorum est, promittant medici.* nos cum MS. pergemus. IUNGERM.

κρότων] Lat. *ricinus.* vid. *A. Foesii* Oecon. *Hippocr.* SEBERUS.

ὑγρασία] C. A. *μελιτηρὰ ἐλαιώδης*, *humor flavus instar mellis et oleaginosus,* qualis est in tumore quem vocant *κηρίον* vel *μελικηρὶς*, et quia C. V. legit *καὶ τῶν* pro *κρότων*, forte excidit *ἑλκῶν.* KUEHN.

ὅταν] MS. *ὅτ' ἄν.* IUNG.

καλεῖται δὲ κ. ῥ.] *Sylb. καλ. δ. τὸ ῥ.* SEB.

καλεῖται δὲ κ. ῥ.] Margo C. A. usque ad *καθαίρηται.* KUEHN.

καλεῖται δὲ κ. ῥ.] *H. Steph.* emendat ad oram *τὸ ῥεῦμα* pro *καὶ ῥεῦμα*, quod vulgatum etiam MS. habet. IUNG.

ἤδη] MS. corrupte *ἴδη* pro *ἤδη.* IUNG.

φῦμα περιφερὲς] Absunt a C. A. usque ad *μασχάλας* segm. seq. hic reponerem *δοθιὴν*, quod infra sequitur corrupte *δοθὴ*, ut sit descriptio *δοθιῆνος*, uti mox aliud apostema *τέρμινθος* nomine describitur, quod sit *φῦμα φ. ἐ.* alii addunt *μέλαιναν.* KUEHN.

φῦμα περιφερὲς] *φῦμα* et reliqua huius segm. in MS. deficiunt. *H. Steph.* illa de phymate in suo codice ita distinxit: *φῦμα, περιφερὲς ἀπόστημα, καιρὸν, π.* etc. cetera ita: *δοθὴ, τέρμινθος φῦμα, φλ. ἕ.* Et post *φῦμα* in antea vulgatis etiam comma erat: quod probare non potui: nec ipse in Thesauro habet, ubi scribit illud *δοθὴ τέρμινθος* sibi valde suspectum esse, cum haec diversa sint. An itaque *δοθὴ* sic accipiamus (nisi etiam potius *δοθιὴν Pollucem* scripsisse putemus) ut singulariter positum hic: *Aristophanes* Vespis:

ὅτῳ; δοθιῆνι σκόροδον ἠμφιεσμένῳ.

cui addatur *τέρμινθος* non tanquam explicatio, sed quoque separatim. Et certe *τερμίνθῳ* attribuenda illa, quod sit

φῦμα φλύκταιναν ἔχον, uti etiam accepit *Foesius*, quem de *τερμίνθῳ* plura vid. in Oecon. *Hipp.* Iung.

δοθὴ τέρμινθος] Valde hoc suspectum *H. Steph.* cum *δοθιῆνα* diversum esse tumorem a *τερμίνθῳ* constet ex his verbis *Hippocr.* in lib. *περὶ χυμῶν* et *Epidem.* lib. VI. *οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε δοθιῆσιν, οὔτε τερμίνθοισιν ἁλίσκεται.* vid. *Gorrh.* et Oecon. *Hipp. A. Foesii.* Seb.

δοθὴ] *δοθιὴν* optime *Falckenburgius* habet, et ita quoque *Kuehnium* meum praeeuntem secutus in textu iam reposui.

191.

φύγετρον] Leg. *φύγεθλον. Celso* lib. V. cap. 18. *panus*, vel ut est cap. 28. *panis* dicitur. a magnitudine scil. figurae. de *Interpr.* alibi. vid. et *Henischii* Comm. in *Aretaeum* fol. 314. Seberus.

φύγετρον] Leg. *φύγεθλον*, quod *Interpr.* male *scabiem* vertit, est enim potius *tumor erysipelatodes* cum febri coniunctus. vid. *Aeginetam* libr. IV, cap. 22. Kuehn.

φύγετρον] *φύγετρον* asterisco notavit *H. Steph.* ego putem legendum *φύγεθλον.* Quamvis id non solis inguinibus accidat. *Fit maxime aut in vertice, aut in alis, aut in inguinibus*, ait *Celsus* lib. V. cap. 28. ubi et interdum etiam febriculam adesse ait. Desunt autem in MS. *φύγετρον, φῦμα* etc. *περὶ β. καὶ μασχ.* cum mediis. Iung.

φύγετρον] *φύγετρον* prius in *φύγεθλον Kuehnius* mutavit.

Scabies] Scr. *tumor.* Seb.

ὑπόνομον] *Suppuratum ulcus.* Kuehn.

καὶ κόλπους] C. A. *καὶ κόλπους* non habet. *περὶ κόλπων* vid. iterum *Aeginetam* cap. 48. lib. IV. Kuehn.

καὶ κόλπους] Desunt in MS. *καὶ κόλπους.* Iung.

ὑπερσαρκοῦν ἕλκος] *ὑπερσαρκοῦν ἕ. est ulcus cui caro supercrescit*, cui opponuntur *κοῖλα ἕλκη.* Kuehn.

ἕλκος] Abest a C. A. post *σκληρὸν, ἦ*, quod sequitur etiam abest usque ad *κεφαλὴν* segmenti seq. Kuehn.

ὅταν σκληρὸν ἦ] MS. *ὅτ' ἂν σκλ. ἦ.* quae sequuntur, omnia desunt usque ad *κεφαλήν.* ita spes nostras frustratur. Iungerm.

μυδῶν] Vid. *Foes.* Oecon. *Hippocr.* in *μυδᾶν.*

σομφὴ] Pr. ed. *κομφή.* Seb.

σομφὴ] In vulgatis male legebatur antea *κομφή*, pro quo *σομφὴ H. Steph.* et in suo codice reposuerat. In Thesauro vero locum ita interpretatur, *caro fungosa in ulcere*

fistuloso, in quo sinus sunt mucosi, orae vero callosae. quae transcripsit inde, credo, et *Foesius* Oecon. *Hipp.* in *μυδᾶν.* a quo hoc *μυδὼν* esse putat. Iung.

σομφὴ] Editiones quae *Seberi* antecessere, *κομφὴ*, quod vitium iamdudum vidit quoque meus *Falckenburgius*, qui pariter ut *Kuehnius* quoque *σομφὴ* reposuit, addito *σύριγξ*.

192.

ἐσχάρα] Auctius *Falckenburgius* ita: *ἄνθραξ, ἐσχάρα. τερηδόνας, τῶν φθ.*] An *τερ. τριχῶν φθορὰν ἀπροφάσιστον*, aut quomodo legendum? Seb.

τερηδόνας, τῶν φθ.] In specimine legebam ex mox seqq. *τερηδόνες τῶν τριχῶν φθορὰ ἀπροφάσιστος, μ. π. τ. κ. τερηδόνες, pilorum corruptio sine causa manifesta, imprimis circa caput.* postea vidi eandem lectionem etiam *Petito* annotatam in *Variis Lectionibus* ex *Galeno.* Idem lib. II. de *Differ. Symptom.* de voce *τερηδὼν, παρὰ τὸ τρῆμα συγκεῖσθαι πεπίστευται, καθάπερ τρηδών τις οὖσα.* Kuehn.

τερηδόνας, τῶν φθ.] Et hunc locum *τερηδόνας, τῶν* etc. velim a nostro *Stephano* sanatum: quem cruce signavit, uti morbum morbo laborantem, sed profecto puto non infelici coniectura facere ita: *τερηδὼν, ὀστῶν φθορὰ ἀπροφάσιστος, μάλ.* Est enim *τερηδὼν* ossium erosio et quasi caries inevitabilis. sic et ex Auctore definit. medic. adferunt: *τερηδὼν ἐστὶν ὀστοῦ κατάτρησις ἀπὸ φθορᾶς· τὸ δὲ ὄνομα τῷ πάθει ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τρημάτων, οἱονεί τις τρηδὼν οὖσα.* Illo *ἀπροφάσιστος* utitur mox pari modo de *ἀλωπηκία.* Quum vero sic restituerem, aderat *Segherus* meus: cui me fere ideo venditabam. Sed non me vendito, invenio enim ita iam restituisse *τὸν φιλολογικώτατον* medicum *Hier. Mercurial.* IV. Var. 12. qui etiam inserit insuper particulam *καὶ*, ita, *καὶ μάλιστα π. κ.* magis tamen iam hanc coniecturam complector, si ea nil putem certius. sed ad MS. Iung.

τερηδόνας, τῶν φθ.] *τερηδὼν ὀστῶν φθορὰ* corrigit *Petitus* Observ. lib. I. cap. 10.

ἄνθραξ] C. A. omisso *αἷμα* habet *ἐσχάρα.* pro *ἕλκος περιτετρυχωμένον* leg. *ἕλκος περιτετριχωμένων.* est *partium pilis obsitorum ulcus*, cuius humor pilis noxius est, vel *ἕλκος περιτετυλωμένον, ulcus callo incinctum.* quae sequuntur a *πιτύροις ἐοικὸς* usque ad *ἀλφὸς μέλας*, absunt a C. A. *Salmas.* etiam legit *περιτετριχωμένον* ex MSS. Kuehn.

αἷμα, ἰχῶρ.] In vulgatis *αἷμα ἰχὼρ*, quam bene hic legantur inter morbos quivis videt. Bene quod succurrit MS.

qui ita habet: *σύριγξ, ἄνθραξ, ἐσχάρα, ἀχώρ, ἕλκος περὶ τὰ τετριχωμένα, οὗ* etc. Et de *ἐσχάρᾳ* quidem antea habuisti initio huius segm. sed ibi in MS. non erat, qui itaque hic quum ponat, non miror. erit itaque post *ἐσχάρα*, vel *ἄνθραξ* interpungendum. Sequentia enim spectant saltem ad illud ulcus quod *ἀχώρ* non tantum huic Nostro, sed et *Celso Plinioque* vocari ex aliis discas licet. istud definit *ἕλκος περὶ τὰ τετριχωμένα, οὗ* etc. falsissimum enim vulgatum, licet *H. Stephanus* adnotaverat et infra IV, 204. *τετρυχωμένη* legi: ubi pariter *τετριχωμένη* corrigendum ex MS. Optimum vero illud MS. et veriss. Medicorum definitio, qui aiunt hoc *manans capitis ulcus* esse, prorsus convenit cum nostro *Polluce* MS. et *Erotiani* illa, *ἀχὼρ ἐξανθήματος εἶδος καθ' ὃ συμβαίνει κολλώδης ὑγρασία, καὶ οἷον πιτυρώδεις λεπίδας ἐπιφέρεσθαι. μάλιστα δὲ περὶ τὴν κεφαλὴν εἴωθε γίνεσθαι.* quae et plura de hoc ulcere apud *Foesium* habes in Oecon. *Hipp.* Doctiss. *Mercurialis* IV, Var. 12. haec quoque mendosa vidit; sed non se prorsus extricavit, certe non ex illo *περιτετρυχωμένον* vulgato, quod plane nihili, et ipse retinet. pro *αἷμα* vulgato reponit *ἀθέρωμα*, et pro *ἰχὼρ* acu rem tangit, *ἀχὼρ* quoque emendans. Iung.

πιτύροις] Desunt in MS. *πιτύροις ἐ. π. δ. ὅ. τρ.* quae tamen bene habent. dein *ἀλωπεκία* etc. omnia quoque desunt in MS. usque ad *ἀλφός*. Iung.

ἀλωπεκία] *ἀλωπεκέα* Editiones *Seberi* ultimam praecedentes legebant, quod *σφάλμα* et *Kuehnius* et *Falckenburgius* correxerunt.

ὄφις] Vid. *Gorrh.* et Oecon. *Hippocr. Fossii*, ubi e *Gal.* et *Hippocr. ὀφίασις*. Seb.

ὄφις] *Aegineta ὀφίασις* initio lib. III. et ita videtur etiam h. l. legendum. Kuehn.

ὄφις] In vulgatis *ὄφις* mendosum puto, et scripsisse *Pollucem ὀφίασις* credo. *C. Celsus* lib. VI. cap. 4. *Id vero* (arearum genus) *quod a serpentis similitudine ὀφίασις appellatur, incipit ab occipitio, duorum digitorum latitudinem non excedit, ad aures duobus capitibus serpit, quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant.* sed ad MS. Iung.

193.

Est etiam quaedam oculos perdens] Pro, *interdum et oculos corrumpit* scil. *ὄφις*, vel *ὀφίασις*, ut alibi dicitur. vid. *Gorrh.* et Oecon. *Hippocr.* Similis confusio est mox segm. 195. Est et in facie etc. quae verba in Gr. itidem ad prae-

cedentia pertinent hoc sensu: *nonnunquam et in facie est*, vel, *nonnunquam et faciem occupat*, scil. *θύμος*. vid. *Gorrh.* etiam de seq. Seb.

ἀλφὸς μέλας] Et *ἀλφὸς λευκὸς* marginis sunt in C. A. Kuehn.

ἀλφὸς μέλας] MS. *ἀλφὸς* etc. ut vulgati. Iung.

λευκὴ] Leg. *λεύκη*, et vid. *Aeginetam περὶ λεύκης* lib. IV. cap. 5. caeterum haec de leuca non habet C. A. *Gl. λευκὴ, vitiligo.* Kuehn.

λευκὴ] Illa *λευκὴ, ὅταν ἐπιτείνῃ* etc. in MS. iterum desunt usque ad *λειχῆν*. Ceterum in vulgatis pro *λευκὴ*, scribendum accentu mutato *λεύκη*. *Hesych. Λεύκη, ἄνθος τι τῶν περὶ τὸ σῶμα γινομένων. Suidas* ita quidem: *Λεύκη παρὰ Ἡροδότῳ πάθος τι περὶ ὅλον τὸ σῶμα.* Quid vero *λεύκη* ab *ἀλφῷ* differat, vide apud medicos. *Λεύκη*, ait *Corn. Celsus* extremo lib. V. *habet quiddam simile alpho, sed magis albida est.* (noster *Pollux* pariter plane, *ὅταν ἐπιτείνῃ ἡ λευκότης*) *altius descendit, in eaque pili albi sunt* (Noster *καὶ φύῃ τρίχα λευκὴν*) *et lanugini similes.* et hoc ultimum Noster non omisit, *οἷον ἁλὸς ἄχνη:* adeo ut conferre ista iuvet. pergamus. in hoc variare ibidem videtur, quod quamvis hoc malum *δυσίατον*, si quem occuparit, similiter fateatur, tamen ubi experimento colligi docet, sanabile tale morbi genus sit, an non sit, ait: *Incidi enim cutis debet, aut acu pungi, si sanguis exit, quod fere fit in duobus prioribus* (alpho et melane) *remedio locus* est: at Noster ait *δυσίατον* tum esse. de his vitiliginis speciebus vid. et magnum amicum nostrum *Scip. Gentilem* in edecumatissimo illo Commentario in *Apuleii* apologiam, quem nuper e typographio Nostri *Marnii* emisit, n. 524. Iung.

λευκὴ] *λεύκη* reposui in textu *Kuehnium* secutus.

δυσίατος, ἔστιν ὅτε ὑπ.] Ita *Sylb.* dist. cum pr. *ὕφαιμος δυσίατός ἐστιν, ὅτε.* et *Interpr. Si pungas, sanguinea insanabilis est, si perrubra.* Seb.

δυσίατος, ἔστιν ὅτε ὑπ.] Ne quis sua laude fraudetur, ubi antea male distinguebatur, *δυσίατός ἐστιν, ὅτε ὑπ.* etiam *H. Stephanus* distinxit ita uti editum vides iam. Nunc ad MS. Iung.

αὐτὸ] Leg. *αὐτῆς* eius, *λεύκης* scilicet, vel *αὐτὴ ipsa ἁλὸς ἄχνη, spuma maris.* Kuehn.

τραχὺς] C. A. *ἀνώμαλος λ. λ. τ. ἑλκώδεις, λ.* Kuehn.

δυσίατος, ἀνώμαλος.] MS. iterum inverso, *ἀνώμαλος, δυσίατος.* Iung.

ὑπόπυροι] C. A. margo *ὑπόπυροι* (l. *ὑπόπυῤῥοι subrufi*, vel *ὑπόπυοι cum sanie*) *ὑπέρυθροι ἢ ὑπόλευκοι*. desinit margo, et incipit textus, *φθείρει δὲ τ. ὄ.* Kuehn.

ὑπόπυροι] MS. pro *ὑπόπυροι* longe rectius *ὑπόπυῤῥοι*. recte autem prius dixit *πολλοί*. varia enim genera impetiginis. quatuor *C. Celsus* lib. V. cap. 28. recenset, in quibus primum *rubere* dicit, alterum esse *rubicundius*, Rubricam nominatam, tertiam *squamosam*,, quae et *Nigra*: quartum *subalbidum*. quae omnia et apud Nostrum habes, ut et illud quod ait *φθείρουσι δὲ καὶ τοὺς ὄνυχας*. Sic enim noster MS. particula *καὶ* auctius, prorsus sicut *Celsus* ibidem, *atque ungues quoque infestant*. Iung.

ὑπόπυροι] *ὑπόπυῤῥοι* reposuit *Kuehnius*.

τοὺς ὄνυχας] A. *καὶ τοὺς ὄν.* Seb.

194.

ψώρα ἑλκ.] MS. *ψώρα, ἕλκ.* et distinctio non incommoda. Iung.

ὑπέρυθρος] Superscriptum in C. A. et mox *ψυδράκια* in margine. Kuehn.

πυρώδη] A. *πυώδη*. Seb.

πυρώδη] MSSti, *πυώδη, purulentae pustulae*. Kuehn.

πυρώδη] MS. *ψυδράκια, πυώδη ἐξανθήματα* etc. sine dubio rectius quam vulgatum *πυρώδη*. Iung.

ὑπέρυθρον] *ὑπέρυθρα* est in in margine C. A. usque ad *ὑποπέλιδνον*, ita enim MSSti omissis interiectis: *νεῦμα* (l. *ῥεῦμα*) usque ad *ἀφιεῖσα*. Kuehn.

ὑπέρυθρον] Ita MS. *ἐπιφανείᾳ, ὑπέρυθρα. ἔφηλις* etc. omissis mediis, quasi *ὑπέρυθρα* etiam ad *ψυδρακίων* descriptionem pertineret; quod tamen *Celsus pustulam subalbidam* esse ait. Vulgata itaque implorent medicum: ego qualis *διάθεσις* istud *νεῦμα*, sive *ὑπέρυθρον νεῦμα* sit, me fateor ignorare. de ephelide vid. *Foes.* Oecon. *Hippocr.* in *ἐφηλίς*. Iungerm.

ὑποπέλιδνος] MS. *ὑποπέλιδνον*. Iung.

ἐπιδρομὴ] *Nomen affectus, quo color naturalis degenerat in pallorem*. Kuehn.

ἴονθοι] *Suffruticantes pustulae, ψυδρακίοις ἐοικότα* (ita enim MSS.) Kuehn.

*ψυδρακίοις * περὶ τῷ πρ.*] *ἴσως· ψυθρακίοις ὅμοια περὶ τ. Sylb.* vel *ψυθρακίοις παραπλήσια*, ut citat *H. Steph.* et *A. Foesius* in Oecon. *Hippocr.* qui addit tamen: nisi melius *ἐξανθήματα* (nimirum pro *ἀνθήματα* quod proxime antecedit) legatur. Seb.

*ψυδρακίοις * περὶ τῷ πρ.*] Locum defectum egregie restituit MS. qui habet, *ψυδρακίοις ἐοικότα περὶ τῷ πρ.* Et certe a sensu non aberravit acumen *Henr. Stephani*, licet a verbo. adscripserat enim suo Codici: *ἴσως, ψυδρακίοις ὅμοια.* audaciam tamen eius in Thesauro non probare possum, ubi hunc locum ita refert sine ulla defectus admonitione, quasi scriptum esset, *ψυδρακίοις παραπλήσιοι.* Quemadmodum et *Foesius* Oecon. *Hippocr.* in *ἴονθος* habet, sine dubio ex eo transscribens. Idem *Foesius* ibidem videtur legere malle hic apud *Pollucem ἐξανθήματα* pro vulgato *ἀνθήματα.* id tamen et MS. habet, et loco movendum non videtur. Et *Hesychius* de leuce dicens, *λεύκη ἄνθος τι τῶν περὶ τὸ σῶμα γινομένων*, adhuc inusitatius loquutus esse videri queat: nisi *πάθος τι* sit apud illum scribendum potius. Iung.

*ψυδρακίοις * περὶ τῷ πρ.*] Post *ψυδρακίοις* auctius et optime ut reliqui MSSti *ἐοικότα* habet *Falckenburgius*, quam vocem fugitivam textui nostri *Pollucis* restitui, sublato, qui defectus notam in ultima *Seberi* editione indicabat, asterisco.

ἀκμῆς] MSSti subiungunt *ψυδράκια.* dein C. A. *μικρὰ φλύκταιναι.* C. V. *σμικρὰ φλύκταιναι.* C. A. *ὑπώπιαι.* C. V. melius *ὑποπυίαι*, unde facerem, *ὑπόπυαι* vel *ὑπόπυοι.* Uterque *φακῷ ὅμοιαι. τ. ὀ. συγγενὲς ἢ ἐπιγενὲς* non agnoscit C. A. Kuehn.

ἀκμῆς] MS. tota linea auctius ita: *ἀκμῆς. ψυδράκια σμικρὰ, φλύκταιναι, ὑποπυίαι, φακῷ ὅμοιαι τῷ ὀ.* Quicquid sit, mihi tantum *lenticulas* circumscribere videtur, quod scilicet sint *ψυδράκια σμικρὰ, φλύκταιναι ὑπόπυαι* (ita enim scribendum vel *ὑπόπυαι*, et distinguendum) *φακῷ ὅμοιαι* etc. Peritioribus forte debeo risum. quid tum? conatus quales quales boni non improbabunt. Certe vulgatum *ὑπώπια* hic non locum habere credam, ubi de morbis et pustulis quidem agatur: habebat vero supra II, 52. Iung.

συγγ. ἢ ἐπιγ.] Deest in MS. *συγγ. ἢ ἐπιγ.* Iung.

θῦμος] Vid. *Gorrh.* Seb.

